Ha. 49
2

EPICTETEÆ
PHILOSOPHIÆ
MONVMENTA.

TOM. II. P. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814105-p0006-6

EPICTETI DISSERTATIONVM

AB ARRIANO DIGESTARVM

LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,

ET

EX DEPERDITIS SERMONIBVS

FRAGMENTA.

Poſt IO. VPTONI aliorumque curas,
denuo ad Codicum Mſstorum fidem recenſuit, Latina
Verſione, Adnotationibus, Indicibus
illuſtravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratenſis,
Inſtituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS SECVNDVS.

PARS PRIMA.

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

LIB. I. ET LIB. II. CAP. I—XIV.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCXCIX.

KGS.PRF.
UNIVERS.
ZVHALLE

AD

EPICTETI DISSERTATIONES

AB ARRIANO DIGESTAS

NOTAE ET EMENDATIONES

HIERON. WOLFII, IO. VPTONI

ALIORVMQVE VIRORVM DOCTORVM,

QVIBVS SVAS ADIECIT

EDITOR

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER.

NOTAE AD ARRIANI
EPISTOLAM AD L. GELLIVM.

Ἀρριανὸς Λουκίῳ Γελλίῳ εὖ πράττειν. „Plures passim sub Gelliorum nomine occurrunt: sed quisnam fuerit hic *L. Gellius*, Arriani æqualis atque amicus, nihil pro comperto habeo. Quod adtinet ad inscriptionem hujus epistolæ, alia est ab ea quæ in editis libris adhibetur; nam εὖ πράττειν reposui pro χαίρειν, idque ex auctoritate nostri codicis: (sic deinceps vocabo editionem Ven. cum Mss. collatam, quam mihi vir amicissimus dono dedit.) De inscriptionibus autem εὖ πράττειν, χαίρειν, earumque discrimine, vide Diogenem Laërt. in vita Platonis, lib. III. 61. & ibi Menagium.“ VPTON. — Platoni morem fuisse, epistolas ad familiares datas a salutandi formula εὖ πράττειν auspicari, non χαίρειν, profitetur ipse in Epist. 3. ad Dionysium. Arriano liberum fuit, utralibet formula uti: facile autem credo, eam illum prætulisse, quæ gravior nonnihil quam altera videri poterat. In εὖ πράττειν cum Vptoni codice consentit ex codicibus nostris Parisiensibus is quem pb. insignivimus. χαίρειν, cum olim vulgatis, praeferunt reliqui duo pac. In scribendo *Arriani* nomine, & hoc loco, & paulo post in Nota ad titulum horum librorum, nescio casu-ne, an consilio, a constanti librorum scriptura discesserat Vptonus, Ἀρρίανος & Ἀρριάνου scribens, antepenacute in recto casu. Veram scripturam, Ἀρριανὸς, Ἀρριανοῦ, restituimus. Generalem libri titulum, ΑΡΡΙΑΝΟΥ, ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΔΙΑΤΡΙΒΑΙ, huic Epistolæ Arriani ad L. Gellium præfiximus cum nostro

ſtro cod. pb. Cæterum de Titulo ſive Inſcriptione horum librorum vide quæ notantur ad initium cap. 1. libri primi.

Verſ. 1. τοὺς Ἐπικ]ήτου λόγους. Sic pro τοῦ Ἐπικ]. λόγους, quod minus commode vulgo edebatur absque τοὺς, ex Vptoni codice reſtitui, probante ipſe Vptono. Nec vero aliter debuerat princeps editio, quæ non τοῦ habet, ſed τοὺ, voce in fine lineæ temere truncata; qui error in reliquas inde editiones eſt propagatus. In τοὺς recte conſentiunt tres noſtri Pariſienſes codices.

Ibid. ὅπως ἄν τις συγ]ράψειε τὰ τοιαῦτα. *quemadmodum talia conſcribere aliquis poſſet;* nempe, ſi vel fingere vellet ſermones ab Epicteto habitos, quemadmodum v. c. Plato multa dicentem induxit Socratem, de quibus numquam ille cogitaverat; ſive, ſicuti Xenophon, ſermones revera quidem a praeceptore habitos vellet ſcripto conſignare, ſed ita, ut argumenta ſententiasque disputationum & greſſum coloremque generatim ſervare contentus, ſuum tamen ſtylum cum libertate aliqua adhiberet, nec prorſus verbum de verbo repræſentare ſe profiteretur. Et Xenophontem quidem haud dubie nunc ſpectavit Arrianus; cujus ſcriptoris ſtudio ita ductum noſtrum novimus, ut eum non in ſtylo ſolum orationis, ſed & in ipſis diverſorum operum, quæ edidit, argumentis ſit imitatus, atque ipſe etiam *Xenophon junior*, νέος Ξενοφῶν, cognominari amarit. Vide Fabric. Bibl. Græc. lib. IV. c. 8. p. 270. not. g. & quem is ibi laudat Dodwellum in Diſſert. de Aetate Epicteti et Arriani, ſect. 6. T. I. Geograph. minor. p. 112 ſq.

Ibid. ὅς γε οὐδὲ συγ]ράψαι φημί. *qui quidem, nec a me conſcriptos eſſe, ultro profiteor.* Sic vertere malui, quam, ut eſt apud Vptonum, *ut qui me conſcripſiſſe negaturus ſim.* Hoc autem dicere videtur auctor epiſtolæ: ſi edere ipſe hos libros voluiſſet, curaturum ſe fuiſſe, ut nonnihil ſaltem limatiores comtioresque in publicum prodirent.

Verſ. 2. γραψάμενος. Verbum γράφεσθαι, in Medio genere, præter vulgatiſſimam *accuſandi* notionem, etiam hanc habet ut ſit *ſcribendum curare;* quemadmodum v. c. τῶν πρατ]ομένων καὶ λεγομένων ὑπομνήμα]α γράφεσθαι apud Lucian. in Apolog. pro Mercede conductis, cap. 12. vertunt *eorum quæ aguntur dicunturque commentarios ſcribendos curare.* T. I. p. 721. ed. Hemſterh. Sed hoc quidem loco, ut perſæpe aliàs, vis medii verbi in reciproca quadam notione, ſive in relatione ad eum de quo agitur, quæ-

quærenda fuerit; ut sit γραψάμενος proprie, *mihi adnotans, meum in usum scripto mandans.*

Ibid. ὑπομνήμα]α. „Sunt proprie ὑπομνήμα]α, *quæ causſâ memoriæ ſublevandæ ſcriptis demandantur.* Strabo lib. IV. p. 177. vocat Cæſaris *Commentarios* ὑπομνήμα]α. Hunc autem locum reſpexiſſe videtur M. Antonin. lib. I. ſ. 7. καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικ]ητείοις ὑπομνήμασιν, ων οἴκοθεν με]έδωκεν. *huic* (Ruſtico) *debeo, quod Epicteti commentarios legerim, quorum is e domo ſua copiam mihi fecit.*“ VPTON. — De uſu voc. ὑπομνήμα]α diximus ad Polyb. I. 1, 1. Adludere vero ſimul Arrianus quodammodo ad Xenophonteorum Memorabilium inſcriptionem videtur; quamquam Socratis ἀπομνημονεύμα]α Xenophon in aliorum conſcripſit memoriam, cum, Epicteteos hos ſermones ſuæ maxime memoriæ cauſſa ſcripto a ſe mandatos eſſe, junior Xenophon noſter profiteatur.

Ibid. εἰς ὕστερον. ἐς ὕστερον pa. Vna voce εἰσύστερον pb.

Verſ. 3. ὁποῖα ἄν τις αὐτόθεν ὁρμηθεὶς ἔποι πρὸς ἕτερον. „Αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, id eſt, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore*, non ſuſcepta cogitatione diligentiore, prout tempus tulit atque occaſio ſeſe dedit. Significat, ex tempore habitos fuiſſe hos ſermones, non de induſtria elucubratos.“ WOLFIUS. — „Αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, *ſuo animi impulſu ductus;* a ſe ipſo ſcilicet, nec aliunde, animi ſenſa petens. M. Anton. lib. II. ſ. 7. ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται. *is ſponte ſua ad lædendum fertur.* Nec aliter Thucydides lib. II. ſ. 69. ſed in alia re: καὶ τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσιν αὐτόθεν ὁρμώμενον βλάπτειν τὸν πλοῦν. *neque navigia infeſtari ſinerent a Peloponneſiis latronibus, qui ex ipſa Peloponneſo veniebant.* Eandem locutionem reſtitue Hierocli p. 208. edit. Needh. οὐκ ἄρα πᾶσι δείκνυσιν, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀπόλυσιν τῶν κακῶν οἴκοθεν (lego αὐτόθεν) ὡρμημένοις. *non igitur omnibus oſtendit, ſed iis tantum qui per ſe & ſponte ſua ad malorum liberationem feruntur.*“ VPTON.

Commodior haud dubie h. l. Wolfii, quam Vptoni, interpretatio. αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, *ex tempore* & quaſi *e veſtigio orſus;* id eſt, *e re nata, e re præſenti,* ſive *ſubito, non ex præparato* (ut Seneca ait Epiſt. XI.) *ad dicendum progreſſus.* Quo pertinet quod ipſe Epictetus ad moroſum auditorem ait: καθήμενος κρίνεις, πῶς ποτ' ἐφλυάρησα τὰ ἐπελθόν]α μοι. Eodem modo paſſim Hermogenes voce iſta αὐτόθεν uſus eſt, cujus verba Budæus citavit

in Comment. Ling. Græc. p. 885 sq. veluti ista ex lib. de Eloquentia vel Method. cap. 17. κἂν ἐσκεμμένος ἦκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν, ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ παλαιοί· γράψαντες γὰρ πάντες, ὑποκρίνονται σχεδιάζειν. ubi αὐτόθεν λέγειν idem valet ac σχεδιάζειν, *ex tempore & e re nata loqui;* cui opponitur ἐσκεμμένον ἦκειν, *præparatum accedere.* Et mox ibid. καὶ προοίμια, ὡς αὐτόθεν εὑρίσκοντες λέγουσι, πάλαι σκεψάμενοι. *exordia, quasi ex tempore inventa, proferunt oratores, quamvis multo ante præparata.* Cæterum eadem vox αὐτόθεν, idem proprie sonans ac ἐξ αὐτοῦ vel ἐξ αὐτῆς, frequentissime quidem aliâs de *tempore* ita usurpatur, ut denotet *ab eo inde tempore, e vestigio, illico, statim, protinus:* aliâs de *loco,* ut significet *inde, indidem, eodem ex loco, eo ipso ex loco;* veluti in Thucydidis verbis ab Vptono citatis: rursus aliâs de *re,* partim ea ratione, qua in his Arriani verbis, in quibus versamur, ut sit *e re nata, e re præsente;* partim vero ita, ut *ea ipsa ex re, eo ipso, ex eo uno, ob id unum,* rectissime vertas; velut apud Epict. nostrum, II. 22, 24. ὅπου ἂν ἴδῃς ἀδελφοὺς ὁμονοεῖν δοκοῦντας, μὴ αὐτόθεν ἀποφαίνῃ &c. ubi possis quidem cum Wolf. & Vpt. vertere, *noli statim pronunciare,* sed magis proprie fortasse dixeris, *noli ex eo ipso, noli ob id ipsum* (vel *ob id unum*) *pronunciare;* aut percommode coniunxeris utramque notionem, *noli eo ipso statim* &c. Denique vero utique ad *personam* etiam nonnumquam refertur eadem vocula, ut idem valeat αὐτόθεν, ac ἐξ ἑαυτοῦ vel ἀφ' ἑαυτοῦ, *a se ipse, ipse per se, sponte sua;* quemadmodum apud Antoninum, loco illo ad quem Vptonus provocavit; quem eumdem locum Suidas etiam, tacito quidem auctoris nomine, sub voce αὐτόθεν citavit. Quo & Epicteti verba referenda, II. 16, 28. ἀποδιδόναι εὐλύτως καὶ αὐτόθεν. ubi αὐτόθεν possis quidem pariter *statim,* vel *e vestigio,* exponere; sed rectius fortasse fuerit, *sponte, proprio motu.* Quod vero apud Hieroclem αὐτόθεν pro οἴκοθεν restitutum Vptonus voluit, nil opus esse ea mutatione videtur; quum nihil impediat, quo minus, notione *ad animum* translata, οἴκοθεν pro αὐτόθεν usurpasse scriptorem illum putemus; quemadmodum &, ubi de *loco* agitur, synonyma interdum sunt οἴκοθεν & αὐτόθεν, ut Suidas etiam adnotavit. Apud eumdem Suidam (obiter monere liceat) in verbis e nescio quo Historico sub hac voce αὐτόθεν citatis, ἀλλὰ χρῆναι παρ' αὐτόθεν &c. pro παρ' haud dubie γὰρ corrigendum. Familiaris Polybio

ejus-

ejusdem vocis αὐτόθεν usus, variis notionibus, quas in Lexico nostro Polybiano adnotavimus.

Hoc loco de *universa harum Epicteti Dissertationum ratione* illud observari velim, quod & ex ipsarum inspectione facile intelligitur, & eodem hoc vocabulo αὐτόθεν ab Arriano significatur: scilicet, non contineri his disputationibus ipsam *Explicationem universæ Philosophiæ Stoicæ sive Epicteteæ, justa via ac ratione institutam;* sed *Excursus* quosdam, horis subsecivis per legitimarum scholarum intervalla institutos, quibus loci nonnulli exstantiores Stoicæ disciplinæ latius exponuntur, ad particulares casus enucleatius adplicantur, animisque pressius inculcantur; tum *Paræneses* potissimum, quibus ad deducenda in vitæ universæ usum actumque ea, quæ didicerint, excitantur discipuli: denique sunt subinde *Disputationes* nonnullæ *prorsus ac verissime ex tempore & e re nata habitæ*, partim ad discipulos, qui dubia quædam & quæstiones quasdam proposuissent magistro; partim ad extraneos, qui per occasionem scholam Philosophi nostri intrassent, ut vel ab eo quærerent aliquid, vel disputantem ipsum de re quacumque audirent. Quod vero de oratione Epicteti, cum hic, tum paulo post, dicit Arrianus noster, idem fere de *Demetrio Cynico* Seneca prædicavit, de Benef. VII. 8. quem fuisse ait *eloquentiæ, quæ res fortissimas deceat, non concinnatæ, nec in verba solicitæ; sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis.*

Ibid. ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐνσυγχάνειν τινὰς αὐτοῖς. — „*Ut post aliqui in eas orationes incidant:* hoc est, *ut legantur ab aliis.*“ WOLFIVS. „Sic mox οἱ ἐνσυγχάνοντες, *lectores.* Apud Herodian. ἐνσυγχάνειν ἐπιγράμμασι.“ VPTON. — Vsu isto verbi ἐνσυγχάνειν, *legendi* notione, nihil frequentius, cum apud alios scriptores, tum apud Polybium præsertim. Apud Herodian. est ἐνσυχεῖν τοῖς γράμμασι, non ἐπιγράμμασι, IV. 12, 12. IV. 10, 11. confer eumdem I. 1, 4. Eodem modo Antoninus, loco supra citato, lib. II. s. 7. ad quem vide quæ monuit Gatakerus. Adde Arrian. de Exped. Alex. in fine procœmii.

Vers. 4. ἐξέπεσεν εἰς ἀνθρώπους. „Plato: εὐλαβοῦ μέντοι, μήποτε ἐκπέσῃ εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους.“ VPTON. — Platonis verba leguntur in Epist. 2. ad Dionys. sub fin. ubi mox hæc subjicit: μεγίστη δὲ φυλακὴ (τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν,) τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν· οὐ γάρ ἐστι τὰ γραφέντα μὴ ἐκπεσεῖν.

Vers. 5. Ἀλλ' ἐμοί γε οὐ πολὺς λόγος, *si* οὐχ ἱκανὸς φανοῦμαι συγγράφειν. *Sed mea quidem haud multum refert, si parum idoneus ad scribendum videar.* At idem Arrianus, lib. I. de Exped. Alex. c. 12. p. 27. Edit. Gronov. de se ita scribit: οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων τῶν ἐν τῇ Φωνῇ τῇ Ἑλλάδι. *Non indignum me judicaverim, qui inter primos Græcæ linguæ scriptores collocer.* Quæ respiciens et inter se conferens DODWELLVS, in Dissert. supra laudata de Aetate Epicteti et Arriani, sect. 7. p. 114. ait: „Produnt priora illa animum ab Epicteti nupera institutione modestum, & veræ Philosophiæ professione dignum: postrema, nimio gloriæ studio corruptum tandem atque degenerem." Cui observationi idem vir doctus, de ætate qua libros hosce ad L. Gellium misit Arrianus, judicium suum his verbis subjungit: „Edidit ergo has primitias suas Arrianus paulo post mortem præceptoris Epicteti, cum primo philosophiæ studio caleseceret." — De scriptura, parum refert, sed notabo tamen, Ἀλλ' ἐμοί γε esse consentientem superiorum editionum & msstorum scripturam, pro qua insolito & ingrato hiatu Ἀλλ' ἐμοί γε in Vptoniana scribitur. Pari modo infra, vs. 7. idem editor, nescio quo sive casu, sive consilio, ἀλλ' ἐκεῖνο, invitis libris, pro ἀλλ' ἐκεῖνο scripserat.

Ibid. Ἐπιζήτῳ δ' οὐκ ὀλίγος, scil. λόγος. Vptonus, quum in versione verba ista his latinis reddidisset, *Epicteti autem haud parum interest;* in Notis monuit, vertendum fuisse, *ne parum quidem.* Recte: id enim & ratio flagitabat, & fert sermonis usus; *ne parum quidem, ne tantillum quidem, nihil quidquam.* Similiter certe apud Epict. IV. 13, 18. οἱ οὐδέ τι ὀλίγον ἐγνωρισμένοι, sunt *homines ne parum quidem noti*, id est, *minime noti.* Et apud M. Antonin. I. 8. μηδ' ἐπ' ὀλίγον est *ne minimum quidem, ne tantillum quidem.* Eodemque modo οὐδὲ μικρὸν Xenophon usurpavit, Memorab. IV. 3, 15. Et Polyb. I. 51, 10. μηδὲ μικρὸν ἀπολείπεσθαι, *ne minimum quidem spatii relictum.* Quamquam & contrario plane sensu idem Polyb. II. 38, 3. οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει ait, *haud parum*, i. e. *longo intervallo superat.* Cæterum ex eo modo quo hic de Epicteto loquitur Arrianus, (*Epicteti nihil quidquam interest, Epictetus nihil quidquam curat, si quis orationem ejus contemserit,*) probabile fieri videtur, vivente etiam tum Epicteto scriptam esse hanc Epistolam, adeoque editas ab Arriano hasce præceptoris sui Dissertationes. Sane, quod Dodwellus loco paulo ante a nobis citato contendit,

post

post mortem demum Epicteti esse eas editas, id quidem non firmissimis argumentis a docto illo viro evictum est.

Ibid. καὶ λέγων αὐτοὺς. καὶ λέγων αὐτὸς pb. quæ lectio minime spernenda videtur: *quandoquidem & ipse, cum verba faceret,* (vel, *cum illos institueret sermones,* subintelligendo αὐτοὺς) *manifeste nihil aliud spectabat,* &c. Sic vers. 7. αὐτὸς ὁπότε ἔλεγεν αὐτούς.

Ibid. ὅτι μὴ κινῆσαι τὰς γνώμας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὰ βέλτιστα. — „Simplicius in Proœmio: Πολὺ δὲ τὸ ἀραστήριον καὶ κινητικὸν ἔχουσιν οἱ λόγοι· ὡς τοὺς μὴ πάνυ νενεκρωμένους νύττεσθαι ἐξ αὐτῶν, καὶ συνεπεγείρεσθαι τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν ἐπεγείρεσθαι, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον· καὶ εἴ τις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχει τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ὑπευθυνθείη. [ἀπευθυνθείη.] *Genus orationis est nervosum et acre; ut, qui omnino mortui non sunt, eo veluti stimulo quodam pungantur, & suas affectiones* [*suos morbos*] *tum intelligant, tum ad eas corrigendas excitentur, alii plus, alii minus. Qui vero his disputationibus non afficitur, is nonnisi apud inferorum tribunalia corrigetur.*“ VPTON.

Vers. 6. ἔχοιεν ἄν. „Sic noster codex, ms. Par. & cod. Salmant. Cæteri [nempe editi libri] perperam ἔχοι ἄν. Mox autem [*Vers.* 7.] τὸν ἀκροώμενον αὐτοῦ reposui, pro αὐτῶν, præeunte nostro codice.“ VPTON. — Ad vulgatam olim lectionem, ἔχοι ἄν, WOLFIVS jam monuerat, ἔχοιεν legendum, scil. οἱ λόγοι. Et MEIBOMIVS: „ἔχοιεν ἄν, vel simpliciter ἔχειν οἶμαι.“ Quas lectiones subinde e ms. Paris. laudat Vptonus, eas ex illo maxime membranaceo codice ductas videbimus, quem *pa.* nos insignivimus; at hoc quidem loco codex ille cum vett. edd. in pravam scripturam ἔχοι ἄν conspirat; contra ἔχοιεν ἄν habent reliqui duo pbc.

Ibid. τοὺς τῶν Φιλοσόφων λόγους. Caret τοὺς pb.

Vers. 7. τὸν ἀκροώμενον αὐτοῦ. „αὐτοῦ reposui pro αὐτῶν, præeunte nostro codice.“ VPTON. In αὐτῶν cum editt. vett. consentiunt nostri pab. et quod αὐτῶ habet pc. id ex eodem αὐτῶν decurtatum videtur.

Vers. 8. εἰ δ' οἱ λόγοι αὐτοὶ ἐΦ' αὑτῶν τοῦτο οὐ διαπράττονται. *si vero sermones hi per se ipsi id non consequuntur.* Cum οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐΦ' αὑτῶ vulgo legeretur, ad ista verba WOLFIVS hæc adnotavit: „*Sermones ipsius per sese*, hoc est, sententiæ mandatæ literis; viva voce, cujus major vis esse dicitur, destitutæ: non accedente vultu, gestu, & actione, cui primæ, secundæ & tertiæ

in eloquentia tribuuntur a Demosthene.“ — Tum MEIBOMIUS: „Ego scribo αὐτοῦ ἀφ' αὑτῶν. Ita scribendum, quia vers. [7.] dicit ὁπότε ἔλεγεν αὐτοὺς, scil. λόγους. *Per se*, scil. *non effecerint*.“ — Ad quæ VPTONVS, qui temere adnotationem hanc, & multas alias, quæ Meibomii sunt, Salmasio auctori tribuit: „Nihil muto, ait. Ἐφ' αὑτῶν, *per se*: recte sic exponi, docebit H. Steph. in Lexico, & exempla ibi allata.“ — Merito vero istam Meibomii rationem Græca mutandi improbavit doctus Britannus. ἐφ' ἑαυτοῦ est *per se*, quemadmodum aliquis *ipse per se*, *solus per se*, vel *seorsim ab aliis* agere aliquid dicitur. Veluti, ἐν τῇ πόλει καθίσταλο ἅπαν]α ἐφ' ἑαυτοῦ, *per se omnia in urbe constituit*. Appian. de Bell. Civ. I. 97. ἐπὶ σφῶν αὐτῶν οἰκεῖν, *seorsim per se civitatem incolere*. Thucyd. II. 63. ἐφ' ἑαυτῶν στρατοπεδεύειν, *seorsim ab aliis castra habere*. Appian. Civ. I. 118. Sic igitur h. l. οἱ λόγοι ἐφ' αὑτῶν sunt *sermones hi per se*, *seorsim*, nempe *sejuncti a vultu & actione Epicteti*; quemadmodum perspecte Wolfius interpretatus est. At vero pronomen αὐτοῦ, *illius*, utique non modo otiosum hoc loco, sed prorsus importunum erat; quoniam de eisdem his sermonibus non jam loquitur Arrianus, *quatenus ab Epicteto sunt habiti*, sed quatenus *scripto sunt mandati*. Itaque, codicum licet auctoritate destitutus, αὐτοῦ in αὐτοὶ mutare non dubitavi; qua scilicet leviuscula mutatione id ipsum, quod vult Arrianus, planius etiam & significantius declaratur: *sermones hi ipsi per se*, *soli*, *nudi per se*. Sic habes αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, I. 29, 36. II. 16, 2. αὐτὸς ἐπὶ σεαυτοῦ, III. 26, 13. αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, III. 26, 30. Apud alios vero etiam scriptores passim latuit interpretes, atque subinde etiam librarios, usus iste pronominis αὐτὸς, & fraudi utrisque fuit. Vide Lexicon nostrum Polybianum, hac voce, num. 1. Conf. infra, II. 22, 7. not.

Ibid. τυχὸν μὲν ἐγὼ αἴτιος, &c. „*Fortasse ego in culpa sum*: qui scilicet memoria lapsus, non optima fide, quæ audivi, conscripserim. *Fortasse vero necesse est rem ita se habere*: quia scilicet mutæ literæ non possunt ita permovere animos, ut viva vox, & actio oratoria.“ WOLFIVS.

NOTÆ

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. I. CAP. I.

Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν. „Hoc modo Inscriptio sese habere debet, quam quidem mutavi non solum nostri Codicis, sed Simplicii, Photii atque A. Gellii auctoritate. In editis hactenus libris Titulus est, Ἀρριανοῦ Ἐπίκτητος. Photius de Arriano: [cod. LVIII. p. 25. edit. Hœschel.] Ἔγραψε δὲ βιβλία καὶ ἕτερα· τῶν μὲν Διατριβῶν Ἐπικτήτου τοῦ διδασκάλου, ὅσα ἴσμεν, βιβλία ὀπτώ· τῶν δὲ Ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικτήτου βιβλία δώδεκα. Simplicius in initio Commentariorum: Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου Διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συνταξας βιβλίοις. Et mox eidem auctori attribuit τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον, quod Messalino inscripsit Arrianus, delectis iis, quæ maxime opportuna atque necessaria in philosophia esse videbantur, ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων. Marcus Antoninus lib. I. sect. 7. memorat, se a Rustico dono accepisse Ἐπικτήτου ὑπομνήματα. Atque A. Gellius lib. XIX. cap. 1. citat quintum Διαλέξεων Ἐπικτήτου librum.“

„Ex hisce locis credas prima facie plurimos extitisse libros, quos de Epicteto composuit Arrianus. I. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν. βιβ. ἡ. II. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου Ὁμιλιῶν. βιβ. ιβ'. III. Περὶ τοῦ βίου Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. IV. Ἐπικτήτου Λόγοι. V. Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον. VI. Ἐπικτήτου Ὑπομνήματα. VII. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου Διαλέξεων.“

„De hisce libris quid sentiam, palam profiteri nullus dubito, licet in aliam a doctis viris iverim sententiam; nempe, esse a manu Arriani duo tantum inter tot memorata volumina: scil. Περὶ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν, cujus operis nonnulli interciderunt libri; & Ἐπικτήτου Ἐγχειρί-

χειρίδιον, cujus quoque ad Meſſalinum præfatio ſeu dedicatio deperiit."

„Nam ſi diligenter rem attenderis, non poſſis non videre, Ἐπικτήτου διατριβὰς, διαλέξεις, ὁμιλίας, λόγους, ὑπομνήματα, eadem fere ſonare. Ipſe etiam Arrianus in Præfat. vocat Λόγους Ἐπικτήτου, & Ὑπομνήματα; forſan ad Xenophontis imitationem, qui Σωκράτους ἀπομνημονεύματα ſcripſit. Immo credo, quemadmodum Xenophon Socratis Apologiam ſcripſit, & nonnulla hinc inde de vita atque obitu viri ſapientiſſimi interſperſit, ſic Arrianum hisce Diſſertationibus nonnulla attexuiſſe *de Epicteti vita atque obitu*, quæ temporis injuria vetuſtate abſumpta deſiderantur."

„Διατριβὴ non modo eſt *locus in quo διατρίβουσι, ſe exercent;* ut σχολὴ *locus* ἐν ᾧ σχολάζουσι; (A. Gellius lib. I. c. 26. *Interrogavi in* diatriba *Taurum, an ſapiens iraſceretur.* Meminit I. Pollux lib. IX. c. 5. [ſect. 42.] legis Atticæ, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσασθαι. Aelianus lib. IV. c. 9. de Ariſtotele locutus, qui ſe Platoni ſubduxerat, ait, ἀνωκοδόμησεν αὐτῷ διατριβήν.) ſed etiam *philoſophorum congreſſus, diſſertationes, disputationes* dicuntur διατριβαί. Suidas: Διατριβή. τόπος ἐν ᾧ τινες μανθάνουσιν· ἢ καιρὸς καθ' ὃν ἀναστρεφόμεθα περί τι· ἢ διάλεξις φιλόσοφος. In Platonis Charmide Socrates inquit, ἄσμενος ἦα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβάς; *libenter me ad conſuetas disputationes (ſeu congreſſus) contuli.* Aelian. lib. X. c. 16. ubi Diogenes Antiſthenem alloquitur, οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληράν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Dio Pruſ. ſcripta ſua vocat διατριβὰς, & φιλοσόφους διατριβὰς, et ſæpe λόγους, et λόγους φιλοσόφους, uti obſervabat Caſaubonus. Nec diſſimili ſenſu ſunt vocabula iſta, διαλέξεις, ὁμιλίαι. Suidas: διατριβὴ, διάλεξις φιλόσοφος. Heſychius: Διάλεξις, ὁμιλία. et Ὁμιλέομεν, διαλεγόμεθα. Sunt autem ὁμιλίαι non modo *conſuetudines;* ſed pecul. *illæ conſuetudines quæ ſunt præceptori cum diſcipulo.* Apud Xenoph. ἀπομν. lib. IV. c. 5. Ἔφη δὲ καὶ τὸ Διαλέγεσθαι ὀνομάζεσθαι ἐκ τοῦ συνόλους [ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συνιόντας] κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα. Cum itaque A. Gellius lib. XIX. c. 1. hæc habet verba: *ex ſarcinula ſua librum protulit Epicteti philoſophi quintum* Διαλέξεων, *quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenonis et Chryſippi* [*non dubium eſt;*] nullus dubito, quin διαλέξεων ſit gloſſema vocis διατριβῶν, aut uſurpatas eſſe quaſi voces ejusdem ſignifi-

significationis. Ipse Gellius lib. I. c. 2. *Dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano secundum librum* [commemorat;] et lib. XVII. c. 19. [ait:] *Arrianus in libris quos de Dissertationibus ejus* [Epicteti] *composuit.*"

„Si qua fides interea Photii testimonio adhibenda, quippe qui adeo particulariter numerat τῶν Διατριβῶν Ἐπικτήτου, ὅσα ἴσμεν, βιβλία ἐπτώ· τῶν δὲ ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικτήτου βιβλία δώδεκα; tres libros extitisse olim credamus, quos de Epicteto composuit Arrianus: I. περὶ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν. βιβ. ή. II. περὶ τῶν Ἐπικτήτου Ὁμιλιῶν. βιβ. ίβ. III. Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον. Verumenimvero non adeo me movet Photii testimonium, ut priorem mutem sententiam. Sed suo lector fruatur judicio." VPTON.

Ex brevi mentione, quam Epictetеorum Arriani librorum facit Photius, intelligitur, libros ipsos non fuisse ab hoc Critico inspectos; quo facilius fieri potuit, ut idem opus, quod ab aliis Διατριβῶν Ἐπικτήτου, ab aliis Ὁμιλιῶν titulo insigniebatur, pro duobus diversis operibus ab eo haberetur. Ἀρριανὸς cum accentu in ultima scribi, non Ἀρρίανος, Ἀρριάνου, ut Vptonus fecit, monui supra ad inscript. epistolæ ad L. Gellium. In fronte totius operis, rursusque in fronte cujusque ex quatuor libris, denique in cujusque paginæ inscriptione, τῶν τοῦ Ἐπικτήτου Διατριβῶν scripserat Vptonus, adjecto articulo τοῦ ad Ἐπικτήτου, quem articulum in Notis recte prætermisit. Et sic plane, quemadmodum in Notis Vptonus refert, Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν, inscribuntur iidem hi libri in codice Bibliothecæ Florentinæ, cujus meminit Bandinius in Catal. Biblioth. Laurent. Tom. II. col. 589. In nostro codice Paris. pb. ante Epistolam dedicatoriam Arriani ad L. Gellium Titulus universi operis (ut supra notavimus) sic scribitur: Ἀρριανοῦ, Ἐπικτήτου διατριβαί. In pa. et pc. generalis titulus non alibi legitur, nisi in fronte Tabulæ capitum, libro primo comprehensorum. Ibi pa. sic habet: Πίναξ τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν. Qui titulus totidem etiam verbis in pb. legitur. Contra pc. ita habet: Τὰ κεφάλαια τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν, συγγραφουσῶν (συγγραφεισῶν debuerat) παρ' Ἀρριανοῦ. quæ inscriptio prorsus cum illo titulo convenit, quo A. Gellium usum vidimus, *Epicteti Dissertationes ab Arriano digestæ.* Conf. quae notamus ad Simplicii Comment. in Enchir. extr. pag. 1.

edit.

edit. Lugd. In principe editione Veneta libri hi proprium titulum nullum habent; sed quum in eodem volumine et Enchiridion Epicteti & Dissertationes hæ contineantur, integro volumini generalis titulus, ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ, ARRIANI EPICTETVS, præfixus est: inde mos obtinuit, ut in sequentibus deinde editionibus, quoniam *Enchiridion* proprium sibi titulum habebat, *Dissertationes* hæ isto titulo, *Arriani Epictetus*, insignirentur.

Vers. 1. Τῶν ἄλλων δυνάμεων. — „*Aliarum facultatum.* δυνάμεις, *vires* seu *facultates*, appellat non tantum naturales animi corporisve potentias, sed etiam artes & scientias; ut exempla, quibus utitur, declarant.“ WOLFIVS. — „Docet Epictetus, *logicam* seu *rationalem facultatem* cæteris omnibus tum animi tum corporis facultatibus non modo superiorem esse, sed etiam imperium habere; utpote quæ usum earum facultatum & pretium dijudicet, *quo modo*, *quando*, & *quatenus* utendum, doceat; sese interea contempletur, sese formet, fingatque ut lubet. Confer autem hujus libri cap. 17. & 20. init. & II. 23. [vs. 7 sqq.] Vide etiam Plat. Alcib. I. vol. 2. p. 131. ed. H. Steph. Sic M. Antonin. lib. II. [immo lib. XI.] 1. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς· ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ· τὸν καρπόν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρποῦται. *Hæ sunt animæ ratione præditæ proprietates: se cernit, fingit artatque ut lubet*, [διαρθροῖ, *explicat*, *evolvit*, *particulatim discernit.* vide Epict. Dissert. I. 17, 1. & ibi not.] *qualemque vult ipsa facit: fructum, quem profert, ipsa carpit.* Et [apud eumdem Antonin.] lib. III. 1. mens dicitur *vis ea, quæ se uti novit;* τὸ ἑαυτῷ χρῆσθαι. Et lib. V. 21. de universa Mente, τὸ πᾶσι χρώμενον καὶ πάντα διέπον. Mox [ibid.] mentem humanam vocat τὸ ἐκείνῳ ὁμογενές. καὶ γὰρ ἐπί σου τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον τοῦτό ἐστι, καὶ ὁ σὸς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται. Et lib. VII. 55. ἡ νοερὰ [κίνησις] ἐθέλει πρωτιστεύειν καὶ μὴ καταπρατεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων· (scil. τῶν αἰσθητικῶν καὶ ὁρμητικῶν κινήσεων.) δικαίως γε· πέφυκε γὰρ χρηστικὴ πᾶσιν ἐκείνοις.“ VPTON.

Ibid. αὐτὴν αὐτῆς θεωρ. αὐτὴν αὐτῆς pa. non male. Vide mox Adnot. ad vs. 4.

Vers. 2. μέχρι τοῦ διαγνῶναι τὰ γράμματα, *ad dignoscendas* vel *pernoscendas literas.* τὰ συγγράμματα, pro τὰ γράμματα maluerat Meibomius, *scripta* intelligens *poëtarum aliorumque celebriorum auctorum*, quæ a Grammaticis

maticis tractabantur; ex Ammonii definitione in principio Comment. in V. voces: Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων. At, si vel maxime id dicere voluisset Epictetus, ne sic quidem solicitanda erat vulgata scriptura; quoniam eodem sensu etiam τὰ γράμματα atque τὰ συγγράμματα dicuntur; quod et diserte, ubi de Grammaticæ ratione agebatur, monuit Sextus Empir. adv. Math. I. 47 sq. Sed τὰ γράμματα, *literæ*, magis generatim h. l. intelligi debebunt *recte loquendi scribendique ratio.* conf. mox vers. 3. Alibi, ubi idem argumentum tractat, ait, *Grammaticam* versari περὶ τὴν ἐγγράμματον φωνήν. I. 20, 4. ubi vide Not.

Vers. 3. ὅταν μὲν ἄν τι γράφειν τῷ ἑταίρῳ δέῃ, *ubi amico aliquid scribendum est.* „Cod. Ven. Basil. et Salmant. pro ἄν τι γράφειν habent ἀντιγράφειν: & in versione Schegkii & Wolfii, *rescribere.*“ VPTON. Quos *codices*, *Venetum*, *Basileensem*, *Salmanticum*, & hic & passim aliâs in suis Notis laudavit Vptonus, non sunt alii, nisi typis expressi in istis urbibus libri. Nec vero male per se haberet ἀντιγράφειν, nisi sic desiderari videretur accusativus casus nominis vel pronominis; quem suppleturus Genevensis editor, perspecte verbum ἀντιγράφειν in tres voces partitus est. Inde in ceteras editiones propagata ea scriptura: quam ipsam rursus improbans MEIBOMIVS, omissa ἄν particula, ὅταν μέν τι scriptum voluit; non recordatus, puto, nihil impedire, quo minus particula ἄν, licet in præcedenti ὅταν jam comprehensa, repeti potuerit; quod ipsum non modo sermonis extemporalis ratio facile ferebat, sed & in elaboratissimis scriptis clarissimorum auctorum græcorum persæpe factum constat. Conf. mox ad vers. 10. notata ab Vptono. Mire vero corruptus hic locus est in Parisinis codd. in quibus omnibus sic legitur, ὅταν μὲν ἀντιγράφῃς τῷ ἑταίρῳ, δεῖ τούτων. In uno pa. inter lineas indicatur scriptura ἀντιγράφειν. Porro, pro τί γραπτέον' novo errore pc. τῶν γραπτέων habet.

Ibid. τί γραπτέον. *quid scribendum;* nempe, *quibus verbis utendum*, atque etiam *quomodo illa verba literis sint mandanda.*

Vers. 4. Ἢ καὶ αὐτὴν θεωροῦσα. Tacite αὑτὴν correxit Vptonus, pro αὐτὴν, quod erat in superioribus editionibus, ac teneri utique poterat: nam idem valet αὐτὴν ac ἑαυτὴν vel αὑτήν; & omnes omnino obliquos

(qui

(qui dicuntur) casus pronominis *demonstrativi* αὐτὸς pro *reciproco* pronomine apud optimos quosque scriptores frequentissime usurpatos videmus, ita ut αὐτοῦ valeat ἑαυτοῦ vel αὑτοῦ, αὐτὸν valeat ἑαυτὸν vel αὑτὸν, & sic de ceteris. Qua de re sæpe ad Appianum & ad Polybium diximus, & ipse etiam Vptonus monuit ad Nostr. II. 12, 11. & ad I. 2, 9. & passim alibi. Idem tamen Epicteti editor, ubi ista scriptura in superioribus editionibus occurrebat, plerumque tenuem spiritum aspero mutavit; idque suo arbitratu, non codicis msti auctoritate nisus, quem nullum ipse oculis suis usurpaverat. Nam quem *suum codicem mstum* vocare Vptonus consuevit, meminisse semper lector debebit nihil aliud fuisse, nisi exemplum Venetæ editionis, in cujus ora adnotatæ erant discrepantes a vulgata lectiones, e duobus codicibus msstis excerptæ. Atqui ex ejusdem illius libri sui ora non nisi semel, quod quidem observaverim, discessionem in hoc pronomine msstorum a lectione typis vulgata adnotavit, nempe ad II. 14, 16. Aliis locis, ubi in sua editione scripturam olim vulgatam pari modo mutavit, ne mentionem quidem usquam in Notis mutationis istius fecit. Nos, quoniam & ante hunc locum in quo versamur, (vs. 1. & 3.) & paulo post rursus eodem hoc versu, in αὐτὴν & αὐτῆς cum aspero spiritu consentiunt libri, eumdem hoc loco ab Vptono invectum tenuimus; quamquam fortasse, variandæ saltem nonnihil orationis caussa, αὐτὴν ex libris revocatum haud absurde maluerit aliquis. Sed minuta utique res est, de qua semel pluribus quibusdam verbis monuisse licuerit: posthac, sive Vptoni in eodem genere mutationem pariter subinde sequar, sive scripturam olim vulgatam (quam eamdem cum msstis libris consentientem puto) revocare commodum duxero, uno verbulo ea de re monebo. Hæc scripseram, quum intellexi, hoc quidem loco tres nostros codices Parisinos in αὐτὴν, quod Vptonus habet, consentire: & sic mox rursus iidem, αὕτη καὶ αὐτὴν κατανοησ. ubi tamen in pc. prius αὐτὴν fuerat scriptum. Omnino vero nullam quidem certam rationem codices hi sequuntur; sed utplurimum tamen lenem spiritum præferunt, ubi asperum Vptonus posuit.

Ibid. Ἡ Δύναμις ἡ Λογικὴ. Non est hoc nomine nunc sola intelligenda *ratiocinandi ac disserendi facultas*, ut Wolfius vertit; sed omnino *Facultas Rationalis*, ut Vptonus; nempe universa ea *facultas*, quæ τοῦ λόγου, id est,

est, *Rationis* nomine comprehendi solet; qua mutis animantibus præstant homines, & a qua λογικὸν ζῷον homo definitur. I. 6, 12. II. 9, 2. & alibi. Ea facultas, cujus & præstantiam hac disputatione laudat Epictetus, & diligentem culturam usumque commendat, cum intelligendi vim omnem continet, tum voluntatis libertatem. Quare eamdem mox vs. 5. rursusque v. 12. τὴν χρηστικὴν δύναμιν τῶν φαντασίων, tum τὴν προαίρεσιν vs. 23. adpellat.

Ibid. παρείληπται, et mox ἐλήλυθε. Confer I. 20, 5 sq. & Adnot. ad I. 7, 12.

Vers. 5. ὅτι χρυσίον καλόν ἐστι, *rem præstantem* (vel, *rem bonam*) *esse aurum.* χρυσίον e suo cod. & Paris. & ex edit. Salmant. restituit Vptonus, consentientibus Parisinis omnibus; cum χρυσίου dedissent superiores editiones, typothetæ (ut videtur) errore, e principe edit. Ven. in cæteras derivato. Eum errorem jam in suo exemplo correxerat Meibomius. Vocabulum καλὸν *pulcrum* interpretatus erat Vpt. cum Wolf. quod hoc quidem loco cum mente auctoris minus convenire mihi visum est. Nam, verum si quærimus, pulcritudo ipso sensu cognoscitur; ita quidem, ut aurum ipsum quodammodo intuentibus dicat, pulcrum se esse: at præstantia, excellentia, bonitas rei, ex collatione rationis judicatur, qui est usus aliquis nostrorum visorum. Eodem modo vocab. καλὸν in Stoicorum illa definitione Avaritiæ accipitur, quam Laërt. VII. 111. refert: ἡ φιλαργυρία ὑπόληψίς ἐστι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι. ubi ridicule interpres, *avaritiam opinionem esse de pecunia quod honesta sit:* debebat, *quod res præstans*, vel *res bona sit;* quam sententiam his verbis Cicero Tusc. IV. 11. expressit: *est Avaritia, opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit.* In eamdem fere, quam exposui, sententiam MEIBOMIUS ad verba illa quæ proxime sequuntur, ἡ χρηστικὴ δύναμις τῶν φαντασίων, hæc adnotavit: „quæ potentia expendit singulorum v. gr. metallorum virtutes; adeoque omnibus consideratis colligit, *aurum esse præstantissimum.*“

Ibid. ἡ χρηστικὴ δύναμις τῶν φαντασίων. *facultas visis utendi.* Hoc nomine eamdem nunc indigitat, quam modo τὴν δύναμιν τὴν λογικὴν dixerat. conf. v. 12. et ibi not. De vi vocis φαντασία Indicem consule: notum est autem, Stoicis sic dici *quamlibet speciem sensibus acceptam*, quamlibet *impulsionem animis nostris a rebus externis oblatam.*

Verſ. 7. *τὴν χρῆσιν τὴν ὀρθὴν ταῖς Φανταſίαις.* „Notanda eſt ſtructura *τὴν χρῆσιν ταῖς Φανταſίαις*, cum alibi dicat *τὴν χρῆσιν τῶν Φανταſιῶν*; ſic II. 8, 6. II. 19, 32. II. 22, 29. III. 22, 20. Sed nihil temere mutare velim: nam nomina verbalia eundem caſum ac ipſa verba regunt. Cic. de Leg. I. 15. *Juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutisque populorum.* Cæſar lib. I. [de Bell. Gall. c. 5.] *domum reditionis ſpe ſublata.* Eadem quoque conſtructio apud Stobæum Ecl. Eth. p. 171. eaque ab ipſis Stoicis: *εὐτεκνία, χρῆσις τέκνοις &c. εὐγηρία, χρῆσις σπουδαία γήρᾳ κατὰ Φύσιν ἔχουſι.* Sic II. 8, 6. *ἀλλὰ παρακολούθησίν γε τῇ χρήσει τῶν Φανταſιῶν οὐκ ἔχει.*“ VPTON. — De eadem ſtructura, Polybio etiam familiari, diximus ad Polyb. I. 11, 1. Pari vero ratione rurſus Noſter I. 6, 42. *τὰ ἐγκλήματα τῷ θεῷ* dicit, pro *τοῦ θεοῦ.* Et *ἐφαρμογὴ τῶν προλήψεων ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις.* I. 22, 3.

Verſ. 8. Ἀρά γε ex ed. Ven. reſtituì, ut & ratio poſtulabat, & Salmaſius etiam adnotaverat. Sic vero & codd. noſtri omnes. Mendoſe aliæ editiones ἀρά γε.

Ibid. εἰ ἠδύνατο, κἀκεῖνα ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν. „*Artifex* (inquit Seneca de Provid. c. 5.) *materiam mutare non potuit.* Πρόσεστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, *καὶ τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὗ μέρος εἶ.* M. Antonin. lib. II. ſ. 3.“ VPTON. — Corrupte ἐπέγραψαν pc. pro ἐπέτρεψαν.

Verſ. 9. *σώματι συνδεδεμένους. σώματι δεδεμ.* pb. *Ibid. κοινωνοῖς τοιούτοις, adligatos hujusmodi ſociis.* „Quorum poſtea mentionem facit, [verſ. 13.] ſcil. *ἀδελφῷ, φίλῳ, τέκνῳ.* Vide quoque infra, I. 12, 16. Quod ideo monendum duxi, ne quis cum Salmaſio *κοινωνοὺς* velit, accuſandi caſu. conf. II. 5, 28.“ VPTON. — Quam conjecturam ad Salmaſium auctorem refert Vptonus, continetur ea in *Acceſſionibus ad Emendationes Meibomianas in Diſſertationes Epicteteas Arriani*, quas Acceſſiones poſt Emendationes Meibomianas, Salmaſianis mixtas, edidit Relandus cum Enchiridio, p. 143 ſeqq. Atqui eas acceſſiones, cum ipſa inſcriptione, tum & in præmiſſa præfatione, haud obſcure MEIBOMIO, non SALMASIO, tribuit Relandus.

Verſ. 10. Ἐπίſχητε. Recte hoc nomen a ſuperioribus verbis ſejunxit Vptonus, & ad ſequentia traxit, quemadmodum juſſerant Salmaſ. & Gatak. ad Anton. V. 33. Prius ita edebatur, Ἀλλὰ τί λέγει ὁ Ζεὺς Ἐπίſχητε;

Ibid.

Ibid. σωμάτιον - - κτησείδιον. „Notandum est, Epictetum & M. Antoninum, id quod Stoicis familiare esse videbatur, ut rerum indifferentium (τῶν μέσων, τῶν ἀδιαφόρων, quæ οἱ πολλοὶ magni faciunt) contemptum indicarent, eas vilioribus appellationibus extenuasse. Hinc illa diminutiva vocabula, σωμάτιον, κτησείδιον, ἀγρίδιον, δοξάριον, ψυχάριον, & id genus plurima. Quod quidem semel monuisse satis esto." VPTON. — In κτησείδιον consentiunt pab. κτησίδιον pc.

Ibid. ἐποίησα ἐλεύθερον. „Vulgo ἐποίησα ἂν ἐλεύθερον. Sed abest hæc particula a nostro codice; quam quidem geminatam habes frequenter apud Platonem, Euripidem, & Atticos scriptores." VPTON. — Alterutro loco, sive hic, sive post σωμάτιον redundare istam particulam, delendamque, adnotaverat MEIBOMIVS. Rursus tamen: „Quod ἂν semel abundet, ait, excusandum est; quia extemporanei sermones non sunt ita accurati, ut qui cum cura scribuntur." — Et ego lubens gratiam fecerim repetitæ particulæ; non modo quod extemporalis sit oratio, sed quod nihil omnino insueti repetitio illa habet. (conf. not. ad vs. 3.) Et habet eam particulam h. l. repetitam codex noster pc. cum editis ante Vptonum; sed ignorant eamdem codices pab.

Ibid. ἀπαραπόδιστον. Sic scripsi ex trium nostrorum codicum consensu. Vulgo ἀπαρεμπόδιστον edd. Vide Ind. & Not. ad II. 13, 22. & ad Enchir. I. 2.

Vers. 11. πηλὸς κομψῶς πεφυραμένος. „Respicere videtur ad Promethei fabulam. Sic IV. 11, 27. τὸ σωμάτιον δὲ φύσει πηλός ἐστι. cf. IV. 1, 78. Scribit Suetonius, [in Tib. c. 57.] *Theodorum subinde in objurgando adpellare solitum Tiberium* πηλὸν αἵματι πεφυραμένον." VPTON. — Pro κομψῶς, est κομφὸς in pbc. Sed in pb. altera scriptura superne indicatur.

Vers. 12. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἠδυνάμην. „Seneca de Provid. c. 6. *At multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi!*" VPTON.

Ibid. ἔδωκα μέν σοι. „Scribo ἐδώκαμέν σοι. Certe μὲν hic suum ἀποδοτικὸν non invenit." MEIBOMIVS. — Et ego prope absum ut probem Meibomii rationem. Ac fortasse etiam ἠδυνάμην, quod præcedit, in ἠδυνάμεθα fuerit mutandum, quemadmodum idem suspicatus erat vir doctus. Certe quidem in terminationibus præsertim verborum frequentissimos ubique invenies librariorum. At id nunc qui-

dem non urgebo: neque enim insuetus est nostro subitus ejusmodi a singulari numero ad pluralem transitus, & vice versa a plurali ad singularem. vide I. 29, 59. IV. 13, 1 sq. I. 6, 42 sq. II. 14, 8. IV. 8, 34. Et in ipsis his verbis ἔδωκα μέν σοι μέρος τι ἡμέτερον similis quidam transitus inest. Quod si quem vero movet id, quod Meibomius etiam observavit, quod particula μὲν non habeat in sequenti oratione particulam sibi respondentem δὲ, aut aliam similem; scribat is cum nostro cod. pb. ἔδωκά σοι, deleta μὲν particula; & omnis levata fuerit difficultas.

Ibid. μέρος τι ἡμέτερον. „Legit Salmasius τι ὑμέτερον, quia infra (I. 6, 41.) ταῦτα ἔχοντες ὑμέτερα καὶ ἐλεύθερα, οὐ χρῆσθε αὐτοῖς. Sed frustra est. Jupiter dicit, se Epicteto tribuisse *sui quandam partem*; divinæ scilicet particulam auræ.“ VPTON. — Mihi vero etiamnum videndum videbatur, an verum fortasse tetigerit Salmasius; quoniam non tam de eo nunc agitur, quod in nobis *divinæ naturæ* sit *simile*, quam de eo quod *in nostra positum sit potestate*. Ac sane nec in ὁρμητικῇ & ὀρεκτικῇ δυνάμει, quam mox nominat, nec in ipsa χρηστικῇ τῶν φαντασιῶν, per se spectata, inest naturæ nostræ cum Deo præ cæteris animantibus similitudo. Sunt enim & mutarum animantium ὁρμαὶ & ὀρέξεις, & ipsæ quoque *visis utuntur*, ταῖς φαντασίαις χρῶνται. I. 6, 12 sq. III. 1, 25. At nimirum hoc ipso brutis antecellimus, quod, cum illa cæco ac necessario quodam ferantur impetu, nec quid agant intelligant, in nobis contra ἡ χρῆσις τῶν φαντασιῶν, αἱ ὁρμαὶ, ἀφορμαὶ, ὀρέξεις, ἐκκλίσεις, sint *in nostra potestate posita*, ἐφ' ἡμῖν, ut ait vs. 7. & *nostra opera*, ἡμέτερα ἔργα, ut est in Enchirid. init. Quam in sententiam mox etiam hoc ipso versu adjicit, ἐν ᾗ τὰ σαυτοῦ τιθέμενος, *in qua* (*visis utendi facultate*) *si tua omnia reposueris*. Eas rationes spectanti mihi veri speciem habere visa erat Salmasii conjectura. At nihil utique urget, ut eam arripiamus. Facultatem istam visis utendi, qualis ea homini data est, (nempe liberæ ipsius potestati permissa, & cum intelligentia conjuncta, cf. I. 6, 13 sqq. IV. 7, 32.) *partem esse* ait Epictetus *divinæ naturæ*. Pari modo loquitur I. 17, 27. II. 8, 11. Eodem pertinet Fragm. apud Stobæum, Ecl. Eth. p. 199. quod in ora libri dicitur esse Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας; ubi verba, leviter vulgo corrupta, ita legenda sunt: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ Θεὸς, τὰ δ' οὔκ. ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ κάλλιστον καὶ σπουδαιότατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν.

τασιῶν. τοῦτο γὰρ, ὀρθῶς γιγνόμενον, ἐλευθερία ἐστὶ, εὔροια, εὐθυμία &c.

Ibid. τὴν ὁρμητικήν τε καὶ ἀφορμητικὴν &c. Vide Not. ad III. 2. init. & ad Enchir. cap. 1, 1.

Verſ. 13. ἀρκοῦ οὖν αὐτοῖς. Sic quidem noſter pc. cum edd. Sed ἀρκῇ οὖν αὐτοῖς; pab. cum interrogandi ſigno: id eſt, *tune ergo his contentus es?* Tum pro εὔχου δὲ, habent εὔχομαι δὲ pac. & εὔχομαί γε pb. quod ſpeciem haberet, ſi quis hac diſſertatione colloquens cum Epicteto induceretur, ut I. 11, 38. Nunc vero εὔχου δὲ τοῖς Θεοῖς dicit, *precare Deos*, nempe *ut id tibi contingat.*

Verſ. 16. παρακύπτομεν. — „Παρακύπτειν eſt *capite inclinato & propenſo collo ſollicite adſpicere:* inde metaphorice *de eo qui accuratius rem intueatur.* Legit tamen Meibomius προκύπτομεν.“ VPTON. — De verbo παρακύπτειν videſis quæ ad Evang. Lucæ 24, 12. collegit Wetſtenii diligentia. Perperam, & invitis noſtris msstis, παρακύπτωμεν (litera ω longa) dabant vett. edd. Paulo ante, in pb. abſunt illa verba, διὰ τοῦτο ἂν ἄπλοια ἦ, & a verbis Καθήμεθα σπώμενοι nova linea ac veluti novum caput incipitur, majuſcula atque minio picta prima litera. Ante eadem autem verba, Καθήμεθα σπώμενοι &c. inſeruntur hæc: Ἐκ τῶν τοῦ Φιλοσόφου Πρόκλου εἰς Πλωτῖνον ὑπομνημάτων. Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην· καὶ σῶμ' ἀμάπηρος· καὶ πενίην Ἶρος· καὶ φίλος ἀθανάτοις. Eadem verba, ex ora veteris alicujus codicis importune huc intruſa, eodem loco leguntur in pa. ſed ante hæc, poſt illa καὶ καθελκόμεθα, idem cod. pa. iſta exhibet, διὰ τοῦτο ἂν ἄπλοια ἦ. In pc. omnia ſunt ſicut in editis, niſi quod deeſt ἄν ante ἄπλοια.

Ibid. ταμίαν τῶν ἀνέμων. — „Reſpicit Homeri verſus Od. κ'. 21.

κεῖνον γὰρ ταμίαν ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
ἠμὲν πανέμεναι, ἠδ' ὄρνυμεν, ὅν κ' ἐθέλῃσι.“
VPTON.

Ibid. Αἴολον. Αἰόλον pa. Vide ad III. 22, 78.

Verſ. 17. Τί οὖν; Δεῖ τὰ ἐφ' ἡμῖν &c. Quum ſic diſtingueretur vulgo, Τί οὖν δεῖ; Τὰ ἐφ' ἡμῖν &c. proxime poſt Τί οὖν interrogationis ſignum ponere juſſit Salmaſius; quam diſtinctionem ſibi non placere ait Vptonus, ego vero amplectendam putavi. Nec enim commode nudum δεῖ, pro δεῖ ποιεῖν vel δεῖ πράττειν poni videtur; & nihil frequentius Epicteto iſtâ formulâ Τί οὖν; nude ſic poſita? Ac plerumque quidem adhibetur ea formula, ubi

continuo alia sequitur interrogatio, veluti vs. 13. & 18 &c. sed & nulla sequente interrogatione, ut I. 2, 17. Nec tamen debeo dissimulare, in tribus nostris Parisinis codd. verba ista Τί οὖν δεῖ; sic jungi, ut vulgo in edd. omnibus factum erat.

Vers. 18. Ἐμὲ οὖν νῦν τραχηλοκοπεῖσθαι μόνον; „Cum indignatione quadam. Supple χρή, δεῖ, καλόν ἐστιν, aut simile aliquid. Sic I. 12, 24. σκέλος οὖν μοι γενέσθαι πεπηρωμένον;“ VPTON.

Ibid. ἵνα σὺ παραμυθίαν ἔχῃς. „Versus notissimus: *Solamen miseris, socios habuisse doloris.*“ VPTON.

Vers. 19. Λατέρανὸς [τις] ἐν τῇ Ῥώμῃ. „Plautius *Lateranus*, consul designatus, jussu Neronis interfectus est: conjurationis Pisonianæ conscius, ei sociatus *nulla* (ut ait Tacitus, Annal. XV. 49) propria *injuria*, *sed amore reipublicæ*. Vncis autem hæc verba τις ἐν τῇ Ῥώμῃ inclusimus. Neque dubitabit lector, quin e margine, ut solet, in contextum irrepserint; cum recenti adhuc hominum memoria Laterani cædes contigisset.“ VPTON. — De supplicio *Laterani* Tacitum confer Annal. XV. 60. cujus verba Schegkius ad h. l. citavit. Verba ἐν τῇ Ῥώμῃ in contextu teneri posse putavimus. Vna vocula τις suspecta, quæ haud dubie e margine irrepsit: sed qui eam suo codici primus adleverat, non τις scripsit absque accentu, *aliquis*; sed τίς; interrogative, nempe sibi ignotum illum significans, & quærens, *quisnam* ille esset. Mox simillimo modo τίς ante Ἐπαφρόδ. inserunt codices nostri pac. Confer vero notata ad III. 1, 31. & ad III. 2, 15.

Ibid. ἐκτείνας γὰρ τὸν τράχηλον. Articulum, quem h. l. ignorabant cæteræ editiones, tacite adjecit Vptonus, præeunte (puto) ipsius codice; nostri certe Parisini omnes τὸν hoc loco non minus, quam paulo ante, eumdem agnoscunt.

Vers. 20. Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος. „*Epaphroditus*, *libertus Neronis* & a libellis, Epicteti dominus; de quo Suetonius in vita Neronis, c. 49. & Domit. c. 14. Tacitus Annal. lib. XV. 55. Suidas in voce Ἐπίκτητος. Alius videtur apud illa quem Josephus laudat. [in Proœm. Antiq. Jud. & contra Appion. I. 1. & in Vita sua, in ipso fine.] Neque adeo credendum est, has voces τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος e margine desumptas esse, uti istas supra, τις ἐν τῇ Ῥώμῃ: sed cum ea ætate plures essent ejusdem nominis, ad distinctionem, ut

ut puto, adhibentur.“ VPTON. — De *Epaphroditis* videsis Christoph. Wolsium, Wetstenium aliosque Criticos ad Pauli Epist. ad Philippens. 2, 25. & quos illi laudarunt auctores. Mire vero tres nostri codices Par. pro τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νερ. dant τῷ κυρίῳ τοῦ Νέρωνος. Debuerant forsan τῷ κυρίῳ μου καὶ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νερ. Paulo ante, in pa. sic scribitur προσελθόντι, τίς Ἐπαφρ. Magis vero etiam corrupte in pc. ἐπελθόντα τίς ἐπ' ἀφροδίτῳ. De insertione quidem pronominis τις, vide modo adnotata ad vs. præced.

Ibid. ὑπὲρ τοῦ συγκρουσθῆναι. „Schegk. & Wolf. *de conjuratione.* Forsan, *de læsa majestate.* vide H. Steph. in voce συγκρούσεις.“ VPTON. — In contextu Vptonus interpretatus erat *de inimicitia atque offensione:* mihi in eamdem sententiam paulo planius videbatur, *de offensionis caussa.* Eadem tamen notione multo frequentior est usus alterius verbi compositi, προσκρούεσθαι. Pro ὑπὲρ, perperam ὑπὸ habet pb. ἐπὶ pc.

Vers. 22. *μή τις οὖν κωλύει. num quis ergo prohibet.* μή τις ex principe edit. Ven. & Bas. restitui, pro quo μή τι (nescio, consilio-ne, an casu) in ed. Genev. receptum, et ex ea in reliquas transiit: quod ipsum in contextu quidem tenens VPTONVS, in Notis ait: „Fortasse melius cum ed. Ven. & Bas. μή τις.“ — Nempe cum eadem editione Ven. consentiebant codices mssti, quorum collatione usus est editor Britannus, e quibus nulla discrepantia a scriptura editionis Ven. adnotata erat. Et consentiunt nostri pabc. Recte: nam quamquam per se non improbandum foret μή τι, *num impedit aliquid:* tamen, quoniam paulo ante, quemadmodum frequentissime aliàs, μή τι pro nuda particula μὴ redundante pronomine τι ponitur, perspicuitatis caussa nunc μή τις, *num quis,* dixit. Conf. II. 17, 22. Enchir. I. 3.

Vers. 23. Ἀλλὰ ἐάσω σε. „Confer I. 18, 17. I. 29, 5. Hæc autem desumta sunt ex Euripidis Bacchis, vs. 492 sqq. Vnde Horatius lib. I. Epist. 16. [sub finem:]

Vir bonus & sapiens audebit dicere: Pentheu,
rector Thebarum, quid me perferre patique
indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
lectos, argentum. Tollas licet. In manicis &
compedibus sævo te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simul atque volam, me solvet.“
VPTON.

Ibid. Ἄνθρωπε, τί λέγεις; ἐμέ; „Cum Salmaſio potius diſtinguendum: Ἄνθρωπε, τί λέγεις ἐμέ; Sic I. 25, 30.“ VPTON. — At eadem ſententia ſignificantius etiam expreſſa fuerit, ſi vulgatam ſervemus diſtinguendi rationem. Eodemque modo I. 25, 30. percommode diſtingui poterit: Τί λέγεις; αὐτόν;

Ibid. τὴν προαίρεσιν δὲ οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται. Cur non? Reſpondet ipſe Epictetus, III. 3, 10. οὐδὲ γὰρ ἐθέλησεν. conf. I. 6, 40.

Verſ. 24. Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. Τὸ σωμάτιον. Ἀποκεφαλίσω σε. Πότε οὖν &c. Sic cum codice ſuo legendum diſtinguendumque monuit Vptonus in Notis, cum in contextu lectionem olim vulgatam ſervaſſet, quae ſic habebat: Εἰς φυλακήν σε βαλῶ· τὸ σωμάτιον ἀποκεφαλίσω σου. Πότε οὖν &c. Cum Vptoni cod. conſentiunt noſtri pab.

Verſ. 26. Θρασέας. „*Thraſea Pætus*, philoſophus Stoicus, vixit temporibus Neronis. Tacitus Annal. XVI. 21. *Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem ipſam exſcindere concupivit, interfecto Thraſea Pæto, & Barea Sorano.* Martial. lib. I. Epig. 8. *Magni Thraſeæ.* & IV. 54. *Thraſea conſtantior ipſo.* Plinius lib. VIII. Epiſt. 22. *Mandemus memoriæ quod vir mitiſſimus & ob hoc quoque maximus, Thraſea, crebro dicere ſolebat, Qui vitia odit, homines odit.* Vide etiam Xiphilin. in vita Neronis, ubi inter alia hæc ſunt: [p. 995. ed. Reimar.] Τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν· ὁ ἐμὲ (lege ὅτι ἐμὲ) Νέρων ἀποκλεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ. Quæ verba ſunt Socratis apud Platonem, ab Epicteto laudata.“ VPTON.

Verſ. 27. Ῥοῦφος. „C. Muſonius Rufus, *Tuſci generis, equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus eſt:* verba ſunt Taciti Hiſtor. lib. III. 81. vide Annal. XIV. 59. & XV. 71. Scribit Xiphilinus, [p. 1087. ed. Reim.] Veſpaſianum philoſophos omnes, excepto Muſonio, Roma expuliſſe. Vide A. Gell. lib. XVI. c. 1. Extant ejus plurimæ apud Stobæum ſententiæ.“ VPTON.

Verſ. 28. Ἀγριππῖνος τί ἔλεγεν; „Noſter codex: Διὰ τοῦτο γὰρ Ἀγριππῖνος ἔλεγεν, ὅτι ἐγὼ ἐμαυτῷ ἐμπόδιον οὐ γίνομαι. Neque displicet hæc lectio. Cæterum de *Paconio Agrippino* (cujus pater, læſæ majeſtatis reus, ſub Tiberio periit; Sueton. Tib. c. 61,) conſule Tacit. Annal. lib. XVI. 28 ſq. & ibi Lipſium.“ VPTON. — ἐμπόδιον

πόδιον etiam, pro vulgato ἐμπόδιος, ſcribere ex conject. juſſerat Meibomius. Sed ἐμπόδιος agnoſcunt noſtri codices omnes; τί vero, ante ἔλεγες, cum codice Vptoni ignorat noſter pb. non male. Mox ἀπηγγέλη pbc. pro ἀπηγγέλθη.

Ibid. Ἀγαθῇ τύχῃ. „Hæc verba, ἀγαθῇ τύχῃ, ſolemnia, in pſephismatis præſertim occurrunt: eaque loquendi formula veteres utebantur, quoties ſucceſſum precati ſunt lætum aut magiſtratum ineuntibus, aut provinciam aliquam ſuscipientibus; vel etiam boni ominis cauſa. Sic Plato in Symp. Ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ καλαρχέτω Φαίδρος. & in Critone, ἀλλ', ὦ Κρίτων, τύχῃ ἀγαθῇ, &c. Eodem modo Romani, *Quod felix fauſtumque ſit.*" VPTON.

Verſ. 29. ἦλθεν ἡ πέμπτη. *Quintam* diei *horam* intellige, non quintum diem, ut interpretes. Hora quinta lavatum ivit Agrippinus. Hoc credo Romanis fuiſſe ſolemne circiter id tempus." VPTON. — Schegkii & Wolfii errorem, *quintum diem* intelligentium, jam notaverat Meibomius, conferre jubens vſ. 32.

Ibid. γυμνασάμενος ψυχρολουτρεῖν. „Petron. c. 28. *Itaque intravimus balneum, & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus.* Vbi Gloſſ. *Antiqui, poſtquam ſe exercuiſſent, ad balnea, a balneis ad coenam, ibant.*" VPTON. — ψυχολουτεῖν ſcribunt pab. quod vulgato non deterius.

Verſ. 30. ἐλθὼν. „Hanc optimam lectionem noſtro codici debemus. Editi omnes, λέγει τις αὐτῷ, ἔλθ' ὅτι." VPTON. — In ed. Ven. operarum errore ſic erat expreſſum ἔλθ' ὅτι, ex quo cæteri editores ἔλθ' ὅτι fecerunt, cum quibus faciunt tres noſtri codices. *Ibid.* οὐκ ἀφῃρέθη. οὐκ ἐφῃρέθην pa.

Ibid. εἰς Ἀρίκειαν. „Hodie *La Riccia* dicitur, Strabo: [lib. V. p. 239. ed. Caſaub.] ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ'. *in via Appia, 160 ſtadiis a Roma.* Horat. lib. I. ſat. 5. [vſ. 1.]

Egreſſum magnâ me excepit Aricia Romæ."

VPTON. — Ex Horatii verſu intelligitur, rectius apud Strabonem Ἀρικία vel Ἀρίκια ſcribi, ſimplici vocali in penultima. Quamquam parum refert: & apud Stephanum quoque Byzant. Ἀρίκεια editur. Rurſus vero in Fragm. Epicteti apud Stobæum, Serm. VII. p. m. 87. ſic ſcribitur, ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν.

Ibid. ἀριστήσωμεν. „Editio Salmant. ἀριστήσομεν, quæ lectio præponi [præponenda] videtur, cum celeritatem exprimat majorem. conf. p. 761.“ VPTON. Locus, quem conferre jubet Vptonus, est idem illud fragmentum Epicteti apud Stobæum, quod modo citavimus. In vulgatam scripturam consentiunt nostri libri.

Vers. 32. νῦν ἀριστῶ τῆς ὥρας ἐλθούσης, εἶτα τότε τεθνήξομαι. Sic orationem cum msstis nostris distinguunt editi omnes ante Vptonum. Is verba νῦν ἀριστῷ minori puncto, quod vocant, a sequentibus separavit, Wolfii versionem secutus, quæ sic habet: *nunc prandeo; cum hora aderit, tum statim moriar.* Sed eam rationem ipse rursus Editor improbans in Notis: „Distingue potius, ait, cum Schegkio, νῦν ἀριστῶ τῆς ὥρας ἐλθούσης· εἶτα &c. *Nunc prandeo, hora adventante: ac deinde moriar.*“ — Paulo ante, pro εἰ μετ' ὀλίγον, perperam καὶ μετ' ὀλίγον scribunt nostri pabc. Et superiori versu, παρεσκεύακέ μοι pab. pro παρεσκεύακέναι.

Ibid. τὸν τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόντα. „Qui vitam restituit ut naturae debitum. Sic Phædrus:

Et mors vicina flagitabit debitum.

Cicero Tusc. Quæst. I. 39. *Pellantur ergo istæ ineptiæ pæne aniles, ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturæ-ne? At ea quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.* In Elegia de morte Drusi:

Vita data est utenda, data est sine foenore nobis
mutua, nec certa persolvenda die.

Enchirid. cap. XI. Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ &c. Ex quo loco emendandi sunt Heroclis codices, qui huc respexit p. 84. edit. Needhami.“ VPTON.

CAPVT II.

Argumentum hujus capitis in ed. Ven. & Bas. sic legebatur, Πῶς ἄν τις σώζοιτο κατὰ &c. Recte ed. Gen. & seqq. σώζοι τὸ, divisis vocibus; in quo consentientes habent codices pab. Consentit etiam pc. in Indice Capitum libri primi, nisi quod ibi perperam σώζει pro σώζοι scribitur. Præter rem MEIBOMIVS, superiorem probans scripturam: „Deesse puto, ait, τὸ πρέπον, ut sit, Πῶς ἄν τις τὸ πρέπον σώζοιτο &c.“ — Verbum σώζειν eodem modo usurpatur atque τήρειν, quod vide

in

in Indice. Dictionem τὸ κατὰ πρόσωπον habes hoc cap. vſ. 28 & 30. *Argumenta Capitum*, quæ omnes exhibent codices, perapte plerumque adpoſita, non ab aliquo ſequioris ætatis auctore adjecta videntur, ſed ab ipſo Arriano profecta. In pb. hoc loco ſcribitur, Περὶ τοῦ, πῶς ἄν τις &c. Et ſic in Indice Capitum ſcribunt omnes pabc.

Verſ. 2. Ὅρα πῶς Λακεδαιμόνιοι μαστιγοῦνται. „De Spartanorum patientia, & de more pueros ad aram Dianæ Orthiæ flagris cædendi, multi multa dixere. Vnde Horat. lib. I. Od. 7. *Patiens Lacedæmon.* Cicero Tuſc. II. 13. [14.] *Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multus e viſceribus ſanguis exeat; nonnumquam etiam, ut cum ibi eſſem audiebam, ad necem: quorum non modo vemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem.* Et lib. V. 28. [al. 27.] *Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati: adoleſcentium greges Lacedæmone vidimus ipſi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu denique; cum exanimarentur prius, quam victos ſe faterentur.* Vide quoque Senec. de Provid. c. 4. & Simplic. in Epict. c. 10.“ VPTON. — Plura in eam rem aliorum ſcriptorum loca collegit Daviſ. ad Cicer.

Verſ. 3. Τὸ ἀπάγξασθαι. „Libri cæteri τὸ δ' ἀπαγξ. Sequimur noſtrum codicem; ut [mox *eodem vſ.*] ubi πάθῃ poſuimus, pro μάθῃ, [quod erat editum.] Recte παθῇ, ut I. 18, 1. I. 28, 3 & 13. & alibi. Τὸ παθεῖν eſt *leui quadam opinione affici*, ſi ita loquar. *Si animo ita affectus ſum ab opinionibus, hoc ipſo tempore rationi eſſe conſentaneum ſuſpendio vitam finire, nec mora abeo, ſuſpendio vitam finiturus.* Male itaque μάθῃ: nemo enim ex doctrina, ſed mera ab opinione, ita agit. Confer autem II. 23, 17.“ VPTON. Particulam δὲ cum Vptoni codice ignorat noſter pb. In πάθῃ eidem adſtipulatur noſter pc. Verbum πάσχειν, vel παθεῖν, iſto uſu, Stoicis (ut videtur) proprio, quem hic ſequitur Epictetus, non denotat ſigillatim *levi quadam opinione adfici*, ut vult Vptonus, ſed omnino *opinione quacumque.* Simili quadam ratione συμπάσχειν δόγματι, I. 3, 1. eſt, *dogma* vel *decretum aliquod intimo animi adfectu amplecti.* De eodem uſu verbi παθεῖν, in Indice hæc adnotavit VPTONVS: „Dicitur autem mens πάσχειν, quoties ſeſe inferunt φαντασίαι: cujus quidem mentis officium eſt, ſpatium ſibi dare ad conſiderandum, ne temere

mere abripiatur, & ſibi perſuadeat id verum eſſe, quod primo impulſu ſuggeritur. Chryſippus apud Plut. lib. IV. de Placit. Philoſ. [c. 12.] Φάντασία ἐστὶ πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτῷ [ἑαυτό τε lege] καὶ τὸ ποιητικόν. Laërt. VII. 49. προηγεῖται γὰρ ἡ φαντασία· εἶθ' ἡ διάνοια, ἐκλαλητικὴ ὑπάρχουσα, ὃ πάσχει ὑπὸ τῆς φαντασίας, τοῦτο ἐκφέρει λόγῳ. *Praecedit namque viſio: deinde mens, cujus officium ſit enunciare quod a viſione accipit, exprimit verbo.* Vide ibi Aldroband. Recte ergo I. 2, 3. ὅταν πάθῃ pro μάθῃ repoſui.“

Ibid. ἀπελθὼν ἀπήγξατο. „Eadem occurrunt verba apud Matth. c. 27, 5.“ VPTON. — „Forſan ἂν ἀπήγξατο, *ſe vel ſuspenderit.*“ MEIBOM. — Non ſolicitanda vulgata.

Verſ. 4. τὸ ζῶον. Intellige τοῦτο τὸ ζῶον nempe λογικὸν, ut ait initio capitis. Ac fortaſſe librariorum culpa intercidit h. l. vocabulum λογικὸν, aut pronomen τοῦτο. Sed conf. I. 10, 7.

Ibid. ἑλκόμενον. „Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic II. 20, 15. de Epicuro: τὸ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἰσχυρόταλον, ἡ Φύσις, ἕλκουσα ἐπὶ τὸ αὐτῆς βούλημα ἄκοντα καὶ στένοντα.“ VPTON.

Verſ. 5. Ἄλλῳ δ' ἄλλο προσπίπτει τὸ εὔλογον. „*Fit ut alia aliis vel probabilia vel improbabilia ſint.* Quod ſuapte natura verum, honeſtum, bonum, probabile eſt, in genere omnibus eſt tale: ſed ſpeciatim aliquod discrimen admittit, ob varias animorum, corporum, fortunarum conditiones: ut vinum febricitanti, mel bilioſo adverſatur, cæteris non item. Vide Ciceronem lib. I. de Offic. ubi de cujusque Perſonæ decoro disputat.“ WOLFIVS. Verba iſta, ad quæ hæc adnotaverat Wolfius, in eamdem fere ſententiam in lat. verſione interpretatus eſt Vptonus: *verumtamen evenit, ut aliud alii ſit rationi conſentaneum & non conſentaneum.* Rurſusque in Indice verba illa, ἄλλῳ ἄλλο προσπίπτει, ſic vertit, *aliud alii evenit.* At nunc quidem non agitur de eo quod *eſt*, ſed de eo quod *videtur* cuique, de *opinionum* diverſitate, de erroribus quos in judicando eo, quod ſit rationi conſentaneum aut contra, admittere ſolent homines. Itaque verbum προσπίπτειν eodem fere modo hic accipiendum, quo in illa phraſi, cum φαντασίαι, id eſt *viſa* vel *ſpecies rerum*, προσπίπτειν ἡμῖν dicuntur, nempe *occurrere nobis, offerri, objici, accidere;* ſicut paſſim apud Noſtrum, II. 16, 20. II. 18, 10. II. 23, 42. &c. & apud Laërt. VII. 118.

προσπε-

προσπεσεῖσθαί ποτε αὐτῷ (τῷ σοφῷ) φαντασίας ἀλλοκότους. Itaque veram auctoris sententiam his verbis exprimenda esse duxi, *alii aliud videtur rationi consentaneum.* Propius ad verbum dicere posses, *aliis aliud* (id est, *aliis aliâ specie, aliis aliâ*) *occurrit.* Conf. I. 20, 11.

Vers. 6. ὥστε μαθεῖν τὴν τοῦ εὐλόγου καὶ ἀλόγου πρόληψιν ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις ἐφαρμόζειν. „Hunc locum emendavimus auctoritate nostri codicis. Cæteri libri [editi,] ὥστε μαθεῖν τοῦ εὐλόγου καὶ ἀλόγου κρίσιν ταῖς ἐπὶ μέρος οὐσίας. Vbi duo occurrunt errores: κρίσιν, contra sensum; & μέρος, contra constructionem; male quoque omittitur τήν. Consule Indicem in voce πρόληψις." VPTON. — Adde Ind. in μέρος & in ἐφαρμόζειν. Articulum τὴν habet etiam noster pb. πρόληψιν vero pab. qui quidem in mendosam scripturam ἐπὶ μέρος h. l. cum olim vulgatis consentiunt. In pc. vero, post ἀλόγου, duæ fere lineæ prætermissæ sunt a librario, quem eorumdem verborum paucis interjectis repetitio decepit.

Vers. 7. ἀλλὰ καὶ τῷ κατὰ πρόσωπον. Vulgo omnes ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ προσ. Qui genitivus videri poterat a ταῖς ἀξίαις pendere; nec tamen satis commodus erat: oportebat enim καὶ ταῖς τῶν; neque aliâs τὰ κατὰ πρόσωπον dicit Noster, in plurali numero, sed τὸ κατὰ πρόσωπον, in sing. ut vs. 28 & 30. Itaque prætuli καὶ τῷ κατὰ πρ. quod in pb. inter lineas notatum a prima manu inveni.

Vers. 8. ἀμίδα παρακρατεῖν. „Ita ex nostro cod. pro περικρατεῖν; & mox παρακρατήσας, pro περικρατήσας, quæ lectio priores occupavit editiones. Monente etiam Meibomio. Cæterum vide Erasmi Adag. *Indignus qui illi matellam porrigat.* Erat autem inter sordidissima, micturienti matulam supponere. Vnde illud Martialis, lib. X. Epigr. 11.

Disperiam, si tu Pyladi præstare matellam
dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Hi dicebantur *Lasanophori.* Horat. lib. I. Sat. 6. 109.

— — — *Quinque sequuntur*
te pueri, lasanum portantes.

Sic I. 19, 17. ὅταν Καίσαρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ λασάνου ποιήσῃ." VPTON. In veram scripturam παρακρατ. consentiunt fere nostri mssti, quam eamdem vs. 9 & seq. editi etiam omnes tenebant. Pro ἀμίδα autem cum h. l. tum vs. 10. ἀμίδαν dant pac. insolita forma.

Vers.

Vers. 9. ἄλλῳ δέ τινι &c. „Plutarchus in Apophthegm. Lacon. refert, *puerum quendam Spartanum, ab Antigono captum ac venditum, paruisse quidem emptori in omnibus, quæ non essent indecora ingenuis. Cæterum jussus afferre matulam, detrectavit obsequium, addens: Non serviam. Surgente domino, puer, Senties, inquit, quem emeris; simulque conscenso tecto, se præcipitem dedit.*“ SCHEGKIVS.

Ibid. τὸ αὐτὸν παρακρατῆσαι. „Vsitatissimum est, αὐτοῦ pro αὑτοῦ seu ἑαυτοῦ usurpari: idque præsertim apud scriptores sequioris ævi. Quare non temere mutandum.“ VPTON. — At non semper promisso stetit vir doctus. vide Not. ad I. 1, 4.

Vers. 10. Ἂν οὖν μου πυνθάνῃ. „*Quod si me percontaris.* Ea quæ sequuntur, docent, si quis talia roget, eum a vulgo non differre, ac vivere populariter ei licere; secus ac viro honesto, erudito, & gravi.“ WOLFIVS.

Ibid. μείζονα ἀξίαν ἔχει — — μείζονα ἀπαξίαν. Solennes hæ sunt formulæ Stoicorum, cum de rebus agunt, quæ nec in bonis (sensu eminenti sic dictis) nec in malis debent numerari, sed per se hactenus quidem sunt indifferentes. Earum rerum aliæ, cum aliis comparatæ, μείζονα ἀξίαν habent, id est, *majore æstimatione dignandæ sunt*, adeoque *præ aliis eligendæ & sumendæ:* aliæ μείζονα ἀπαξίαν habent, id est, quasi *majorem indignitatem*, ut Wolfius vertit, vel *minorem æstimationem*, ut Cicero dicere maluit; adeoque, si cum prioribus comparentur, *rejiciendæ* sunt. Vide Cic. Acad. I. 10. de Finib. III. 6, & 15 sq. IV. 21 & 25. & Gatak. ad Anton. III. 11. quos laudavit Heynius ad Enchir. c. 36. Apud Laërtium quidem, VII. 105. habes ἀναξίαν ἔχουσα, non ἀπαξίαν; sed apud Epictetum in ἀπαξίαν non hic solum, verum etiam in Enchir. l. c. consentiunt libri, excepto ibi uno.

Ibid. τοῦ μὴ δαρῆναι. „Absunt hæc verba, τοῦ μὴ δαρῆναι, a cæteris codicibus, quæ huc ex nostro codice ad locum suum revocavimus.“ VPTON. — Parisini codices illa verba non magis agnoscunt, quam olim editi.

Vers. 11. Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμέ. Τοῦτο σὲ δεῖ συνεισφέρειν. „*But this is not agreeable to my Rank or Character.* [hoc est: *At hoc meæ non convenit personæ.*] Monent Lexicographi, κατὰ *convenientiam* significare. Demosth.

Demoſth. περὶ στεφ. p. 189. edit. Par. 1570. τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων. Vbi Schol. τῶν κατὰ τὴν ἐμὴν τάξιν." VPTON. — Nihil iſto uſu frequentius. Cæterum verba iſta, Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμὲ, intelligi poſſunt ab eodem dicta, a quo ea quæ proxime præcedunt. At, quæ ſequuntur, indicare utique videntur, eſſe hanc objectionem ab eo factam, qui quæſtionem propoſuerat: cui objectioni deinde proximis verbis, Τοῦτο σὲ δεῖ, reſpondetur. Pronomen vero hoc, τοῦτο, ſuperiores editiones ad præcedentia referebant, Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμὲ τοῦτο. Commodius Vptonus ad ſequentia traxit, quia ad σὲ δεῖ συνεισφέρειν utique deſiderabatur τοῦτο, quod ad ſuperiora quidem verba facile intelligitur.

Verſ. 12. Ἀγριππῖνος. „De Paconio *Agrippino* vide ſupra ad I. 1, 28." VPTON.

Ibid. Φλώρῳ. Quærenti mihi de *Floro* nihil memoratu dignum occurrebat." VPTON. — Nempe paſſim quidem mentio fit virorum hujus nominis; ſed nihil occurrit, e quo conjecturam facere liceat, quis fuerit hic, quem nunc Epictetus dicit.

Ibid. εἰς Νέρωνος θεωρίας. „Quam deditus fuerit ſcenicis ſpectaculis Nero, ſatis notum. Conſule Taciti Annal. XIV. 14 ſq. & Suetonium in vita Neronis, c. 21. Quod autem Epictetus dicit de Floro, id patet ex Xiphilino & Tacito: *Neronem* nempe *nobilium familiarium poſteros, egeſtate venales, in ſcenam deduxiſſe, ratum dedecus amoliri, ſi plures foedaſſet.*" VPTON. — Xiphilinum vide cap. 17 ſq. ex Dionis Caſſii Hiſt. lib. LXI. p. 996 ſqq. edit. Reimari.

Verſ. 14. συγκαθεὶς. συντιθεὶς pab. male. Vide Ind. in συγκαθίημι, & in καθίημι.

Verſ. 15. Τί γάρ μου πυνθάνῃ; Forſan Εἰ γάρ μου πυνθάνῃ, &c. ut apodoſis deinde orationis ſit, λέγω, ζωή. Sed temere nil muto; & in vulgata adquieſco.

Ibid. αἱρετώτερον. αἱρετώτερος pc. quod quamquam ſpeciem habet, vulgatæ ſcripturæ non præferendum.

Verſ. 16. τραχηλοκοπηθήσομαι. τραχηλοκοπησθήσομαι pa. quod videri poſſit ex τραχηλοκοπισθήσομαι corruptum, a τραχηλοκοπίζω, quæ tamen forma non uſitata.

Verſ. 17. Τί οὖν; Σὲ ἔδει &c. Sic orationem diſtinxit Vpton. Non minus vero commode, ac fortaſſe etiam commodius olim conjungebant illa, Τί οὖν σὲ ἔδει Φρονίζειν; *Quid ergo te oportebat curare?* &c. Aliam diſtinguendi totius hujus loci rationem propoſuit Gatak.

ad

ad Anton. XI. 18. quæ mihi non incommoda solum, sed & prorsus aliena visa est.

Vers. 18. ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι. „Prorsus πορφύρα hic, quod in Senecæ verbis *prætextum*, pro *purpura quæ prætexitur*; uti obſervabat Caſaub. in Notis ad Sueton. Jul. Cæſ. c. 30. Locus Senecæ eſt Epiſt. 71. *Sed Cn. Pompejus amittit exercitum: ſed illud pulcherrimum reip. prætextum, optimates, uno prælio profligabuntur.* Vocat *optimates*, honeſta translatione, *prætextum reip.* Conf. III. 1, 23.“ VPTON. Adde mox hoc cap. vſ. 22.

Ibid. ὅτι ἐξομοιώθητι τοῖς πολλοῖς. „Notanda eſt ſtructura, ὅτι cum verbo modi imperativi; uti I. 6, 27. ἀλλ' οἶμαι, ὅτι ταῦτα πάντα — — φέρετε. [Vide ibi not.] I. 7, 6. ἀρκεῖ τοῦτο ἀκοῦσαι, ὅτι — — παραδέχου. Sic Xiphilin. p. 352. εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παραλαλήσαντί τι, ὅτι ἄπελθε, καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. Et p. 389. εἰπών, ὅτι λέγετε τοῖς οἴκοι, Περτίναναα ἄρχειν. Et p. 430. ἀπεκρίνατο, τὸ ξίφος δείξας, ὅτι θάρσει μῆτερ.“ VPTON. — Nihil familiarius Noſtro, quam pleonaſticus ille particulæ ὅτι uſus; ſed is nec cuiquam fere alii Græco ſcriptori alienus. E Polybio exempla nonnulla in Lexico Polyb. collegi. Cæterum, quæ verba ex Epict. noſtro I. 6, 27. citavit Vptonus, ea huc non fuiſſe referenda, ipſa loci inſpectio docebit. Aliud exemplum, vere huc ſpectans, in Ind. citavit Vpton. ex Aeliani Var. Hiſt. XIV. 16. ἀποκρίνασθαι τὸν ζωγράφον, ὅτι στρέψον τὸ πινάκιον.

Vers. 19. Πρίσκος Ἑλουίδιος. „Innocentia & ſanctitate vitæ facile omnibus ætatis ſuæ ſuperiorem fuiſſe *Helvidium*, produnt hiſtoriæ. Hunc a Veſpaſiano occiſum, miſſis percuſſoribus, ſcribit Suetonius. Plura de ipſius moribus atque ingenio reperies apud Tacitum, libro XX. hiſtoriæ Auguſtæ; [Hiſt. IV. 5.] ubi ſic ſcribit: *Ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit: non, ut plerique, ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior adverſus fortuita remp. capeſſeret. Doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantum quæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant.* Plura apud Tacitum, & ſparſim quædam reperies apud Plinium in Epiſtolis.“ SCHEGKIVS.

Ibid. „Helvidii meminit inter alios reip. & libertatis amatores M. Antonin. I. 14. Conſule autem Sueton. in Veſpaſ. c. 15. qui has ipſas altercationes ab Epicteto memoratas

moratas respexisse videtur. Et Tacit. Hist. lib. IV. c. 4. *Vbi ad Helvidium Priscum, prætorem designatum, ventum, prompsit sententiam, ut honorificam in bonum principem, [ita] falsa aberant, & studiis senatus attolleba-tur. Isque præcipuus illi dies magnæ offensæ initium & magnæ gloriæ fuit.* His adde Juvenal. Sat. V. 36. & ibi vet. scholiasten." VPTON.

Ibid. Οὐεσπασιανοῦ. Οὐεσπεσιανοῦ vulgo dabant omnes. Nil necesse equidem putavi, errorem librariorum religiose tenere. Itaque veram scripturam restitui, quemadmodum & Reimarus apud Dionem facere non dubitavit, ubi eumdem errorem subinde erraverant librarii; p. 915 & 958. Habet autem Οὐεσπασιανοῦ etiam noster pb.

Ibid. μέχρι δ' ἂν ὦ. „Ita ex nostro codice, monente etiam Meibomio, reposui. Cæteri libri perperam μέχρι δ' ἂν οὐ." VPTON. — Cum Vptoni cod. facit noster pc. Et proxime accedunt pab. in quibus est μέχρι δ' ἐὰν ὦ. Ad lectionem olim vulgatam, μέχρι δ' ἂν οὖ, sic commentatus erat WOLFIVS: „*Quoad autem*, scilicet ἐάσεις μὲ συγκλη]ικὸν εἶναι, *me senatu non moveris, est mihi frequentanda curia.* Interrogatio [quæ ponebatur post εἰσέρχεσθαι] delenda est. Male distinctus est hic libellus, ut græci plerique. Ego vero, in convertendo, sententiæ auctoris servire soleo, non erratis & negligentiæ librariorum."

Vers. 21. καὶ σὺ τὸ σὸν. Caret σὺ pa.

Vers. 22. τί γὰρ ἄλλο, ἢ διαπρέπει ἐν αὐτῷ ὡς πορφύρα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ καλὸν παράδειγμα ἔκκειται. WOLFIVS: *Quid enim promovet in veste purpura? Quid enim aliud, nisi quod et in sese eminet, ut purpura: & cæteris honestum exemplum præbet?* Ad quæ verba hæc adnotavit ipse interpres: „Lego ἐν ἑαυτῷ, vel αὑτῷ cum aspiratione: *excellit in sese, ut prætexta purpura in veste.*" — In eamdem sententiam Vptonus vertit: *Quid prodest purpura vestimento? quid, nisi ut per se excellat, cum sit purpura, & aliis honestum præbeat exemplum?* At manifestum videtur, verba ἐν αὐτῷ referri ad ἱμάτιον, quod modo præcessit; ita ut responsio ad illam quæstionem, Τί δ' ὠφελεῖ ἡ πορφύρα τὸ ἱμάτιον; in eadem statim similitudine maneat. *Quid prodest purpura vestimento? Eminet, excellit in eo, ut purpura;* cujus nempe hæc ipsa vis est, ut præ cæteris late splendeat. Et hanc interpretationem ipsum etiam verbi thema, διαπρέπει, poscere videtur, quod in præsenti tempore positum est,

ficut ὠφελεῖ; non in præterito, quemadmodum remotius verbum ὠφέλησε, quod cum Πρίσκος conjungitur. Adplicatio vero similitudinis per se intelligitur, nec disertis verbis adjicitur: scilicet, *sicut purpura splendore suo eminet in reliquo vestimento, sic Priscus virtutis suæ splendore eminuit inter suos æquales.* Pro διαπρέπει, habet διαπρέπειν pa. In ἐν αὐτῷ vero consentiunt libri omnes.

Vers. 23. μὴ εἰσελθεῖν εἰς σύγκλησον. „Hæc lectio est nostri codicis; aliorum ἐλθεῖν.“ VPTON. Nostri libri ἐλθεῖν habent, ut olim edebatur.

Ibid. ἔχω σοι χάριν. Deest σοι pab. non male.

Vers. 24. ἃ οἶδεν. Ex Ms. Par. habes οἶδεν, pro εἶδεν.“ VPTON. Ante hunc editorem in mendosum εἶδεν consentiebant impressi libri; quod in οἶδεν mutandum monuerat jam Salmasius. In msstis libris nexus scripturæ, quo indicatur diphthongus ει, frequentissime ita pictus deprehenditur, ut ab οι vix discerni possit. Perspicue vero οἶδεν scribunt h. l. pab.

Ibid. προσεπισωρεύσει. προσεπισωρεύει pbc. προσεπισωρεύσῃ pa. Neutrum recte.

Vers. 25. κινδυνεύων ἀποθανεῖν, &c. „Ad marginem nostri codicis adscripta sunt hæc verba: ἤτοι διὰ τοῦ μὴ ἀποκοπῆναι τὸ αἰδοῖον, ἐσήπη γάρ. Fortasse caussa erat ob vulnus in arena acceptum, & male postea a medicis tractatum. Sed istiusmodi exempla Epicteti temporibus notissima, & vulgari jactata sermone, hodiernis lectoribus difficiliora non possunt non videri.“ VPTON.

Ibid. εἰ μὴ ἀπενόπη. „Scribo ἀποκοπῇ.“ MEIBOM. Immo, si quid mutandum, ἀποκοπείη oportebat, in modo potentiali: & hoc quidem ἀκρίβεια grammatica requirebat; sed & ferendum vulgatum. Ad ἀποκοπείη autem accedit id quod in pb. inter lineas notatum est, leviter quidem corruptum, ἀποκοποίη.

Ibid. ἦν δ' ἐκεῖνος φιλόσοφος. „*Erat autem ille philosophus.* Ambiguum, pugil-ne, an frater pugilis.“ WOLFIVS. — „Certe frater pugilis, sic enim constructio postulat: sed ironice accipio; frater pugilis, si diis placet, philosophiam profitebatur.“ VPTONVS. — Immo vero constructio orationis perinde patitur, ut ad *athletam* referatur ἐκεῖνος, atque ad *ejus fratrem.* Suadent autem, immo poscere videntur sequentia, ut ad ipsum *athletam* referamus; non modo quoniam probat ejus consilium Epictetus, ut viro dignum, improbatque adeo deliberationem a fratre propositam; sed quæstio ista, quæ

vers.

verſ. ſeq. movetur, *utrum conſilium illud ut athleta ceperit, an ut philoſophus*, evidenter eo pertinere videtur, ut intelligamus, ipſum athletam philoſophum eſſe habitum. Atque id quidem, ſi de vulgari pugile aut Romano aliquo *gladiatore* ageretur, mirum Vptono videri poterat; ab *Olympici athletæ* profeſſione non utique alienum videri debebat. Pronomen ἐκεῖνος ad *athletam* pariter retulit Salmaſ.

Ibid. ἀποκόπ]ομεν, & mox deinde ἀπερχόμεθα, in indicativo, ex Vptoni codice in contextum recipere non dubitavi; & interrogative interpretatus ſum, notione futuri; quemadmodum etiam Schegkius fecerat, qui ſic habet: *præcidemus - ne illam partem, ut iterum deinde in palæſtra verſari poſſimus?* Superiores editiones ἀποκόπ]ωμεν & ἀπερχώμεθα in ſubjunctivo ſcribunt; quæ tenens Vptonus, interrogandi ſignum, quod poſt ἀπερχώμεθα habebant editiones omnes, abjecit, monente etiam Salmaſio; & *præcidamus* vertit, & *revertamur*, hortantis in modum. Pariter Wolfius: *reſecemus hanc partem, & gymnaſium diutius frequentemus.* Vptoni codici ſuffragatur noſter pc.

Verſ. 26. Ὡς ἀνὴρ, ἔφη. „Iſtud ὡς eſt ex noſtro codice: deeſt in aliis. [Ex conject. jam adjicere juſſerat Salmaſius. Et habet etiam ὡς hoc loco codex noſter pb. inter lineas quidem, ſed a prima manu.] Nota interim, ἀνὴρ, *vir*, i. e. *Athleta*. Sic apud Gruterum p. CCCXVI. ἄνδρων, *Athletarum*.

ΟΛΥΜΠΙΑ
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙϹ
ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΛΗΝ.

Et Marm. Græc. apud Sponium, p. 363. Ἀνδρων παγκράτιον, *virorum*, i. e. *Athletarum Pancratium*. Sic interpretare apud Diog. Laërt. VI. 43. Νικᾷ Διώξιππος ἀνδρας. Senſu fere Homerico, Ὦ φίλοι, ἄνερες ἐστέ. Iliad. ε. 529.“ VPTON. — Opportune quidem a viro docto obſervatum, ἄνδρας ſigillatim dictos *Athletas*; ſed non idcirco a propria vocabuli vi hoc loco prorſus recedendum putem. Hoc dicit, ni fallor, Epictetus: *Philoſophiâ non magnopere opus fuit ad iſtud conſilium capiendum; ſatis erat*, virum *eſſe*. *Et erat ſane conſilium* viro dignum, *mortem prius oppetere, quam pati ut virilia ſibi exſecarentur. Sed nimirum ejus erat* viri, *qui virilium factorum ſibi conſcius eſſet, adeoque ſatis vi-*

xisset. Conf. Gatak. ad Antonin. IV. 3. Hanc fere esse hujus disputationis sententiam, ex falsa etiam ratione intelligi videtur, qua mox (vs. 27.) contrarium aliorum consilium irridet.

Ibid. ἀνὴρ δ' Ὀλύμπια κεκηρυγμένος. Nil opus est, ut ante ἀνὴρ diserte h. l. repetatur particula ὡς, quemadmodum Salmasius voluerat. Ὀλύμπια κεκηρυγμένος Vptonus in Indice vertit *in Olympicis certaminibus victor præconis voce declaratus.* Id si voluisset Epictetus, ἀνακεκηρυγμένος dixisset, aut clarius etiam (ut alibi) στεφανωθεὶς vel νενικηκὼς, nec deinde demum verbum ἠγωνισμένος subjecisset. Nunc nihil aliud dicit, nisi quod *in Olympicis certaminibus in athletarum numero a præcone proclamatus est,* (quod fieri solebat priusquam inirentur certamina) *atque etiam certavit.* Ibi vero etsi non victor discesserat, potuit tamen cum laude certare; ac vel ea jam laus erat, magnis excidisse ausis.

Ibid. οὐχὶ παρὰ τῷ Βάτωνι ἀλειφόμενος. Olim παρὰ τῷ βάτῳ legebatur, consentientibus manuscriptis; quod WOLFIVS vertit, *non ad ampullam ungi solitus,* hac adjecta Adnotatione: „Num βάτος hîc λήκυθον significet, an vero sit lanistæ alicujus proprium, equidem dubito. Illud non dubito, significari, non umbratilem fuisse pugilem, sed germanum, & probe exercitatum.“ — Hæc ille; quem secuti sunt cæteri editores, donec τῷ Βάτωνι in græcum contextum recepit VPTONVS; qui in Notis: „Certissima, inquit, est emendatio, Βάτωνι, pro Βάτῳ, monente SCALIGERO, in Euseb. p. 179. cujus hæc sunt verba: „Fuerunt vero & alii *Batones*, in quibus Βάτων ὁ ἀλείπτης, qui florebat sub M. Aurelio Antonino & Severo: cujus præclara commendatio extat „in vetustissima stela: [apud Gruterum p. CCCXXVII.] „Ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις· Ἐπειδὴ Βάτων Φίλωνος πρότερον μὲν ἐπ' ἔτη δύο προχειρισθεὶς γυμνασίαρχος προεστάτησεν ἐνδόξως καὶ καλῶς αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν „ἀλειφομένων προαιρέσεως &c. Arrianus in Epicteto, παρὰ τῷ βάτῳ ἀλειφόμενος; ubi sine ulla dubitatione legendum, παρὰ τῷ Βάτωνι, qui est ille Βάτων Φίλωνος, σύγχρονος „Ἐπικτήτου. Nam Epictetus vixit usque ad tempora M. „Aurelii, hoc est, eo imperante floruit; auctor Suidas.“ — Βάτωνι scribendum monuit etiam SALMASIVS.

Vers. 27. ἄλλος δ' ἂν καὶ τὸν τραχ. „ἄλλος δ' ἂν est ex nostro codice, cum cæteri ἄλλος δὲ sine particula ἂν exhibent.“ VPTON. In ora pb. notatur ἂν adjiciendum ad ἀπεστμήθη.

Vers.

Verſ. 28. *παρὰ τοῖς εἰθισμένοις αὐτὸ συνεισφέρειν ἐξ αὐτῶν ἐν ταῖς σκέψεσιν. apud hos qui eam* (perſonæ rationem) *ex ſeſe ſimul* (ſcil. cum rebus externis) *adhibere in deliberationes conſueverunt. ἐξ αὐτῶν* e ſuperioribus editionibus revocavi, quod Vptonus tacite & ſua auctoritate, ac ſane præter rem, in *ἐξ αὑτῶν* mutaverat. conf. Not. ad I. 2, 9. & ad I. 1, 4. *συνεισφέρειν τι ἐν ταῖς σκέψεσι, aliquid ſimul cum aliis rebus adhibere in deliberationibus;* vel *ſimul adferre in deliberationes*, ut *ἐν* idem valeat ac *εἰς*, ſicut paſſim alibi. *ἐξ αὐτῶν* autem, id eſt, *ex ſeſe*, & quaſi *de ſuo fundo, a ſua parte*, opponitur rebus externis, quarum ratio habetur in eisdem conſultationibus. *ἐξ αὐτῶν* cum Vptono habet noſter cod. pc. Præter rem Meibomius *αὐτὸ* in *ἑαυτὸν* mutandum cenſuit, quum manifeſte ad *τὸ κατὰ πρόσωπον* referatur. cf. vſ. 7.

Verſ. 29. *Ἄγε οὖν, Ἐπίκτητε; διαξύρησαι.* „Hæc refert Caſaubonus in Notis msstis „ad Domitiani tempora, qui juſſit in exilium ire philoſophos: tum ii, qui „diſſimulare voluerant profeſſionem ſuam, ſoliti ſunt radere barbam, quod negat faciendum philoſopho Epicteto.“ Hæc CASAVBONVS. Adde quod, faciem muliebri modo tractare & barbam tondere, indignum viro Stoici putabant. vide I. 16, 9 ſqq. Finge aliquem Epicteto hæc diſſerenti de eo *quod deceat, quod cuique perſonæ conveniat*, ſubjicere, aut ipſum Epictetum, interrogatione ſuppoſita, dicere, *Ἄγε οὖν* &c. Cui Epictetus: *Si ſim philoſophus, ſi revera quod videar, nego me raſurum; nego, me profeſſionem diſſimulaturum; conſervaturum decorum illud in omnibus factis & dictis, in corporis denique motu & ſtatu.*“ VPTON. — *Ἄγε Ἐπικτ.* habet pc. absque *οὖν*.

Ibid. *Ἂν ὦ Φιλόσοφος.* „Ita noſter codex & ms. Pariſ. Editi omnes, *ἂν ᾖ Φιλοσ.*“ VPTON. — Nempe iſta verba *ἂν ᾖ Φιλ.* uti par erat, cum præcedentibus junxerant ſuperiores editores; unde *ἂν ᾖς* ſuaſerat Meibom. *ἂν ὦ* dant pab. *ἂν ᾖ* pc.

Verſ. 30. *Πόθεν δ' ὁ ταῦρος &c.* „Idem exemplum vide infra, III. 1, 22. III. 22, 6. IV. 8, 44. Homer. Iliad. B'. 480.

Ἠύτε βοῦς ἀγέλῃφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων
ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.

M. Antonin. XI. 18. *Προστησόμενος αὐτῶν γέγονα* (ſcribe *γέγονας*) *ὡς κριὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης.* Cicero de

Fin. III. 20. *Atque ut Tauris natura datum est, ut pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendant: sic ii* &c. Dio Prus. Orat. II. p. 33. Ὁ δὲ ταῦρος σαφῶς (ἐμοὶ δοκεῖν) πρὸς βασιλέα καὶ βασιλέως εἰκόνα πεποίηται. —— Βασιλεύει δὲ καὶ ἄρχει τῶν ὁμοφύλων μετ' εὐνοίας, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ ἡδεμονίας· τοῦτο μὲν ἐξηγούμενος νομῆς, τοῦτο δὲ θηρίου φανέντος οὐ φεύγων, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀγέλης προμαχόμενος, καὶ τοῖς ἀσθενέσι βοηθῶν, καὶ προμηθούμενος σώζειν τὸ πλῆθος ἀπὸ τῶν χαλεπῶν καὶ ἀγρίων. ubi suppie θηρίων, nam præcessit θηρίου." VPTON.

Ibid. τῆς αὐτοῦ παρασκευῆς. αὐτοῦ scripsi cum tribus codicibus nostris. Vulgo αὑτοῦ edd.

Ibid. ὑπὲρ τῆς ἀγέλης πάσης. „πάσης inserui ex nostro codice." VPTON. — Ignorant istam vocem tres nostri manuscripti, cum editis ante Vptonum; ne sic quidem male.

Ibid. ἦ δῆλον ὅτι. Fuit tempus cum putarem, ἦ cum circumflexo accentu esse scribendum, quemadmodum ἦ δὴ & ἦ δήπου scribi solet, ubi particulæ ἦ vim βεβαιωτικὴν tribuunt, & *profecto, sane*, interpretantur. Sed in ἦ cum gravi accentu, cum hoc loco, tum in aliis huic similibus, I. 6, 33. I. 9, 3. &c. pertinaciter non editi solum libri, sed & scripti nostri omnes consentiunt. Et re diligentius expensa intellexi, recte sic scribi, particulamque ἦ in hujusmodi locis non tam *confirmandi* vim habere, (quæ vis in adjecta voce δῆλον inest) quam *excipiendi*, ut *nisi* valeat, sitque elliptica locutio ex eo genere, quod infra ad I. 7, 16. explicamus. Alium ellipticum usum ejusdem particulæ ἦ notamus ad I. 6, 11.

Vers. 31. ὅστις ἂν ἔχῃ. Secutus sum scripturam duorum nostrorum codicum pab. cum ante ὅστις ἂν ἔχοι ederetur. ὅστις ἔχει habet po. omissa ἂν particula; nec hoc male.

Ibid. οὐκ ἀγνοήσει αὐτήν. Pro αὐτήν. in pb. inter lineas notatur alia lectio, αὐτόν.

Vers. 32. χειμασκῆσαι. vertunt *per hyemem exerçeri, hybernis exercitiis incumbere*; recte id quidem: sed, adjecto ad verbum ἀσκεῖν nomine χειμών, non habetur respectus ad hyemis rigorem aut ad aëris intemperiem, quæ Vptonus spectasse videtur, cum in Indice ait, verbum illud præsertim *de dura aliqua ac vehementi exercitatione* usurpari. χειμασκεῖν (ut intelligitur ex Polyb. III. 70, 4.) proprie dicitur de *exercitiis tironum militum, quæ per*

per hyemem, sive domi, sive in hybernis, *instituuntur*, ut adpetente tempore, quo in apertum campum adversus hostem prodeundum est, ad belli opera atque labores bene præparati sint. Hinc deinde (ut h. l. apud Epictetum nostrum, & IV. 8, 35.) transfertur ad alia *quævis exercitia, domi & privatim, aut etiam in scholarum gymnasiorumque umbra instituta, quibus ad res serio ac publice in vita gerendas præparamur.* Hanc notionem respiciens, voculam *intus* in versione adjeci.

Ibid. μὴ εἰκῇ προσπηδᾷν ἐπὶ τὰ &c. προπηδᾷν SALMASIVS scribere jussit; non sine veri specie. Sic προπίπτειν est *præcipitem se dare;* & ipsum verbum προπηδᾷν habes infra, IV. 10, 3. Sed, adjecto εἰκῇ adverbio, εἰκῇ προσπηδᾷν ἐπί τι idem sonare videtur ac προπηδᾷν. Et in vulgatum consentiunt libri.

Vers. 33. πόσου πωλεῖς τὴν σαυτοῦ προαίρεσιν. „*Quanti vendas tuum institutum;* hoc est, quanti facias atque æstimes tuam vitæ rationem." WOLFIVS. Quod πολεῖς pro πωλεῖς habet editio Basil. proprius est illius editionis error. προαίρεσις plerumque aliâs apud Epictetum est *voluntas, voluntatis decretum, liberum animi propositum.* Sic I. 1, 23. I. 17, 21 & 26. Enchir. c. 4 & 9. &c. Sed recte, si quid video, hoc loco de *vitæ instituto* interpretantur; qui est aliâs satis vulgatus ejusdem nominis usus. Respicit proxime ad Philosophi professionem.

Ibid. ἄνθρωπε. Vocabulum hoc, quod consentientibus nostris msstis ad præcedentia verba retulerant superiores editiones, ad sequentia retulit Vptonus, a Meibomio admonitus. Et sic fere solet aliâs Epictetus initio orationis vel periodi ponere istam compellationem; ut I. 1, 23. I. 19, 26. I. 21, 2. I. 25, 27. &c. Sed & in fine; veluti I. 4, 9. Hoc autem loco vere in media positum est hoc vocabulum; nam dictio illa, μὴ ὀλίγου πωλήσῃς, non per se stare videtur, ut sit imperative aut prohibitive intelligenda, sed ad superiora referenda: *vide, quomodo vendas, ne saltem parvi vendas.*

Ibid. Σωκράτει καὶ τοῖς τοιούτοις. *Socrati nempe, & ejusmodi viris.* Socrati sociare Epictetus præ cæteris Diogenem solet, ut qui post illum Philosophi nomen personamque dignissime tuitus sit, I. 13, 24. II. 16, 35. III. 24, 3. IV. 7, 29. IV. 9, 6. &c. Nonnumquam Cleanthem adjicit, III. 26, 23. item Zenonem, III. 21, 18 sqq. quem postremum locum cum hac disputatione, in qua versamur, præcipue contulisse juvabit.

Verſ. 34. εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν. „*Siquidem natura tales ſumus;* ſcil. qualis Socrates fuit. Proponit quæſtionem, neque ſolvit: ſed videtur innuere, quemvis, ſi in eo ſedulo elaboret, ad ſimilem animi conſtantiam poſſe pervenire.“ WOLFIVS. — Immo vero ad quæſtionem propoſitam reſpondet propoſitis aliis quæſtionibus, quæ proxime ſequuntur.

Ibid. Διὰ τί οὖν, εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν, οὐ πάνυ πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι. Vulgo editt. omnes, οὐ πάντες ἢ πολλοί, id eſt, *non omnes aut ſaltem plerique.* Vbi hæc adnotavit VPTONVS: „Hoc loco variæ ſunt lectiones ad marginem noſtri codicis: εἰ μὲν τοῦτο πεφύκαμεν οὐ πάνυ πολλοί. ἄλλως· εἰ ὑπὲρ τοῦτο. & εἰ μὲν πρὸς τοῦτο. Ms quoque Par. εἰ μὴ τοῦτο πεφύκαμεν, οὐ πάντη πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι. Veriſſima interea lectio videtur eſſe quam dedimus. Objectio eſt ab auditore: *Si verum eſt, Epicтete, quod de natura diſſeruiſti humana; cur non tales hodie apparent homines?* Cui Epictetus, *Anne,* inquit, *equi omnes celeres naſcuntur? anne canes omnes ad indagandum ſagaces?*“ — Quod ex Ms. Pariſ. citavit Vptonus, εἰ μὴ τοῦτο πεφύκαμεν, οὐ πάντη πολλοὶ &c. id habent duo codices pab. In ora vero codicis pb. pro εἰ μὴ τοῦτο, notatur εἰ εἰς τοῦτο. Tertius codex pc. ſic habet: εἰ μὴ τοῦτο οὐ πεφύκαμεν, πάντες ἢ πολλοὶ &c. Lectio quam in contextu Vptonus expreſſit, eadem eſt quam inde a principe Veneta editiones exhibuerant omnes; a qua nec ego diſceſſi, niſi quod ex Vptoniani codicis ora πάνυ πολλοὶ pro πάντες ἢ πολλοὶ adſcivi. Intelligo autem οὐ πάνυ πολλοὶ, *non ſane multi, utique non multi,* id eſt, *admodum pauci.* Quod πάντη pro πάνυ ſcribitur in duobus Pariſinis, ſimilem permutationem apud Polybium obſervavimus, IV. 58, 11. conf. ibid. IV. 40, 5. ibique notata. Tum quod alii πάντες legunt, habes ſimiliter πάντες & πάνυ in libris nonnullis inter ſe permutata apud Xenoph. Cyrop. V. 3, 3. ut Zeunius ibi obſervavit. Poſſis vero etiam ſuſpicari, utrumque fortaſſe, & πάνυ & πάντες, tenendum eſſe, locum tamen vocabuli πάντες mutato, in hunc modum, εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν πάντες, οὐ πάνυ πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι. Sed, ut dicam quod ſentio, vereor ne in conſtituendo hoc loco fruſtra laborem, qui graviori vulnere laborare videtur, quod & ſcripturæ diverſitas in præcedentibus verbis arguit; ubi εἰ μὲν τοιοῦτοι, quod eſt editum, nec Vptoni codex, nec ullus ex Pariſinis agnoſcit, ſed hi ipſi rurſus

sus inter se in diversa abeunt. De quorum varietate hoc unum observari velim, πρὸς τοῦτο, & ὑπὲρ τοῦτο, quæ suo e codice Vptonus protulit, videri virorum doctorum esse conjecturas: sed qui ὑπὲρ τοῦτο scripsit, ἐπὶ τοῦτο scribere aut voluit aut debuit, quod idem valet ac εἰς τοῦτο, quod noster pb. in ora habet. Leviusculum est, & vix adnotatu dignum, quod pro γίνονται & hoc loco, & mox iterum, γίγνονται scribitur in pc. qui codex quidem aliàs fere cum cæteris literam γ ante ν in isto verbo solet negligere.

Ibid. Ἵπποι γὰρ ὠκεῖς ἅπαντες γίνονται; Verbum γίνονται hoc loco *nascuntur* interpretatus est Vptonus cum Wolfio & Salmasio, contra manifestam (ut mihi quidem videbatur) mentem auctoris, qui membro orationis proxime præcedente idem verbum γίνονται diserte ita distinxit a πεφυκέναι, ut illud nihil aliud significari hîc posse videatur, nisi *sunt*, aut *fiunt* vel *evadunt*. Cæterum perspecte Vptonus, admonitus a Salmasio & Meibomio, post ἅπαντες γίνονται, & post ἰχνευτικοὶ πάντες, interrogandi signa posuit, quæ ignorabant superiores editiones & Wolfiana versio; agnoscunt vero ea signa eisdem in locis Parisini nostri codices. Continetur autem his quæstionibus responsum ad quæstionem præcedentem, & est sententia hæc fere: *Quamquam equi omnes naturalem aliquam habilitatem ad currendum, canes ad indagandum habent; tamen non equi omnes velocitate, nec canes omnes sagacitate excellunt;* puta, quoniam alii aliis sive a natura majorem habilitatem habent, sive usu magis sunt exercitati. Monuit Salmasius, posse Ἵπποι γὰρ ὠκεῖς &c. etiam sic verti, *quasi equi omnes celeres nascantur.* Schegkius verbum γίνονται, ut nos, *fiunt* interpretatus est; sed totam phrasin in alienum sensum torsit, *præsertim quum equi fiant omnes celeres, & canes omnes sagaces.*

Vers. 35. Τί οὖν; ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι. „*Quid ergo? cum sim hebes;* hoc est, deteriore ingenio quam Socrates; sicut etiam canes alii aliis sagaciores, & equi velociores sunt.“ WOLFIVS.

Vers. 36. Ἐπίκητος κρείσσων Σωκράτους οὐκ ἔστιν. „Locus corruptus. Veram tamen ejus sententiam expressisse videtur Seneca in lib. de Vita beata, c. 17. *Exigo itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior: hoc mihi satis est.*“ VPTON. — In ipsis verbis, ad quæ hæc adnotavit, nihil mendi inest. Inerat levis macula, quam absterst: Σωκράτου, pro Σωκράτους, ex

Cantabrigienſis errore in Londinenſem & in Vptonianam editionem irrepſerat. De verborum proxime ſequentium vera ratione utique dubitare licet.

Ibid. εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων. „Lego ſine diſtinctione, ut geminata negatio acrius neget. Ex hoc dicto apparet, magno animo fuiſſe Epictetum, ut qui ne Socrati quidem cedendum ſibi exiſtimarit.“ WOLFIVS. — Nempe olim tota iſta ῥῆσις ſic diſtinguebatur: εἰ δὲ μὴ, οὐ χείρων· τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν. id eſt: *ſin minus, non deterior: hoc mihi ſatis eſt.* Atque ita diſtinguit codex noſter pb. Wolfius autem ita voluit, quemadmodum nos cum pab. dedimus: εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων, τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν. Quam ſententiam in verſione his verbis expreſſit: *modo ne deterior: hoc mihi ſatis eſt.*

Ad eadem verba MERIC. CASAVBONVS *in Notis msstis*, referente Vptono, ſic commentatus eſt: „Suo exemplo docet, non deſiſtendum a ſtudio virtutis, etiamſi non ſit ſpes perveniendi ad ſummum culmen. *Ego*, inquit, *non propterea ſtudeo philoſophiam, quod ſperem me aſſecuturum βίον τέλειον, & Sapientem fore; nam ne Socrates id quidem, quem nos miramur: ille tamen negavit ſe eſſe ſapientem: atqui ego illi non præſto; ſufficiat mihi, ſi illo non ſum deterior, & tamen non deſinam tendere ad virtutem.* — — — Hanc interpretationem [ſic idem CASAVBONVS deinde adſcripſit:] ferri poſſe non puto; quia video Socratis nomen paulo ante, & alibi, perferre philoſophum primi loci; &, quod ſubjicit mox de Milone & Crœſo, aliam ſententiam & lectionem ſuggerit; niſi ita accipias: *Nemo me, qui ſapientiam ſtudeo, ita putet inſipientem, ut ſperem poſſe a me ſuperari Socratem, & perveniri ad perfectam Sapientiam: mihi vero ſatis fuerit, ſi eo pervenero, ut Socrate ſim non deterior: & tamen non propterea deſino exercere me in ſtudiis ſapientiæ; non ſecus ac non propterea curam corporis negligo, quia Miſonem me fore deſpero.* Quod ait, εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων, non ſic accipio, quaſi talem ſe eſſe diceret; ſed ut ſummam voti ſui indicet. Si velit aliquis exigere hanc ſententiam ad eum modum quem ſequentia ſuadent & diſtant, ſic ſcribendum eſſet: Ἐπίληπτος Σωκράτης οὐκ ἔσται· εἰ δὲ μὴ . . . χείρων, τοῦτο &c. In lacuna deeſt aliquid, puta vox οὐδενὸς, vel τῶν νῦν οὐδενὸς, vel nomen alicujus philoſophi, qui fuerit celebri ſapientia, ſed infra Socratem tamen.“ Hæc Caſaubonus.

„Judicet

„Judicet lector, an hanc interpretationem, an illam admiserit, deleta nempe distinctione post μή: *Epictetus Socrate melior non est: si non deterior, hoc mihi satis est.* Sciat interea, virtutem & rationem, si Stoicos audiamus, non suscipere (ut cum schola loquar) magis aut minus. Vide l. 12, 26. Ὡς κατά γε τὸν λόγον, οὐδὲ χείρων τῶν θεῶν, οὐδὲ μικρότερος. λόγου γὰρ μέγεθος οὐ μήκει, οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. Recurrendum itaque ad ea quæ præcesserunt: Ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι, inquit Epictetus, *Quanquam ingenio & animi dotibus non æque valeam ac Socrates, non ideo omnem ingenii abjicio curam: at virtute tamen non sum deterior; hoc mihi satis est.* Neque hanc interpretationem impediunt quæ sequuntur.“ VPTON.

Nos Wolfii rationem, Casaubono etiam & Vptono (in Notis quidem) probatam, in ipso contextu secuti sumus, ejusdemque versionem adoptavimus; cum vulgatam rationem Vptonus & in Græcis retinuisset, & in versione his verbis expressisset: *si non, haud tamen deterior; hoc mihi satis est.* Sed ea quidem differentia levis videri potest. Quidquid sit, haud obscure in istis Epicteti verbis præclara hæc sententia contineri videtur: *Veram hominis dignitatem, veram rationem ex qua meritum ejus ac veluti valor æstimetur, & in qua Virtus & Officium Hominis, denique in qua vera Sapientia insit, non naturalium facultatum eminentia aut splendidis ingenii dotibus censeri; sed fide ac diligentia, qua suas quisque vires dotesque excolit, exercet, & in vitæ usum actumque trahere firmo & constanti animi proposito conatur.*

Vers. 37. οὐδὲ γὰρ Μίλων. „Ex eodem, quo Horatius, fonte hæc videtur hausisse; vel forsan ab ipso Horatio: [Epist. I. 1, 28 sqq.]

Non possis oculo quantum contendere Lynceus;
non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.“

VPTON. — Pro Μίλων corrupte Μένων scribunt pah. Propius ad verum accedit pc. in quo est Μήλων.

CAPVT III.

TIT. Πῶς ἄν τις. Περὶ τοῦ, πῶς ἄν τις pb. Et sic in Indice Capitum scribunt tres codd. pahc.

Vers.

Vers. 1. τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι. „*decreto hoc affici:* hoc est, ex animo ita sentire.“ WOLFIVS. — Vertere possis, *intimo animi adfectu dogma* vel *decretum hoc amplecti.* De simili quodam usu simplicis verbi παθεῖν dictum est ad I. 2, 3.

Ibid. γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. „ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Γεγόναμεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ idem est ac ἐγεννήθημεν.“ SALMASIVS. — Sic I. 9, 29. ὑπὸ τοῦ δεσπότου.“ VPTON. — Præter rem utique ἀπὸ pro ὑπὸ voluit Salmas. quamquam id ferri posset, si darent libri. ἀπὸ τοῦ Θεοῦ esset *ex Deo, de ejus natura, ita ut naturæ Illius simus participes.* ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγόναμεν bene græce dicitur, pro *a Deo progeniti sumus.* Neque ad stabiliendum istum usum præpositionis ὑπὸ opus erat exemplo ab Vptono citato, quod ne ullo quidem modo huc spectabat. De vi vocab. προηγουμένως conf. I. 9, 4. & præsertim II. 8, 6 sq.

Ibid. ὁ Θεὸς πατήρ ἐστι &c. „Vide I. 19, 12. Sic Homerus:

— — πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Virgilius:

— — *Divûm pater, atque hominum rex.*

Ennius apud Cic. de Nat. Deor. II. 2. *Patrem divûmque hominumque.* Plato in Timæo: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός. Diogenes Laërt. in vita Zenonis, sect. 147. Θεὸν δὲ -- δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων.“ VPTON.

Ibid. ἀγεννὲς. ἀγενὲς h. l. pabc. rursusque vs. 4.

Vers. 2. οὐδείς σου τὴν ὀφρὺν βκστάσει. Forsan βαστάσειε, in potentiali modo; quamquam sic particulam ἄν desiderare quis posset, quæ tamen & abesse nullo incommodo potest.

Ibid. τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ. „Vide I. 19, 9.“ VPTON.

Vers. 3. ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν. Bene Wolfius, *in ortu nostro.* Possis etiam, *in natura nostra;* quo fere sensu apud sequioris ætatis philosophos, & præsertim sæpe apud Simplicium, ἡ γένεσις est *rerum omnium creatarum natura*, i. e. *mundus.* Nescio quid spectans Vptonus, *in corpore nostro*, h. l. interpretatus erat: puto imprudenti hoc excidisse viro docto.

Ibid. πολλοὶ μὲν. „Ita noster codex: alii libri, ἄλλοι μὲν, parum recte, monente etiam Salmasio, cum sequatur mox ὀλίγοι δέ.“ VPTON. — Conferre jusserat Salmasius II. 14, 23. Forsan vero, ut ibi οἱ πολλοὶ legitur,

gitur, sic & h. l. articulus erat adjiciendus. In ἄλλοι vero cum vulgatis consentiunt nostri codd. pabc. Ac teneri hoc fortasse debebat. Sane πολλοὶ ex interpretatione ortum videri potest; nempe, ubi opponuntur ἄλλοι μὲν & ὀλίγοι δὲ, ibi ἄλλοι sunt πολλοὶ vel οἱ πολλοί.

Vers. 4. ὡς ἂν περὶ αὐτοῦ. — „*Ut de eo;* sine aspiratione: non *de sese*, sed περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Prout rem quamque vel magni vel parvi æstimamus, ita ea uti solemus." WOLFIVS. — Nempe περὶ αὑτοῦ, cum aspiratione, dederant ed. Ven. & Basil. Recte vero περὶ αὐτοῦ ed. Genev. & seqq. & sic codd. pabc.

Ibid. οἱ ὀλίγοι. Perperam οἱ λόγοι pa. & sic prius pb. Sæpius ista confunduntur a librariis.

Ibid. πρὸς ἀσφάλειαν τῆς χρήσεως τῶν φαντασιῶν. „Hanc formulam loquendi interpreteris πρὸς ἀσφαλῆ τὴν χρῆσιν. Sic Lucret. lib. IV. 339.

— — *Quia cum proprior caliginis aër*
ater init oculos prior.

pro *aëre caliginoso.* Et Plautus Mil. Glor. *formam amoenitatis*, pro *forma amoena.*" VPTON.

Ibid. ἐνθυμοῦνται. Perperam ἀθυμεῖται pa. & pb. a prima scriptura.

Ibid. περὶ αὐτῶν. περὶ αὐτῶν pa. & pbc. ex pr. script. Neutrum male; nam αὑτῶν non minus quam αὐτῶν idem valet ac ἑαυτῶν. Vide Not. ad I. 1, 4.

Vers. 5. καὶ, τὰ ὀύστηνά μου σαρκίδια. Verba ista, τὰ ὀύστηνά μου σαρκίδια e nescio quo poëta desumta videntur: quo pertinet, quod mox repetit, τῷ μὲν ὄνῳ ὀύστηνα. Itaque post καὶ incisum interposui.

Vers. 6. τούτοις προστέτηκας. „Ita cod. Ven. & Salmant. [& scripti libri omnes.] pro quo edit. Basil. cum aliis προστέθηκας. Vide H. Steph. in Προστήκω. M. Antonin. lib. X. 24. Μήτι προστεθηκὸς (τὸ ἡγεμονικὸν) καὶ ἀνακεκραμένον τῷ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συνθρέπεσθαι. *Numquid (mens mea) carunculæ ita agglutinata & permixta, ut cum illa mutetur una.*" VPTON. — De corrigendo mendo monuerat etiam Salmas. & Gatak. ad Anton. XII. 19. Meibomius contra, σὲ προσήρθηκας suspicatus erat, ex I. 8, 14. Verbo προστεθηκέναι eadem, qua Epictetus, notione usus est Simplic. ad Enchir. cap. 46. p. 271. ed. Lugd. Paulo superius sic scribendum suspicatus erat Meibomius, τῶν σαρκιδίων; Ἔχω. Τί οὖν ἀφεὶς &c. Quæ mutatio nec necessaria est, nec ullius libri auctoritate firmatur.

Vers.

Vers. 7. Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν &c. „*Ob hanc cognationem cui nimium adstricti sumus, declinata naturæ melioris via, quidam e nobis lupis similes efficimur.* Vertit Schegkius: *Ob hujus* (carnis) *societatem declinantes a meliore natura, quidam lupis similes efficimur.* Wolfius: *Ob hanc deflexionem fit, ut alii lupis similes simus.* Legit Meibomius: Διὸ, ταύτην τὴν συγγένειαν οἱ μὲν ἀποκλίναντες. Quod si harum explicationum nulla placeat; (neque enim credo absque ope meliorum codicum locum restitui posse;) forsan hoc modo excudendum oportebat: Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν * * * οἱ μὲν ἀποκλίναντες, κ. τ. λ. Explico, & lacunam aliquo modo suppleo, ex Virgil. Aeneid. VI. [730 sqq.]

Igneus est ollis vigor &c.

Διὰ ταύτην τὴν συγγ. *metuimus, cupimus, dolemus, gaudemus: propter coelestem vero illam originem,* ὅτι γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πάντες προηγ. *generosum quiddam atque altuum spiramus. At quidam ab ea coelesti origine declinantes,* &c.“ VPTON.

Vtique impedita nonnihil oratio videri potest, prouti vulgatam consentientibus libris habemus; neque vero desperata, ac ne ita quidem adfecta mihi visa est, ut quæ medica manu necessario indigeret. Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν cum omnibus interpretibus intelligo *propter hanc cognationem cum carne & cum brutis animantibus;* coll. vers. 3. Ad ἀποκλίναντες vero ex eod. vers. 3. intelligo ἐπ' αὐτὴν, *ad eam deflectentes, eam sequentes.* Denique post οἱ μὲν leviter incidere orationem commodum duxi, quia non sic cohærent ista verba, οἱ μὲν ἀποκλίναντες, ut ab his, ad quos illa pertinent, distinguantur deinde alii *non* ἀποκλίναντες: sed verbum istud ἀποκλίναντες perinde & ad hos pertinet, qui nunc οἱ μὲν dicuntur, & ad illos qui deinde οἱ δὲ, & οἱ πλείους δέ. Sic toti orationi & sua integritas & apta sententia constare mihi visa erat.

Ibid. οἱ πλείους δ' ἡμῶν ἀλώπεκες. „Forsan ἀλώπηξι, ut λέουσι, λύκοις. [Commodum id quidem foret: nec tamen necessarium debet videri.] Cic. de Off. I. 13. *Cum autem duobus modis, id est, aut vi aut fraude fiat injuria; fraus quasi vulpeculae, vis leonis videtur: utrumque alienissimum ab homine, sed fraus odio digna majore.* Confer [Epictet. nostrum] II. 9, 5 sq. Homines quoque dolosi, simulata virtute, *vulpem sub pectore gestare* dicuntur. Persius Sat. V. 116.

— — *& fronte polita* (ſic Heinſius legit) *aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem.*“

VPTON.

Ibid. καὶ ὅσα ἐν ζώοις ἀτυχήμαϛα. Superiores editt. omnes dabant καὶ ὡς ἐν ζώοις ἀτυχ. Vbi hæc adnotavit WOLFIVS: *Vt inter beſtias infortunia ſeu monſtra quædam.* Quaſi dicat: tantum abeſt, ut lupini, leonini & vulpini iſti mores hominem deceant, ut & inter beſtias *monſtroſi & errata quædam naturæ* eſſe videantur. ἀτύχημα enim dicit opinor, cum natura & ratio propoſitum ſibi ſcopum non aſſequitur, efferato animali, quod cicur & manſuetum eſſe debebat, & innoxium.“ Sic ille. VPTONVS vero: „Potius cum noſtro codice legendum καὶ ὅσ' ἐν ζώοις ἀτυχ. *& ſi quid aliud vel inter animalia magis monſtroſum.* Ἀτυχὲς, *quicquid finem ſuum minime conſequitur;* qualia ſunt *monſtra.* Cicero de Fin. I. 18. *Ecce autem alii -- aut malevoli -- maledici, monſtroſi.*“ — Haud cunctanter codicis ſui ſcripturam in contextum recipere Vptonus debebat. Pari modo in vett. edd. peccatum erat, II. 22, 28. ut pro ὅσ' ἄλλα, ὡς ἄλλα darent. Alibi vero omnes in ὅσ', per eliſionem vocalis α pro ὅσα poſito, conſentiunt; I. 6, 14. Ego vero h. l. ipſum ὅσα absque eliſione prætuli, quod perſpicue dabat noſter cod. pb. atque etiam pa. ex emendatione quidem hîc, ſed ab antiqua manu. A mendoſa ſcriptura ὡς ἄλλα h. l. non recedit codex pc. Quod autem ad vocab. ἀτύχημα adtinet; *monſtri* notio, quam ei cum Wolfio Vptonus ſubjecit, mera conjectura nititur; in reliquo ſermonis uſu nihil invenit præſidii. Monuimus nos, præeunte Reiskio, ad Polyb. V. 67, 4. vocabulum illud, ſicut cognatum ἀτυχία, interdum ita uſurpari, ut *ſcelus* vel *flagitium* denotet. cf. infra, II. 20, 21. Jam quemadmodum latine, per metonymiam abſtracti (quod ajunt) pro concreto, *flagitium, ſcelus,* pro *flagitioſo, ſceleſto homine* dici ſolet; in eumdem prorſus modum græcum ἀτύχημα de homine uſurpatum apud Epictetum noſtrum II. 16, 18. habemus; & nunc hoc loco, moxque rurſus verſ. 9. de *nociva & peſtifera beſtia.* Parique ratione adjectivum ἀτυχὴς vſ. 8. *flagitioſum, nocivum, perniciosum* ſignificat.

Verſ. 9. Ὁρᾶτε οὖν, καὶ προσέχετε. „Quod obſervatu dignum: Multa in hisce libris non ita longe a ſtilo Evangelii abludunt; eodem autem ſeculo ſcripta ſunt Evange-

Evangelia, quo hæc ab Epicteto disserebantur. Ὁρᾶτε οὖν καὶ προσέχετε. Matth. 16, 6." VPTON. — In eam partem plurima adnotata sunt a Raphelio, in Annotationibus Philologicis in Novum Testamentum ex Polybio & Arriano collectis; & a Jo. Jac. Wetstenio, in Commentar. ad Nov. Test.

CAPVT IV.

Vers. 1. Ὁ προκόπτων. Sic Stoicis (quemadmodum HEYNIVS monuit, ad Enchir. c. 12, 1. & ex hac ipsa Epicteti disputatione confirmavit) non tam dicitur is, *qui in addiscendis Stoicæ disciplinæ placitis profecit*, quam *qui in virtute;* hoc est, *qui, cum præcepta disciplinæ jam teneat, in iis ad vitæ usum adhibendis, & se ad ea componendo, aliquantum progressus est; inchoatus quasi & jam vicinus sapienti.* Scilicet, quoad veram Hominis formationem institutionemque, qui finis omnis Philosophiæ esse debet, distinguere Stoici consueverant tria hominum genera; quorum alios ἰδιώτας, alios προκόπτοντας, alios σοφοὺς vocabant, aut modestiore nomine *philosophos*, φιλοσόφους. Quibus de nominibus confer loca in Indice laudata, & præsertim Enchir. c. 48. (Wolf. c. 71.) & ad id caput Commentarium Simplicii. Et *Sapientem* quidem quod adtinet, de quo tanta tamque mirabilia jactare solent qui ex ista schola prodierunt, tam alienus fuit Epictetus ab horum exaggeratione adfectationeque, ut vix umquam vel ipso nomine isto uteretur; *philosophum* formare contentus, id est, hominem qui in virtutis omnis studio usuque probabiliter sit confirmatus. Interdum tria ista genera aliis hisce nominibus insignit, ὁ ἀπαίδευτος, ὁ ἠργμένος παιδεύεσθαι, ὁ πεπαιδευμένος, ut Enchir. c. 5. significans id quod supra dixi, ad veram atque unice hoc nomine dignam *institutionem formationemque hominis* pertinere illam partitionem. Denique, quoniam in hoc sumus, illud etiam observemus, nonnumquam duas tantum hominum classes distingui ab eodem nostro Epicteto: alteram τῶν ἰδιωτῶν, alteram τῶν φιλοσόφων, quos eosdem & τελείους & προκόπτοντας vocat, velut Diss. III. 19, 1. Enchir. c. 50, 3. significans puto & subinnuens duas res maximi momenti. Primum: Qui vere προκόπτων sit, qui sincerum studium in eo ponat, optimaque fide in eo elaboret, ut continuos faciat in virtute progressus, ut facultates suas omnes diligenter excolat, eisque quam rectissime utatur,

eum,

eum, quamvis & ingenii dotibus sit minus splendidis, & in harum ipsarum recto usu nondum sit satis exercitatus confirmatusque, tamen, verum hominis valorem, veram dignitatem si spectes, non esse minoris æstimandum, quam illum, qui & splendidissimo sit ingenio, & in virtutis usu jam diu multumque sit confirmatus. conf. dicta ad I. 2, 36. Alterum: Optimum etiam hominem & sapientissimum continuo progredi in virtutis via debere; in excolendis suis viribus, & in usu earum quam fieri possit optimo continuos facere profectus debere, neque umquam sibi persuadere, ad summum se perveniisse metamque attigisse.

Ibid. τὸ εὔρουν καὶ ἀπαθὲς. „*Prosperitatem & animi tranquillitatem.* Τὸ εὔρουν, ἡ εὐροια, τὸ εὐροεῖν, crebro in hoc opusculo occurrunt. Deducuntur autem παρὰ τὸ εὖ ῥεῖν, a *bene fluendo;* cum *res ad voluntatem nostram fluunt*, cum *secundo flumine & secundo vento provehimur.* Ego *prosperitatem* verto, aut *felicem successum rerum.*“ WOLFIVS. — Τὸ εὔρουν & τὴν εὔροιαν Vptonus *tranquillitatem animi* interpretari consuevit; non incommode, quamquam latino hoc vocabulo græcum εὐθυμίαν exprimere, Senecæ placuit, de Tranq. c. 2. Rectissime fortasse τὴν εὔροιαν *vitam beatam* interpretabimur. Sic enim τὴν εὐδαιμονίαν Zeno definiebat, ut eam esse diceret εὔροιαν βίου, ut docet Stobæus Ecl. Mor. lib. II. p. 172. & Sextus Emp. Pyrrh. III. 172. quæ ex Senecæ interpretatione Epist. 120. est *beata vita*, *secundo defluens cursu.* Conf. Laërt. VII. 88. & ibi Menag.

Ibid. „τὴν μὲν ὄρεξιν ἤρκεν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ἅπαν, καὶ ὑπερτέθειται. *Appetitum a se omnino sustulit, & distulit.* Significat opinor id, quod in Enchiridio dictum est: philosophiæ tironem non nimium sibi tribuere, sed quasi addubitantem exspectare dum judicium confirmetur.“ WOLFIVS. — „Omnino confer Enchir. c. 2, 2. & Diss. III. 12, 8. III. 13, 20. IV. 4, 15 sq. & vs. 33. Qui adhuc in philosophia inter proficientes versatur, appetitionem in præsentia omnino amovere debet, & in longum differre: (sic ὑπερτέθεῖσθαι interpretandum:) imprimis aversatione utendum, non appetitione. Hinc præceptum illud tironibus, μηδὲν θαυμάζειν, *nil admirari.*“ VPTON. — ἤρκεν ἐξ αὐτοῦ dant vett. edd. & sic a pr. manu hic scriptum in pb. Id in ἐξ αὐτοῦ mutavit editor Cant. quod tenuit Vptonus cum anon. Lond. sic vero & scribunt hoc loco pac. & pb. ex correct. Conf.

Not. ad I. 4. εἰς ἅπαν conjunctim etiam scribi poterat εἰσάπαν, ut II. 18, 10. & alibi: idem valet ac παντελῶς IV. 4, 33. & III. 22, 13.

Vers. 2. τὴν ἔκκλισιν τὴν αὐτοῦ. „αὐτοῦ pro αὑτοῖ seu ἑαυτοῦ." VPTON. Nempe tenuit h. l. Vptonus αὐτοῦ cum superioribus omnibus editis & pa. pr. manu. Sed αὐτοῦ rursus hic habent pbc. & pa. ex correct. ἔκκλησιν, & ἐκκλήσει vs. 1. perperam & invitis nostris msstis dederant edd. Ven. & Bas.

Vers. 3. εἰ δ' ἡ ἀρετὴ ταύτην ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν. „*Si virtus hanc habet pollicitationem;* hoc est, si virtus hoc fine colitur: si virtutis hoc munus, hic fructus & effectus, ut sui cultores beet." WOLFIVS. Familiare nostro hoc vocab. ἐπαγγελία, de quo vide Indicem. Possis vertere, *virtutis esse hanc professionem.* Mox pro illa phrasi ait, τί ἔργον ἀρετῆς; vers. 6. & τὴν ἀρετὴν τοιοῦτόν τι ὁμολογοῦμεν, vs. 5. Conf. ad vs. 8. Ad ἀρετὴ articulum ἡ restituimus ex ed. Ven. & Bas. qui, cum per errorem omissus esset in ed. Genev. in sequentibus etiam & in ipsa Vptoniana desiderabatur. Eumdem dant mssti omnes.

Ibid. ἀπάθειαν. εὐπάθειαν pb. Quod, quamquam speciosum videri possit, morari tamen nos non debet. Vide Not. ad III. 24, 24.

Vers. 6. πολλὰς Χρυσίππου συντάξεις. „πολλὰς dicit, quippe septingenta quinque volumina scripsit Chrysippus, auctore Laërt. in ejus vita, Lib. VII. 180. Vide [Epict. nostrum] II. 17, 40. κἂν πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς συντάξεις τὰς Χρυσίππου διέλθωμεν. Vide etiam III. 24, 71. Memoratur adeo apud Laërt. VII. 190. σύνταξις πρώτη, σύνταξις δευτέρα. Cæterum confer Enchir. c. 49." VPTON.

Vers. 7. Χρύσιππον νενοηκέναι. Vulgo omnes ἀνεγνωκέναι, quod ex superiori ἀνεγνωκὼς per librarii incogitantiam facile irrepere potuit. νενοηκέναι dabant cod. Vpt. & ms. Paris. ipso Vptono teste; (nempe sic codd. pab.) quod mihi in contextum recipiendum visum est. Eodem refertur, quod mox ait Epictetus, τὰ πολλὰ Χρυσίππου νοεῖν. Conf. I. 17, 13.

Ibid. ἢ τὸ πολλά. Caret τὸ pb.

Vers. 8. ἄλλο δὲ τὸν συνεγγ. ἄλλον δὲ pa. & pb. in contextu, sed hic ἄλλο inter lineas habet, quod unico agnoscit pc.

Vers.

Verſ. 9. Οὗτος, φησὶν, ἤδη καὶ δι' αὐτοῦ δύνασθαι Χρύσιππον ἀναγινώσκειν. „Puto legendum δύνασθαι, infinitivo modo. *Hic profitetur, ſe jam ſuo Marte Chryſippum poſſe legere.* Quod ad ſententiam adtinet: præcepta Philoſophorum intelligere; parvum quiddam cenſet Epictetus, & Grammatici potius quam Philoſophi id eſſe munus. Sed philoſophorum præceptis parere, hoc eſt, naturæ congruenter vivere, id demum eſſe philoſophi. Poteſt hoc, & fortaſſe debet ad Theologiam quoque transferri. Eos enim audit Deus, & inter ſuos numerat, qui adorant ſpiritu & vere: eamque fidem probat, quæ per charitatem eſt efficax: & eam laudat arborem, quæ bonorum fructuum proventu ſuam bonitatem teſtatur. Dolendum profecto eſt, & religioni Chriſtianæ (ut de philoſophia taceam) pernicioſum, eos officio minime fungi, qui officium rectiſſime intelligunt." WOLFIVS.

Ibid. „Φησὶ indefinite ſumitur in hoc loco, & centies alibi in hisce diſſertationibus. Perpetua eſt loquendi formula, quum ſibi quidquam opponi fingunt. Livius XXXIV. 3. *Vt auro & purpura fulgeamus, inquit.* Vide ibi Gronovium. Horat. Serm. I. 4. vſ. 78.

— — — — *lædere gaudes,*
inquit.

Vbi Bentleius: „*Inquit;* rectiſſime. Quippe *inquit* per„petua formula eſt, ubi aliquid ex adverſo nobis objici „& opponi fingimus; ſive id ab uno, ſeu pluribus; ſive „ab abſente, ſeu præſente fiat. — — Ita centies ſex„centiesque apud Senecas & Quintilianum. Et eodem „modo Φησὶ, *inquit*, uſurpat Arrianus in Epicteteis." Phædrus lib. III. Prol. *Verum, inquit, tanti non eſt ingenium tuum.* Vide ibi Burmannum: retinuit *inquis* Bentlejus. Cicero Tuſc. Disp. I. 39. *Nondum guſtaverat, inquit, vitæ ſuavitatem.* Hanc loquendi formulam Daviſius ibi notavit." VPTONVS. — Ad quæ in Indice hæc adjecit idem vir doctus: „Obiter notandum, ſæpe erraſſe librarios in hac voce, tum apud Senecam, tum apud Ciceronem; quem corrige in Paradoxis; nam male *inquis* ibi legitur."

Recte vero utique per ſe habet Vptoni iſta obſervatio, de *uſu indefinito verbi* Φησὶν, cujus frequentia apud Epictetum exempla in Indice collecta habes. A qua tamen ratione ipſe doctus interpres diſceſſit in verſione latina hujus loci; ubi, Wolfium fere ſecutus, ſic ſcripſit: *Iſte ait, ſua ipſius ope ſe jam poſſe Chryſippum legere.*

Quæ si est sententia græcorum verborum, non jam indefinite positum est verbum φησὶ, sed adest nominativus casus ουτος. Et tunc commodius fuerat, δύνασθαι in infinitivo scribi, ut Wolfius maluit: quamquam vel sic teneri utcumque finitum verbum δύναται posset, φησὶν ita intelligendo, ac si esset, ὡς αὐτός φησιν: *hic, ut quidem ipse dicit, per se jam Chrysippum legere potest.* Enimvero quæ paulo post sequuntur verba, indicant, re vera ad alium hominem referri verbum φησὶν, & rursus ad alium pronomen οὗτος. Nempe ex vers. 10. intelligi par est, φησὶν hoc loco referri ad aliquem e vulgaribus philosophiæ magistris, qui laudaverat profectus, quos aliquis e suis discipulis fecisset. Et quemadmodum omnes fere hæ Epicteti disputationes ex tempore, e re præsente, oblata tali aut tali aliqua occasione natæ sunt; (conf. Arriani Epist. Dedic. vs. 3. & ad eum locum notata.) sic hæc ipsa res toti huic disputationi occasionem dedisse videtur, quod aliquis philosophiæ magister cum quodam e suis discipulis Epictetum convenerit, & apud eum laudaverit profectus, quos in Stoicorum disciplina suus ille discipulus fecisset. Itaque in ea, quæ nunc sequitur, oratione modo ad discipulum, modo ad ipsum magistrum se convertit Epictetus. Fortasse vero ille Logicæ artis præceptor intelligendus est collaborator & collega, quem sibi adjunxerat Epictetus, ut suis sub auspiciis Logicæ disciplinæ præcepta auditoribus suis traderet. Conf. quæ notamus ad I. 26, 1.

Ibid. δι' αὐτοῦ, *per se;* vel, ut bene Wolfius, *suo Marte.* Nempe obscura erant Chrysippi scripta, & interprete fere indigebant. cf. I. 17, 16. III. 21, 7. Ench. c. 49. Rursus vero αὐτοῦ ex ed. Ven. & Bas. revocavi, cum a posterioribus editoribus in αὐτοῦ fuisset mutatum. Consentiunt tamen in αὑτοῦ pbc. Sed αὐτοῦ nunc habet pa.

Ibid. Εὖ, νὴ τοὺς Θεούς, προκόπτεις, ἄνθρωπε. προκόπτει pc. quod vide ne verum sit; ut ad discipulum quidem hoc referatur, cujus profectus laudavit magister, oratio autem convertatur ad ipsum magistrum, quem hoc nomine ἄνθρωπε compellat. Quod si προκόπτεις tenemus, ad ipsum discipulum convertitur oratio, ut paulo ante dictum.

Vers. 10. Τί ἐμπαίζεις αὐτῷ; „*Quid illudis ipsi?* Hæc quæ tertia persona proferuntur, omnia puto secunda esse proferenda, ut & sententia postulat, & ipsa

verba

verba patiuntur. Vsitata corruptela & proclivis est, αὐτὸν pro αὑτὸν; & usitata enallage, (si modo enallage, ac non corruptela potius,) αὐτὸν pro σαυτὸν vel ἐμαυτὸν scribere. Sed non impedio, si quis tertiam personam mavult: nam & scriptura sic habet, & sententia non admodum adversatur. Proclives tamen sunt hujusmodi lapsus." WOLFIVS. — Eadem me diu dubitatio, quæ Wolfium, hoc loco torserat. Levatam puto difficultatem ea ratione, quam ad superiorem versum, ubi de verbo φησὶν agebatur, exposui.

Ibid. τῶν αὐτοῦ κακῶν. Sua unius auctoritate αὑτοῦ h. l. ediderat Vptonus. αὐτοῦ h. l. nostri omnes pabc. In solo pb. præter lenem spiritum superne etiam asper notatus est.

Ibid. ἵνα μάθῃ ποῦ τὴν προκοπὴν ζητεῖ. *ut discat, ubinam profectum quærat.* „ζητῇ. Ita scribendum videtur." VPTON. — Indicativum modum in ista connexione fert græci sermonis usus: & nil mutant libri.

Vers. 11. Ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει &c. Conf. III. 2, 1 sq.

Ibid. ἐν προσθέσει καὶ ἐποχῇ. „*In assensu & sustinendo assensu.* Πρόσθεσιν intelligo τὴν συγκατάθεσιν, *assensum.* πρόθεσις, *propositum* est." WOLFIVS. — Miror nihil ad h. l. adnotatum ab Vptono; in cujus edit. προθέσει hic legitur, ex ed. Gen. & Col. propagatum, contra quam dabant Ven. & Bas. e quibus προσθέσει utique fuit restituendum. Sane πρόθεσις vocab. prorsus ab hoc loco alienum erat. τῇ ἐποχῇ, id est, *retentioni adsensionis*, opposita est *adsensio;* quæ aliâs συγκατάθεσις græce dicitur. Ac περὶ τὰς συγκαταθέσεις versatur tertius philosophiæ locus; sicut primus περὶ τὰς ὀρέξεις καὶ ἐκκλίσεις, & secundus περὶ τὰς ὁρμὰς καὶ ἀφορμάς. III. 2, 1 sq. II. 17, 15. III. 12, 13 sq. &c. Quemadmodum autem verbum προστίθεσθαι, cum apud alios auctores, tum præsertim apud Epictetum nostrum persæpe idem ac συγκατατίθεσθαι sonat; sic & nomen πρόσθεσις, quamquam ista notione minus usitatum, idem atque συγκατάθεσις valere consentaneum est. In mendosum vero προθέσει consentiunt h. l. libri nostri pabc. quam confusionem, in raro præsertim ea quam dixi notione vocabulo, minus mirabuntur ii qui meminerint, quo scripturæ compendio in veteribus libris efferri vocula πρὸς consueverit. Viciſſim vero προσθέσει olim per-

peram pro προθέσει a plerisque ſcriptum videbimus I. 31, 2. Conf. mox ad vſ. 14.

Verſ. 12. Πρῶτοι δ' εἰσὶν οἱ πρῶτοι τόποι. „*Principes autem ſunt primi loci.* Obſcurum eſt quid velit. Sed ego principem locum intelligo, diviſionem illam rerum noſtrarum & alienarum, unde reliqui loci pendent.“ WOLFIVS. Illud quid ſit, quod obſcurum ſibi eſſe queſtus eſt Wolfius, intelligetur ex lib. III. c. 2. Conf. III. 26, 14 ſqq. & Not. ad I. 17, 6.

Ibid. ἆρα πῶς προκόπτεις; „Hæc lectio eſt noſtri codicis; alii ἆρα οὕτω προκόπτεις.“ VPTON. — In πῶς conſentiunt noſtri codd. omnes, & in ἆρα etiam pac. ſed ἆρα circumflexo accentu ſcribit pb.

Verſ. 13. Δεῖξόν μοι τοὺς ὤμους. *oſtende mihi humeros. Validos humeros*, καρτεροὺς ὤμους, pro *totius corporis inſigni robore* dicere amant græci. Sic ſæpe apud Lucian. veluti in Somnio, c. 7. τοὺς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς. Dial. Mort. I. 3. νεῦρα εὔτονα ἢ ὤμοι καρτεροί. Hinc in athletis præſertim οἱ ὦμοι laudantur. Vide Noſtrum III. 21, 3. & eum locum cum hoc confer. Lucianus Gymn. c. 27. ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. *Lacertos* Romani dixerunt. Quintil. VIII. 3, 10. *Pulcher adſpectu ſit athleta; cujus lacertos exercitatio expreſſit, idem certamini paratior.* Adde eumdem lib. VIII. procem. ſect. 19.

Ibid. Ὄψει σὺ, καὶ οἱ ἁλτῆρες. „*Tu videbis & halteres tui.* Ἁλτῆρες, παρὰ τὸ ἅλλεσθαι, dicuntur *plumbeæ pilæ, quibus in ſaltando rectius ſe librabant.* Martialis:

Halteres agili rotant lacerto. —

WOLFIVS. — Bene Salmaſius: *tu videris cum tuis halteribus.*

Ibid. „*Videris tu, & viderint tui halteres.* Nota interea hanc loquendi formulam, ſæpius ab Epicteto uſurpatam, ὄψει σὺ, ὄψεται ἐκεῖνος, ὄψονται οἱ ἄλλοι: quaſi dicat, *quid hoc ad me?* Sic Cic. de Nat. Deor. I. 7. *Quid didicerimus, Cotta viderit.* Ovidius, de Remed. Amor. *Viderit Atrides.* Et ſæpiſſime M. Antonin. ut lib. V. 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει τι εἰς ἐμέ; Ὄψεται. Certiſſima eſt correctio: Ἄλλος ἁμαρτάνει. τί εἰς ἐμέ; ὄψεται. *Alius peccat: quid hoc ad me? viderit ipſe.*“ VPTON. — „Cic. Acad. lib. IV. [c. 7.] *Epicurus hoc viderit.* & Epiſt. 4. ad Attic. lib. VI. *hæc fortuna viderit.* Sic apud M. Anton. VIII. 41. & alibi. Act. Apoſt.

Apoſt. 18, 15. ὄψεσθε αὐτοὶ, *ipſi videritis.*" IDEM in Indice.

Verſ. 14. τὴν περὶ Ὁρμῆς σύνταξιν. Inter Chryſippi libros, quos magno numero Laërtius recenſet VII. 189 ſqq. nullum iſto titulo reperio: ac fere nonniſi in dialecticis ſubtilitatibus verſabantur hujus ſcripta. Cleanthis duo libros περὶ Ὁρμῆς Laërtius laudat VII. 174. At videtur tamen Chryſippi librum nunc dicere Epictetus: neque magnopere impedit quidquam, quo minus credamus, exſtitiſſe etiam Chryſippi de eo argumento libellum. Perbrevem illum fuiſſe oportet, quem non niſi *quinque drachmarum* pretio vulgo conſtitiſſe mox ait. Erat vero etiam Zenonis liber, περὶ Ὁρμῆς, ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως, memoratus Laërtio, VII. 4. Item Sphæri, Zenonis diſcipuli; referente eodem Laërt. VII. 178. Sed ſive Chryſippi fuerit libellus ille, de quo hic agitur, ſive alicujus e cæteris Stoæ luminibus; videtur auditor, quicum hæc diſſerit Epictetus, hoc velle ſignificare, ſe non ſolum dialecticos libros legere, (quo e genere fere erant Chryſippi ſcripta) verum etiam ad morum formationem pertinentes.

Ibid. πῶς αὐτὴν ἀνέγνωκα. Vide ad II. 14, 1.

Ibid. οὐ τοῦτο ζητῶ, ἀλλὰ πῶς ὁρμᾷς &c. De re contuliſſe juvabit IV. 4, 16 ſqq.

Ibid. προτίθεσαι. „πῶς ἐπιβάλλεις καὶ προστίθεσαι. *quomodo res aggrediaris, quomodo aſſentiaris.* τὸ ἐπιβάλλειν refero ad doctrinæ methodum, quam aſſenſio ſequitur: aſſenſionem præparatio diligens gerendæ rei. Sunt hæc brevia, arguta, non pervulgata, nec ſine animi attentione intelliguntur." WOLFIVS. — „προτίθεσαι ex noſtro codice, monente quoque Salmaſio, repoſuimus pro προστίθεσαι. De hisce autem vocibus conſule Indicem." YPTON. — In olim vulgatum προστίθεσαι conſentiunt noſtri mssti. Nempe plurima pars earum obſcuritatum, quæ in his Diſputationibus & Wolfium olim offenderant, & nobis etiamnum ſubinde moleſtiam creant, offuſæ his libris ſunt a librariorum incuria, quæ genuinam Arriani ſcripturam paſſim alteravit, truncavit, variisque modis fœdavit; quam ſi finceram ubique haberemus, ſatis plana pleraque omnia forent. Quamquam paulo ante (vſ. 11.) vocabulum πρόσθεσις e primis editt. fuit reſtituendum; hic tamen verbo προστίθεσθαι ſane non erat locus. Non agitur hic, ut ſupra, de tertio illo philoſophiæ loco, qui in *adſenſione*

ineſt; ſed de *agendi conſiliis*, ac de ipſo *vitæ inſtituto actuque*. Quare recte omnino προτίθεσαι e ſuo codice adoptavit Vptonus; quemadmodum & I. 21, 2. pro προσθέσει, quod ibi vulgatum erat, προθέσει ſcripſit; pariqne ratione II. 17, 36. vel invitis libris omnibus προτίθεσθε pro προστίθεσθε fuit reponendum. De verbo ἐπιβάλλεις dubitari non nihil poterat, ſit-ne ἐπιβάλλῃ corrigendum. Certe iſta notione, quæ hic obtinet, *moliri*, *conari*, *inſtituere*, *agendi conſilium capere*, &c. (qua notione vulgatiſſimum etiam nomen eſt ἡ ἐπιβολὴ) pæne conſtanter aliàs ἐπιβάλλεσθαι & ἐπιβαλέσθαι, in paſſivo & in medio genere, in uſu ſunt; neque aliter Epictetus noſter ſolet uſurpare. vide II. 17, 36. II. 24, 19. IV. 1, 74. IV. 11, 6. &c. Conf. Lexic. noſtrum Polyb. in Ἐπιβάλλειν, num. 7. Itaque ſi vera ſcriptura ἐπιβάλλεις, erit hoc per ellipſin pronominis σεαυτὸν, aut nominis τὸν νοῦν, reciproce intelligendum: quam in partem H. Stephanus in Theſ. Gr. Ling. T. I. col. 683. non modo illud ex Euſtathio citavit, ἐπιβάλλει γοῦν τις νοήματι ἢ ἔργῳ, ἤγουν ἠριβωμένως ἐγχειρεῖ καὶ ἐπιτυχῶς νοεῖ; ſed & alia nonnulla e Plutarcho & aliis ſcriptoribus exempla collegit.

Verſ. 16. δοκεῖ ὅτι πλείονος ἄξιός ἐστι. „δοκεῖς legendum puto.“ MEIBOM. — Nil mutant libri: & ſatis bene habet δοκεῖ, intelligendo σοί, aut τινί, aut ἡμῖν.

Verſ. 17. μηδέποτε οὖν ἀλλαχοῦ τὸ ἔργον ζητεῖτε. τὸ ἔργον, *rem ipſam*, ſum interpretatus. Wolfius, *officium*. Vptonus cum Schegkio, *opus*.

Verſ. 18. ποῦ οὖν ἡ προκοπή; „Articulum ἡ habes ex noſtro codice.“ VPTON. — Eumdem agnoſcit noſter pb. Ignorant eum pac. cum vett. edd. Sed in pa. eſt πῶς οὖν προκοπή;

Ibid. ἐπὶ τὴν προαίρεσιν ἐπέστραπται τὴν ἑαυτοῦ. „Vide III. 23, 16 & 37. III. 24, 96.“ VPTON.

Verſ. 19. μεταῤῥιπίζεσθαι. „Μετακριπίζεσθαι. Baſileenſis codex μεταριπίζεσθαι, παρὰ τὴν ῥιπὴν, unde ῥιπίζω. Sed quid ſi μεταρυθμίζεσθαι legatur? niſi forte τὸ μεταριπίζεσθαι ſit vehementius. μετακρηπίζεσθαι, παρὰ τὴν κρηπῖδα, haud ſcio quam ſit uſitatum. Vtcunque ſit, de ſententia conſtat.“ WOLFIVS. „μεταῤῥιπίζεσθαι. Sic noſter codex. At edit. Ven. & Salmant. μεταριπίζεσθαι. Baſil. μεταριπίζεσθαι, vertente Schegkio, *modo his, modo aliis affectibus agitatum exardeſcere*. Wolfius, *transferri*. Videtur interea vera lectio μεταῤῥιπίζεσθαι,

ζεσθαι, a ῥιπίζω, eodem sensu ac apud Jacob. c. 1, 6. ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζορένῳ. Tamen Lexica non agnoscunt μεταῤῥιπίζεσθαι.“ VPTON. — Analogiæ utique consentanea est hujus verbi compositio, *veluti ventis in aliam atque aliam partem agitari; huc illuc iactari;* ac notari debebit ab interpretibus Novi Testamenti ad Iac. 1, 6. locus hic Arriani, qui præterierat Raphelium & alios. Editionis Venetæ lectio videndum an ex μετεκριπίζεσθαι sit corrupta. μεταριπιζ. habet pa. & pb. sed in hoc adjecta superne altera litera ρ. In pc. verbum hoc, cum aliis nonnullis præcedentibus & seqq. prætermissum est. De verbo μεταπίπτειν conf. quæ ab Vptono & a nobis ad I. 7, 1. notantur.

Eod. & seq. „ἢ κωλύειν δυνάμενος. καὶ λοιπὸν ἔωθεν &c. Videtur deesse prius membrum, quo describatur ejus animus, cui in se ipso posita sint omnia.“ WOLFIVS.

Ibid. „καὶ λοιπὸν refer ad Εἴ τις, quod præcesserat. Εἴ τις ὑμῶν ἀποστὰς — — μεμάθηκέ τε — — καὶ λοιπὸν — — οὗτός ἐστιν κ. τ. λ. Hæc est constructio.“ VPTON.

Vers. 20. ὡς αἰδήμων ἐσθίει. „Vide hujus libri cap. 13. in initio.“ VPTON.

Ibid. ἐπὶ τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης ὕλης τὰ προηγούμενα ἐπιτονῶν. „Τὰ προηγούμενα intelligo τὸ τὴν προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι, ut habet Enchiridion; hoc est, ut omnia dicta & facta cum natura congruant. Philosophus naturam, cursor curriculum, phonascus vocem curat.“ WOLFIVS. — Enchiridii locus, ad quem perspecte Wolfius provocavit, est cap. 4. conf. Dissert. harum lib. III. 7, 25 sq. Quemadmodum cursor Olympicus, quemadmodum phonascus omnia, quæ agunt atque suscipiunt, quæcumque in vita incidunt eisque sese offerunt, ad artem referunt suam, ut, quidquid ad eam perficiendam valeat, diligenter observent, quidquid perfectioni artis obstare videatur, sedulo caveant: sic, qui in veræ sapientiæ, id est, in virtutis studio proficere cupit, id sibi in omnibus rebus, quæ in vita incidunt, ob oculos ponit, id tenere studet, in eoque elaborat, quod ipsi est omnium præcipuum, quo universi instituti sui ratio atque summa continetur; nempe (quemadmodum bene Wolfius monuit) ut voluntatem suam, animique propositum, omnia denique sua consilia teneat naturæ congruen-

tia & consentientia. Non differt hoc præceptum, quod ad caput causſæ, ab illo quod suo exemplo Paulus Apostolus Corinthiis suis inculcat Epist. I. cap. 9, 24. Conf. Enchirid. c. 29, 2 sq. De *Phonascis* Vptonus in Ind. consulere jussit Sueton. in Ner. c. 25. & Quintil. lib. XI. c. 3. Cæterum, ne quid dissimulem, valde vereor, ne in hac regione non satis integra, nec omni ex parte emendata sit oratio.

Vers. 21. οὗτός ἐστιν ὁ προκόπ]ων. Sic edd. & mssti omnes. οὕτως, pro οὗτος, adnotatum est in ora edit. Basil. quam conjecturam qui proposuit vir doctus, adcommodavit illam ad eam rationem, qua vulgo in præcedentibus verbis distincta erat usque ad Vptonum oratio; ubi scilicet post ἐκπονῶν majus punctum interserebatur, ut nova periodus inciperetur ab illis verbis, ὡς ὁρωμεν̣ς &c. Ad illud ὡς criticus hic referebat suum οὕτως. Totius orationis connexionem constructionemque melius docuit Vptonus ad vers. 19.

Ibid. ὁ μὴ εἰκῇ ἀποδεδημηκώς. „Peregrinatio in usu olim fuit apud philosophos. Tangit hunc morem Epictetus III. 15, 11. III. 16, 11. III. 23, 32. III. 24, 69. Refert Socrates in Platonis Critone tanquam rem inusitatam, se nunquam, nisi militandi gratia, ex Attica decessisse. VPTON. — Agitur hic, & in plerisque ex locis citatis, non de philosophis, sed de juvenibus, qui studiorum causſa ex Italia & aliis regionibus Nicopolim ad Epictetum, sive Athenas ad alios audiendos philosophos se contulerant. Conf. ad I. 9, 9.

Vers. 22. Εἰ δ' ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς βιβλίοις ἄξιν τέτα]αι. „*Si quis vero lectitandorum librorum exercitationi est intentus.* Non reprehendit lectionem diligentem: sed eam sequi vult vitam præceptis consentaneam. Fieri autem vix potest, quin is qui optima quæque scripta non ad ostentationem aut gustum legit, mores etiam atque opiniones emendet.“ WOLFIVS. In latina versione ad illud verbum *intentus est* adverbium *unice* adjeci; cujus vim non solum ex universa sententia intelligi debere, sed etiam ipsis græcis verbis inesse putavi. Mendose τέτακ]αι pab. pro τέτα]αι, quo in verbo sæpe peccarunt librarii.

Vers. 23. ἀλλ' ἐκεῖνο, scil. οὐκ οὐδέν ἐστι, vel ἐστί τι, *sed hoc non est nihil, hoc est aliquid;* (indicat, hoc esse τὸ προηγούμενον, *præcipuum*, sine quo cætera nihil sunt;) nempe *meditari, operam dare ut e vita tua lamentationes tollas &c.* Sic conjungenda hæc verba μελε-

τᾷν

τᾶν ἐξελεῖν putavi, & a ſuperioribus interſerto commate diſtinguenda, cum antea ſic ederetur: ἀλλ' ἐκεῖνο μελετᾶν, ἐξελεῖν τοῦ αὐτοῦ βίου &c. In eamdem fere ſententiam, pro ἀλλ' ἐκεῖνο μελετᾶν, Meibomius ſic ſcriptum voluerat, ἄλλον ἐκεῖνο, τὸ μελετᾶν &c. Scripturam αὐτοῦ, cum leni ſpiritu, recte hic ſervaverat VPTONVS, in Notis breviter ſic monens: „αὐτοῦ pro αὑτοῦ, ſeu ἑαυτοῦ." In αὐτοῦ conſentiunt noſtri phc. ſed αὑτοῦ pa, Pro ἐξελεῖν vero corrupte ἐξελθεῖν pac.

Ibid. καὶ Οἵμοι. καὶ τὸ Οἵμοι ſcripſiſſe Arrianum putem, ſicut mox καὶ τὸ Τάλας ἐγώ.

Verſ. 24. τί κώνειον. „Cæteri τί τὸ κώνειον. Articulum vero ejicimus auctoritate noſtri codicis. [cum quo facit noſter pb.] Ita cum ſequentibus [*cum præcedentibus* ſcribere voluit] quadrat; τί θάνατος, τί φυγή, ſic dici debet τί κώνειον. Hæc, quamquam leviora, tamen omittenda non duco." VPTON.

Ibid. Ὦ φίλε Κρίτων. „Verba Socratis apud Platonem in Critone, alibi ab Epicteto laudata. I. 29, 18. IV. 4, 21." VPTON. — Adde Enchir. c. 53, 3. Pro τοῖς θεοῖς φίλον, perperam pb. τοῖς θεοῖς κρεῖττον.

Ibid. ἐν τῇ Φυλακῇ. „Inſerendum forſan καὶ. καὶ ἐν τῇ Φυλ. *ut etiam in carcere.*" VPTON.

Ibid. ἐπὶ ταῦτά μου τὰς πολιὰς ἐτήρησα. „Apertiſſima Tragicorum ejulatio. Haud abſimile illud apud Virg. Aen. XI. 159.

Felix morte tua, neque in hunc ſervata dolorem." VPTON. — Sunt utique verba iſta, Τάλας ἐγὼ &c. diſjecta membra neſcio cujus tragici poëtæ; immo vero in pluribus tragœdiis occurrentia, ut mox ipſe Epictetus ſignificat.

Verſ. 25. „Πρίαμος αὐτὰ οὐ λέγει, ἀλλ' ὁπόσοι βασιλεῖς λέγουσι. Dubium, an hæc cum interrogatione legenda ſint. Etſi intelligi ſic quoque poteſt: Quamvis Priamus in aliqua tragœdia hæc non dicat, tamen tyrannicam vitam talium querelarum haud fere eſſe expertem. Quod ſi falſo talia tribuantur regibus; tamen id tragicorum mendacium lectoribus eſſe utile, &c." WOLFIVS. — Nempe in Veneta edit. nullum adeſt interrogandi ſignum, in Baſileenſi vero poſt λέγει, rurſusque poſt λέγουσι indicatur interrogatio. Vtriusque autem editionis exemplo uſus eſt Wolfius, cum Epictetum latine converteret. Baſileenſis editoris rationem tenuere poſteriores editores, Sive vero interrogationem probes, ſive minus;

minus; parum per se commoda videbitur interpretatio, quam nunc dedit Wolfius. Commodius idem in ipsa versione: *Nonne Priamus ea dicit? Immo reges omnes dicunt.* Vide quæ mox Vptonus monet.

Ibid. Οἰδίπους οὐ λέγει; „Hæc verba, Οἰδίπους οὐ λέγει, nostro codici debemus: in aliis desunt. [Eadem in margine quidem, sed ab antiqua manu, habet noster pb.] Alio autem modo construi possunt, deleta interrogatione: *Non solum Priamus hæc dicit, non Oedipus solum; sed etiam [quotquot sunt] reges eadem dicunt.* In hujusmodi locutionibus μόνον, idque eleganter, supprimitur. Sic Theocr. Id. X. 19.

— — Τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος,
ἀλλὰ καὶ ὁ Φρονιστος Ἔρως.

Οὐκ, id est, οὐ μόνον: *Non* modo *ipse Plutus cæcus est, verum etiam* &c. Longinus: [cap. 9. περὶ Ὕψους.] Τῶν θεῶν οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν ἐποίησεν αἰώνιον. *Homerus non solum Deorum naturam, sed & miseriam æternam fecit.* Atque ita Latini:" VPTON. — Percommoda vero & perapta huic loco Vptoni ista interpretatio, per ellipsin adverbii μόνον; cujus ellipseos apud nullum non scriptorem græcum, passim & apud latinos, obvia exempla. Confer nostrum IV. 1, 159. Sed in transcursu monendum, minus feliciter selectum esse quod e Theocrito vir doctus protulit exemplum; nam quod ibi legitur, αὐτὸς ὁ Πλοῦτος, id ipsum est *solus Plutus*, (non *ipse Plutus;*) ut minime ibi quidem necesse sit, μόνον adverbium subintelligere.

Ibid. ἀλλ' ὁπόσοι. Sic libri omnes; sed id in pb. ab alia manu in ἄλλοι πόσοι mutatum.

Vers. 26. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ Τραγῳδία; *Quid enim est aliud Tragoedia?* &c. „Vide I. 24, 15 sqq. I. 28, 31 sq. & Aristot. Poët. cap. 6. & M. Antonin. lib. XI. 6." VPTON.

Vers. 27. τῶν ἐκ]ὸς ἀπροαιρέτων. „τῶν ἀπροαιρέτων, id est, τῶν ἐκ]ός. Quæri potest, an hoc loco deleatur [delendum sit, voluerat scribere] ἐκ]ὸς, tamquam glossema; an legendum potius, τῶν ἐκ]ὸς καὶ ἀπροαιρέτων." VPTON. — Posteriorem Vptoni rationem haud cunctabundus equidem probarem, si vel minimum in libris copulativæ particulæ vestigium adpareret: ac vel invitis libris ea placet, cf. III. 24, 56. Quod si vero vocabulorum,

rum, τῶν ἐκτὸς & ἀπροαιρέτων, alterum alterius gloſſema eſſe ſtatuamus, quod ex interpretatione in contextum irrepſerit; me judice, τῶν ἐκτὸς contextui vindicandum fuerit, ἀπροαιρέτων ad oram relegandum, ubi aliquis hoc verbum adnotaverat ex verſ. 2. Cæterum utriusque vocabuli uſum, Epicteto familiarem, Index docebit. Confer interim III. 2, 13. ubi, cum dixiſſet ἔξω βλέπεις, (i. e. εἰς τὰ ἐκτὸς,) velut interpretationis cauſſa adjicit εἰς τὰ ἀπροαίρετα.

Ibid. τὴν ἀπάτην ταύτην. „Ita a natura comparatum eſt, ut aliqua ſaltem ſpecies Recti, Pulcri, Decori, in animis noſtris neceſſario inhæreat, & ad ſeſe rapiat. Finge, exempli gratia, in iſtiusmodi rebus, ubi fortuna dominatur, ut illud Pulcrum quæratur; nonne hoc eſt *cum ratione inſanire, cum quis mobilia & cæca fluitantia ſorte laboret reddere certa ſibi?* At Pulcrum illud & Rectum ab externis ad vitam & mores, ut par eſt, transferatur; hinc proprium aliquid, quod alios penes non eſt, exoritur. Quod ſi hinc decipimur, ἐγὼ μὲν ἤθελον τὴν ἀπάτην ταύτην κ. τ. λ. equidem errorem hunc (ſi error ſit) extorqueri mihi nolim, ex quo vitam jucundiſſimam imperturbatamque ducturus ſim.“ VPTON.

Iſta viri docti disputatio quid ad illuſtrandam Epicteti faciat ſententiam, difficile dictu fuerit. Plane hoc dicere mihi viſus erat Philoſophus noſter: Quod ſi etiam deceperint nos poëtæ, & ingenio ſuo indulſerint, non hiſtoriæ veritatem ſpectaverint, in exaggerandis regum miſeriis & lamentationibus; exoptata nobis fraus ea eſſe debebit, ſi hunc effectum habeat, ut nos permoveat, ut a rerum externarum & in noſtra poteſtate non poſitarum admiratione deſiſtamus, & bonorum noſtrorum malorumque ſummam in nobis, atque in eis rebus quæ noſtri ſint arbitrii, unice quæramus. At, non luxuriantis ingenii commenta, ſed vera atque certa eſſe virorum ſapientium præcepta de iis rebus, in quibus Boni & Mali vim rationemque ponere homo debeat, ipſa ratio docet atque evincit; ut mox vſ. 28. ſignificat.

Verſ. 28. Τί οὖν ἡμῖν παρέχει Χρύσιππος; „Hæc eſt objectio auditoris: cui reſpondet Epictetus, Ἵνα γνῷς &c. Haud recte itaque ad oram cod. Baſil. ſcribitur ὑμῖν.“ VPTON. — In ἡμῖν conſentiunt mssti omnes. Potuit autem iſta quæſtio ſive objectio a præſente quodam auditore hoc ipſo tempore moveri; potuit vero etiam ipſe ſibi eam proponere Epictetus, veluti nomine audito-

auditoris. Atque id quidem hoc loco, & plerumque aliâs in hujusmodi quæstionibus vel objectionibus, quæ frequentissimæ in his disputationibus occurrunt, perinde est utro modo accipere volueris. Sed quoniam in eisdem disputationibus diversas loquentium vices, adpositis præceptoris & auditoris nominibus, aut aliis adhibitis indiciis, non nisi raro distinguere consuevit Arrianus, qui scripto eas consignavit; nascitur subinde dubitatio aliqua difficultasque ex eo, quod non satis adpareat, auditoris-ne, an præceptoris sint quædam verba; aut suo-ne nomine, an auditoris, dixisse ea intelligendus sit Epictetus.

Eod. vs. 28. *& seq. ἵνα γνῷς, φησὶν, ὅτι οὐ ψευδῆ ταῦτά ἐστιν, — — — Λάβε μου τὰ βιβλία.* Verbum *φησὶν*, quæri potest, sit-ne indefinite nunc accipiendum, ea ratione, de qua Vptonus dixit ad I. 4, 9. an ad Epictetum pertineat, ad propositam quæstionem respondentem. Ego neutrum puto: sed *φησὶ* nunc ad ipsum Chrysippum referendum mihi videtur. *Quid nobis præstat Chrysippus? Vt cognoscas, inquit;* nempe *ipse Chrysippus* in suis libris hoc *dicit*, hunc esse eorum usum. Ea ratione ni intelligamus verbum *φησὶ*, haud video quo pacto *vers.* 29. dicere Epictetus potuerit: *λάβε μου τὰ βιβλία*, ubi manifeste de Chrysippi libris agitur. Verbum *φησὶ* an eodem modo VPTONVS acceperit, nescio; nec enim ex versione ejus adparet, & de isto verbo in Notis ad h. l. nihil monet; sed ad illa *λάβε μου* &c. hæc adnotavit: „Hæc dicuntur ab Epicteto quasi ex Chrysippi persona. Aliter, pro *μοῦ*, *μοι* reponendum videtur.“ — Nil mutant libri, nisi quod, pro *ἀπαν⟨ῆ⟩*, *ἀπατῇ* habet pc. quæ verba sæpe confunduntur a librariis. Cæterum suspicatus eram, aut *καὶ ἡ ἀπάθεια* scribendum adjecto articulo, aut delendum verbum *ἐστὶ*, ut ex interpretatione verbi *ἀπαν⟨ῆ⟩* intrusum, ut legamus *ἐξ ὧν ἡ εὔροια καὶ ἀπάθεια ἀπαν⟨ῆ⟩*.

Vers. 29. *ὡς ἀληθῆ.* „Ad oram nostri codicis scribitur: *ὥστε· ἄλλως· ὅτι.*“ VPTON. — In tribus nostris codd. sic scribitur: *καὶ γνώσῃ, ὥστε καὶ σύμφωνα &c.* & abest vox *ἀληθῆ*.

Ibid. τὰ ἀπαθῆ με ποιοῦν⟨τα⟩. Intellige, præcepta hæc, quæ eo pertinent, ut perturbationibus immunem me reddant. *ποιεῖν* nunc idem est, quod mox ait *δεικνύειν τὴν ὁδόν*. Articulus *τὰ* ante *ἀπαθῆ* perperam omissus in pc.

Eodem

Eodem verſ. 29. *& ſeqq.* Ὦ μεγάλης εὐτυχίας, ὦ μεγάλου εὐεργέτου &c. Quum Epicteti ætate permulti eſſent & doctores philoſophiæ & diſcipuli, qui in dialecticis potiſſimum ſubtilitatibus, quarum ſummus artifex Chryſippus fuerat, ſtudium omne ponerent, & gloriam unice quærerent; quorum hominum vanitatem ſæpe caſtigat & explodit philoſophus noſter; indicat idem viciſſim egregio ejusdem Chryſippi elogio, ſe, quod eorum improbet rationem, qui, Chryſippi libros legiſſe intelexiſſeque contenti, id quod præcipuum eſt negligunt, non idcirco de meritis illius viri in philoſophiam quidquam detractum velle, neque improbare ſtudium, quod in legendos illius libros conferatur, in eos præſertim libros, qui hominis naturam ejusque habitum ad naturam univerſi exponunt, adeoque viam veræ felicitatis homini monſtrant; (conf. I. 10, 10. I. 17, 13 ſqq. Ench. c. 49.) nempe ſtudium eo conſilio in libros iſtos collatum, ut viam veritatis non diſcas ſolum, ſed etiam ingrediaris. I. 17, 17 ſq. II. 17, 26 ſqq. & vſ. 34 ſqq. &c.

Eodem. τὴν ὁδὸν. „Ὁδὸς eſt *certa ratio atque methodus.* Vide infra, I. 16, 18. Sic uſurpat Theognis, verſ. 381.

Οὐδέ τι κεκριμένον πρὸς Δαίμονός ἐστι βροτοῖσιν,
οὐδ' ὁδός, ἥν τιν' ἰὼν ἀθανάτοισιν ἄδοι.

Vbi pro ἄδοι legendum ἄδοις, *placeas*, id eſt, *aliquis placeat.*

Neque quicquam decretum eſt ex numine mortalibus,
Neque via (id eſt, vitæ ratio) *quam ingreſſus diis*
placeas.“

VPTON. — τὴν ὁδὸν ſimpliciter h. l. intelligo τῆς εὐτυχίας, vel τῆς εὐροίας καὶ ἀπαθείας, ex vſ. 28. cf. vſ. 32.

Verſ. 30. Εἶτα. „Indignabundus loquitur; quod patet ex voce εἶτα in initio ſententiæ poſita. Sic enim εἶτα uſurpatur; præcipue apud Atticos. Vide Schol. ad Ariſtoph. Plut. vſ. 79.“ VPTON. — Εἶτα, ita poſitum, non neceſſario *indignantis* eſt; ſed nude *abſurditatem* vel *pugnantiam* indicat (ſive eam veram, ſive adparentem) *ejus rei, quæ ſequitur, cum ea quæ præceſſit;* reſpondetque latinorum *& tamen*, vel *nihilo minus.*

Ibid. ἀνεστάκασιν. „Ita omnes codices, non ἀνεστήκασιν.“ VPTON. — Atqui ex vulgato grammaticorum placito perinde ἕστακα & ἕστηκα græci dicunt, eodemque modo in compoſitis. Quare non hoc mirum videri debebat, quod in α pro η conſentiant libri; illud inſo-

lens

lens videri poterat, quod verbum istud in præterito usurpatum sit notione activa. At rariora quidem, sed occurrunt tamen apud optimos quosque scriptores, quamquam fortasse non apud græcæ puritatis studiosissimos, usus istius exempla. De qua re monuimus ad Polyb. III. 94, 7. Et in isto usu præsertim eam formam amari, quæ α ante κ habent, docebunt exempla & a nobis & a Reiskio ad Polybii locum modo citatum collecta: quod ipsum etiam post Guil. Budæum Sylburgius monuerat ad Clenardi Instit. in Ling. Græc. p. 505. conf. infra ad III. 22, 14. Pro ἀνεστάκασιν, corrupte ἀνιστήκασιν est in pc.

Ibid. τὰς ἡμέρους τροφάς. „Ovid. Metam. V. 655. Triptolemus loquitur:

Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros
frugiferas messes alimentaque mitia *reddunt.*"

VPTON.

Vers. 31. τῷ δὲ τὴν ἀλήθειαν εὑρόντι. „Similiter a suis Epicurus dicitur *Pater veri; veri inventor.* Petron. c. 132.

Ipse Pater veri *doctis Epicurus in hortis.*

Cic. de Fin. I. 10. *Eaque ipsa, quæ ab illo* inventore veritatis, *& quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo.* Atque ita Lucretius, emendante Davisio, [III. 9.]

Tu pater & veri inventor, *tu patria nobis*
suppeditas præcepta.

non, ut vulgo, *rerum inventor.*" VPTON.

Ibid. ἐξενεγκόντι. Sic in suo cod. & ms. Paris. legi monuit Vptonus. Fuit igitur eo confidentius hoc adoptandum, quod non modo usus ferebat, ac pæne flagitabat; sed quod etiam mendosa scriptura, ἐξενεγκάντι, quæ e prima editione in cæteras omnes religiose propagata est, (cum accentu in penultima) ejusdem lectionis vestigia prodebat. In ἐξενεγκόντι consentiunt pabc.

Ibid. οὐ τὴν περὶ τοῦ ζῆν. περὶ τὸ ζῆν pb.

Ibid. τίς ὑμῶν ἐπὶ τούτῳ βωμὸν ἱδρύσατο. „Τίς ἡμῶν. Ita pro ὑμῶν reposui. Modo dixit ἡμῖν ἔδωκε, & paulo post ἐπιθύομεν & εὐχαριστήσομεν. Hoc vidit & Wolfius; nam vertit, *quis nostrum.* Sed Lucretium audiamus, eadem fere de Epicuro loquentem: [V. 50.]

Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoque
expulerit dictis, non armis: nonne decebit,
hunc hominem numero Divûm dignarier esse?"

VPTON.

At

At nil opus erat, invitis libris omnibus ὑμῶν nunc in ἡμῶν mutare. Nil frequentius in his disputationibus, quam transitus iſte a prima perſona ad ſecundam, & vice verſa. Quæ variatio, & quaſi variegatio ſermonis, nec incommodi quidquam, nec ingrati habet; ſed perapte etiam convenit ſubito ſermoni, & ex intimo animi adfectu pronunciato. Ac ſæpe etiam conſulto facere hoc videtur Epictetus, ut, ubi reprehendere & caſtigare vult diſcipulos, in ſecunda quidem perſona eos adloquatur, ſed & ante & mox poſt rurſus prima utatur verbi perſona, quo molliat nempe caſtigationem, ſeque ipſum quodammodo in eorum ſimul numero ponat, qui reprehenſione iſta admonitioneque indigeant. Quare revocandam h. l. putavi conſtantem librorum omnium lectionem ὑμῶν. Quod autem ἐπὶ τούτῳ dicit, ad viam veræ felicitatis, quam monſtravit Chryſippus, & ad ea præcepta hujus philoſophi refertur, quæ ad vitam hominis regendam pertinent. Et ſignificanter mox eadem verba ἐπὶ τούτῳ repetit Epictetus, ἢ τὸν Θεὸν ἐπὶ τούτῳ προσκυνεῖ, quo innuat, qui Chryſippi admiratione ſtudioque tenentur, non ad ſubtilitates dialecticas & ad difficiles nugas, quarum magnus præſertim artifex fuerat Chryſippus, admirationem ſuam ſtudiumque debere referre; (cf. II. 19, 10. II. 17, 34 & 40. II. 23, 44. III. 2, 13. &c.) ſed ad eam doctrinæ partem, quæ in hoc verſatur quod præcipuum eſt, nempe in moribus formandis. Quum vero perſæpe aliâs ſtudium iſtud difficilium nugarum, & eorum levitatem, qui Chryſippum aliosque Stoæ doctores ob dialecticas ſubtilitates unice admirabantur, ſatis aperte atque directe & graviter etiam admodum reprehendat Epictetus, eoque nomine caſtiget ſuos auditores; conſulto nunc paulo tectius atque mitius & veluti ex obliquo eadem de re loquitur, ne ex invidia & e livore quodam profecta videretur ipſius disputatio, præſente homine inſtituta, qui ſcholam ipſe apertam & diſcipulis frequentem habebat, qua in ſchola ex Chryſipporum præcipue libellorum lectione interpretationeque gloriam quæſtumque & captabat & invenerat. conf. Not. ad verſ. 9. Conſuluiſſe vero etiam juvabit quæ de eodem hoc Epicteti loco Baylius monuit, in Lexico hiſtor. & critico, artic. *Chryſippe*, not. *M.* p. m. 948 ſq.

Verſ. 32. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἄμπελον ἔδωκαν. — „ἔδωκαν ex noſtro codice repoſui; alii omnes ἔδωκεν: cum mox ſequitur ἐξήνεγκαν & ἤμελλον. Notanda interea eſt

numerorum mutatio; nam Θεὸς præceſſit. Ita apud Cicer. de Nat. Deor. [I. 38.] *Hoc idem fieri in* Deo, — — *ex quo eſſe* beati *atque* æterni *intelligantur*. vide ibi Daviſium. Et Terent. Eunuch. Act. II. Sc. 1. *Dii boni quid hoc morbi eſt? adeone* homines *immutarier ex amore, ut non cognoſcas* eundem *eſſe?* Vbi Donatus: More ſuo a plurali numero ad ſingularem ſe convertit." VPTON. — Optimis & diligentiſſimis ſcriptoribus iſta variatio uſitata; (conf. ad IV. 1, 91.) ſed præſertim ubi de Deo agitur. Sic paſſim apud Xenoph. in Memorab. Socr. in eadem oratione a ſingulari ad pluralem, & vice verſa, ſubitum obſervabis transitum. Quare ne hoc quidem loco mutato numero verbi fuerat opus; quamquam non improbo factum, ſcripto præeunte codice: ſi modo certum ſit, omnes lectiones, in ora illa Libri Vptoniani adnotatas, e manuſcripto codice fuiſſe depromtas, non ſubinde unam aut alteram ex ingenio docti viri profectam, cujus fuerat olim illud Venetæ editionis exemplum. Noſtri quidem codices in ἔδωκεν conſentiunt; mox vero etiam, pro ἐξήνεγκαν, dant ἐξήνεγκε pbc. ſed deinde rurſus, mira fluctuatione, ἤμελλον omnes. In ſolo pb. inter lineas indicatur ἤμελλεν.

Ibid. τούτου δ' ἕνεκα. De particula δὲ, ex initio periodi ſub finem repetita, vide ad I. 6, 24.

CAPVT V.

De *Argumento* conferre juſſit Vptonus infra lib. II. c. 20. In codice pc. continua linea cum ſuperioribus verbis ſcribitur initium hujus capitis, nec adeſt vel titulus vel numerus capitis: quare deinde ſextum hujus libri caput in illo codice quintum numeratur, & ſic porro. Sed in tabula capitum, quæ in eodem cod. præmittitur, omnia eadem ſunt ut in aliis codicibus.

Verſ. 1. Ἄν τις, φησὶν. Solet plerumque Arrianus mediam in Epicteti disputationem, ac velut in ipſam actionem, recta rapere lectorem, ne verbulum quidem de ſuo adjiciens. Interdum rem breviter exponit, quæ occaſionem disputationi præbuit; ut cap. 11. hujus libri: & tunc quidem, ut conſentaneum erat, ubi ad ipſam disputationem accedit, verbis ἔφη, καὶ ὅς, & ſimilibus utitur. Hoc loco, de re, unde orationis anſam cepit Epictetus, tacens Arrianus, verbum φησὶν tamen poſt prima

prima verba inſeruit, ad Epictetum referendum, ſecus ac infra, vſ. 6. & ſupra, cap. 4, 9 & 28. ubi vide notata.

Ibid. πρὸς τοῦτον. πρὸς τοῦτο pc. male.

Verſ. 2. ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ. — „Ἀπολιθοῦσθαι, *in lapidem transire.* Vtitur Ariſtot. in Problem. [XXIV. 11.] monente Gatakero ad M. Antonin. VI. 30. Ἀπολιθωθέντα Virgilius depingit Aen. VI. 470.

Nec magis incepto vultum ſermone movetur,
quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

Sed quisnam horum verborum ſenſus, ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ? Nullus ſane. Equidem credo, verba quædam librariorum incuria excidiſſe; quæ quidem ſupplenda ſunt ex I, 7, 25. ἐπ' ἀδύνατον ἀπαχθῆναι, vel ex III. 2, 17. εἰς οὐδὲν ἄτοπον ἀπαχθήσεσθαι. Ex alterutro horum locorum legendum arbitror, aut ἀλλ' ὅταν ἐπ' ἀδύνατον (aut εἰς ἄτοπον) ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ. *cum vero ad impoſſibile* (vel ad abſurdum) *adductus, in lapidem quaſi converſus fuerit.*" VPTON. — Iſtius locutionis, ἐπὶ vel εἰς τὸ ἀδύνατον & εἰς τὸ ἄτοπον ἀπάγειν, quæ vel e ſcholis etiam ſatis nota eſt, alia exempla nonnulla collegit Guil. Budæus in Comment. Ling. Gr. p. 214 ſq. Etiam εἰς τὸ ἀνθικείμενον ἀπάγεσθαι dixere Stoici, id eſt, *in oppoſitam ſententiam abduci;* Laërt. VII. 47. Cæterum nihil vetat, quin putemus, nude etiam ἀπάγειν τινὰ (ſubintellecta illa adjectione εἰς τὸ ἀδύνατον vel ἄτοπον) dici potuerit, pro *confutare, refellere aliquem, falſi* vel *abſurdi arguere.* Verbum ἀπολιθοῦσθαι habes etiam in græca verſione Exod. 15, 16. nonnihil diverſa quidem notione. Quod vero ἀπολιθοῦσθαι nunc Epictetus dicit, non differt ab eo quod ἀποσκληρύνεσθαι vel σκληρύνεσθαι τὴν καρδίαν ſacræ literæ adpellant. Mox ſignificantius etiam, & propius nonnihil ad divinarum paginarum uſum, ἀπονέκρωσιν dicit noſter; verſ. 4 ſq.

Ibid. πῶς ἔτι χρήσεταί τις αὐτῷ διὰ λόγου; Vptonus: *quonam deinceps pacto eum ratione tractabis?* Mihi viſum erat, χρᾶσθαί τινι διὰ λόγου idem fere ſonare ac διαλέγεσθαί τινι, verſ. 7. Itaque verti: *quamnam porro disputandi rationem cum hoc homine inibis?* In eamdem ſententiam Wolfius: *quonam ille pacto deinceps oratione tractabitur?*

Verſ. 3. τοῦ ἐνστρεπτικοῦ. „Articulum τοῦ habes ex noſtro cod. & Ms. Pariſ. qui male in cæteris deeſt." VPTON. — Agnoſcunt τοῦ pabc.

Ibid. ὅταν τις παρατεταγμένος ᾖ, μὴ ἐπινεύειν &c. παρατεταγμένος recte legebatur in ed. Ven. & seqq. excepta Basileensi, in qua est παρατεταμμένος, quod quum levi facta mutatione, simplici μ pro μμ substituta, in contextum suum adoptasset Vptonus, rursus damnavit in Notis; ubi „Παρατεταγμένος, inquit, legi oportebat, non παρατεταμένος, quæ lectio est codicis Basil. Παρατάττεσθαι, inquit Budæus, est *opponere se ut repugnaturum.* M. Anton. VIII. 48. κἂν ἀλόγως παρατάξηται, *tametsi non ratione, sed obstinatione mera instructa sit.* Consulendus Gatakerus ad M. Anton. lib. XI. 3. μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοί. *Non ab obstinatione mera, pro Christianorum more.*" Hæc VPTONVS. — Recte vero; & in hanc scripturam consentiunt mssti. Nempe e re militari translatum illud verbum; ubi παρατάττεσθαι τοῖς πολεμίοις, & ἐκ παρατάξεως *pugnare*, denotat, *instructa acie, ex deliberato & præparato* prælium committere; distinguiturque a pugna quæ *ex occasione, de improviso, subita incursione* committitur.

Vers. 4. πάνθ' ἂν μηχανησαίμεθα. „Ita noster codex: alius verborum ordo in cæteris, πάντα μηχανήσαίμεθ' ἄν." VPTON. — In pb. statim omissa prorsus erat ἄν particula, deinde vero inter lineas post πάντα adjecta. Cum vett. editt. consentiunt pac.

Ibid. οὐδὲν ἡμῖν μέλει. μέλλει dabant veteres edd. ex frequenti librariorum errore. Correctum video in Cantab. Lond. & Vptoniana. Et recte μέλλει dant pab.

Vers. 5. ἂν μὲν ᾖ οὕτω διακείμενος. „διακειμένη, scil. ἡ ψυχή, aut τις διακείμενος." MEIBOM. — Lubens equidem acciperem τις, si codices darent: interim intelligi hoc pronomen poterit ex vers. 3. & ex pronomine οὗτος, quod sequitur hoc ipso versu. Pro οὕτω, quamquam ante consonam, οὕτως scribit noster pa. & sic constanter per totum codicem nulla exceptione; quod semel monuisse sufficiat.

Ibid. μηδενὶ παρακολουθεῖν. *nihil mente adsequi.* Vulgo omnes μηδὲν, contra legitimum regimen verbi παρακολουθεῖν, & contra constantem usum Epicteti nostri, cui admodum familiare illud verbum est. Quare, quamvis in μηδὲν cum edd. consentiant mssti nostri, tamen obsecutus sum SALMASIO, μηδενὶ scribere jubenti. In terminationibus præsertim vocum plurimum peccatum esse

esse vel ab editoribus vel ab imperitis librariis constat; quod in paulo vetustioribus libris aliæ terminationes, utpote intricatis nexibus scriptæ, ambiguæ fuissent; aliæ vero, præsertim postremæ vocales, cum superne scribi debuerint, sæpe per festinationem omissæ essent, subinde etiam vetustate evanuissent; sæpe etiam consulto, compendii caussa, omissæ.

Ibid. Ad eadem verba VPTONVS, μηδὲν quidem in contextu retinens, hæc adnotavit: „Potius μηδενὶ cum Salmasio legendum. Seneca Ep. 88. *Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, & quam infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramque partem disputari posse ex æquo. Parmenides ait, ex his quæ videntur, nihil esse in universum.* (Lego, *nihil esse præter unum.* Ita esse legendum patet ex iis quæ mox sequuntur, *si Parmenidæ, nihil est præter unum.*) *Zeno Eleates omnia negotia de negotio dejecit; ait, nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonii versantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt scientiam,* NIHIL SCIRE. Cicero de Nat. Deor. I. 7. *Ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone* NIHIL SCIRE *didicistis.*" — Hæc Vptonus: qui, Senecæ & Ciceronis effata ista ad Epicteti verba supra scripta referens, μηδενὶ παρακολουθεῖν, videtur his sententiam subjecisse longe diversam ab ea, quam ego quidem satis apertam in eis deprehendere mihi visus sum. Scilicet non agitur istis verbis de Academicorum *inscientia*, quam Cicero dixit, aut *nihil sciendi arte*; sed hoc plane dicit Philosophus noster, quod etiam a Teutonico interprete præclare perspectum fuisse video: *Si cujus corpus, aut quodcumque membrum corporis, emortuum sit; grave id ducimus, & magnam calamitatem esse existimamus: in animis non item. Quod si quidem intelligentia mentis emortua est, si quis ita est mente alienatus aut hebetatus, ut nihil animo persequi complectique, nihil intelligere valeat; etiam hoc quidem in malis numeramus: at voluntas hominis si prorsus obdurata, si pudor ejus, si verecundia omnis intermortua est; (quod iis accidit, qui contra evidentiam disputare non erubescunt;) id tantum abest ut in malis ponamus, ut etiam eximiam aliquam ingenii vim in eo inesse putemus.* Nempe non ii erant Academici, qui *nihil perciperent;* sed qui, *nihil se percipere fingerent;* &, nihil percipi posse, obstinate impudenterque contenderent.

Ibid. αἰδῆμον. Sic h. l. & rursus vs. 9. cum circumfl. in penult. scribunt editiones omnes inde a Genev. & sic utrobique codex pb. Corrupte hic ed. Ven. & Bas. αἰδοῖμεν. Sed eædem αἴδημον vs. 9. antepenacute; & sic utrobique pc. Pariter αἴδημον vs. 9. scribit pa. qui h. l. utramque scripturam habet, αἰδῆμον in contextu, alteram superne inter lineas indicatam. Conf. Adn. ad l. 25, 4.

Ibid. τοῦτο ἔτι καὶ δύναμιν καλοῦμεν. „Hæc εἰρωνικῶς Epictetus. Aut cum interrogatione scribendum.“ VPTON. Vide quæ paulo superius adnotavimus.

Vers. 6. Καταλαμβάνεις, ὅτι ἐγρήγορας. „Verba Epicteti ad Academicum. Καταλαμβάνεις, id est, ἔχεις καταληπτικὴν δύναμιν. Notat Academicorum ἀκαταληψίαν, qui veri & falsi, atque adeo decori atque indecori, boni & mali, distinctionem tollebant.“ VPTON.

Eod. vs. 6. *& seq.* Οὐδὲν οὖν διαφέρει &c. Olim sic hæc distinguebantur: Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης. οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. Vbi MEIBOMIVS hæc notavit: „Interrogationem pono post ἐκείνης; deinde distinctionem post οὐδέν· & pro ἔτι lego τί, hoc modo: Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης; οὐδέν. Τί τούτῳ διαλέγομαι; vel, Τί ἔτι τούτῳ διαλέγομαι;“ — Ad quæ VPTONVS (postquam sic edidit: Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης; — Οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι.) hæc monuit: „Nihil certe hic ad rem Salmasius. [Salmasio enim istam Notam Vptonus tribuit, quam nos, cum Relando, ad Meibomium auctorem retulimus.] Fracta est sententia, cum indignatione quadam prolata. Negat Epictetus [se] amplius cum iis disputaturum: οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. Idque ex nonnullorum Stoicorum more. Cic. Academ. II. 6. *Sed quod nos facere nunc aggredimur, ut contra Academicos disseramus, id quidam e Philosophis, & ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant; nec verum esse, ulla ratione disputare cum iis, qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum, qui multus in eo fuisset, reprehendebant.* Confer [infra] III. 20, 36.“ — Sic ille.

At præcipuam partem illius emendationis, quam nihil ad rem facere Editor hic ait, ipse tamen, & recte quidem, secutus est. Nempe verba illa, οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης, in superioribus omnibus editionibus interrogandi signo non erant notata, sed ita posita, tamquam partem facerent orationis Academici illius,

lius, cum quo disputare se cœpisse fingit Epictetus. Quam in sententiam Wolfius quoque eadem verba interpretatus est: *Percipis te vigilare? Negat; quod ne tum quidem percipiat, cum in somnis vigilare sibi videatur. Nihil ergo differre visum hoc ab illo.* Contra Vptonus perspecte, prout Meibomius voluerat, interrogandi signum post ἐκείνης posuit, ut istis verbis nova contineretur Epicteti quæstio, cujus hæc esset sententia: *Nihil ergo differt visum hoc* (quod per somnum tibi offertur) *ab illo* (quod vigilanti?) Quod quum ille adfirmasset, subjicit Epictetus: *Cum hoc homine* (qui nihil differre ait inter ea visa quæ vigilans ipse suo sensu percipit, & inter ea quæ per somnium ipsi offeruntur) *nihil amplius ego disputo.* Mihi vero alia etiam pars conjecturæ Meibomianæ pariter adoptanda videtur. Potest enim quidem cogitatione suppleri responsio Academici, Οὐδέν. *Nihil differt.* Sed quoniam tam gravibus verbis indignabundus pergit Epictetus, *cum hoc homine nihil amplius ego disputo;* videtur mihi is utique ipsam responsionem Academici, quam eamdem impudentissimam judicat, diserte retulisse. Quare post ἐκείνης; sic pergendum equidem putem: Οὐδέν. Οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. Nullus error librariorum, eorum præsertim per quorum manus Dissertationes hæ Epicteteæ ad nos propagatæ sunt, frequentior, quam ut, ubi bis deinceps (sive proxime, sive e modico intervallo) positum fuisset idem verbum, ab altero ad alterum aberrarint oculis, ita ut, quo loco prius positum erat, non solum ipsum verbum omiserint, verum etiam simul reliqua omnia, quæ forte sequebantur usque ad eum locum ubi rursus idem verbum occurrebat. Vide Vptoni Not. ad I. 18, 8. Quod si bis proxime deinceps positum erat idem vocabulum, in errorem hunc, quem dico, non modo per oscitantiam incidere potuit librarius, sed subinde etiam consilio & male sedula industria; ut qui nempe, cum mentem eorum quæ scribebat parum adsequeretur, putaret perperam repetitum esse id verbum a superiore librario, adeoque consulto illud semel prætermitteret. — Hæc scripseram, quum omnem dubitationem sublatam vidi lucidissima commodissimaque verborum distinctione, quæ codex noster pb. usus est; quam ipsam & in Græco contextu secutus sum, & ejus vim in subjecta versione expressi. ἔτι τούτῳ διαλέγομαι; cum interrogatione, eamdem vim habet ac οὐδὲν ἔτι absque interrogatione.

Sed de re ipsa, de qua hoc loco disputat Philosophus noster, nonnihil etiam monuisse juvabit. Scilicet caput utique caussæ, in quo cardo præcipue omnis disputationis vertitur, quæ erat Academicis cum Dogmaticis, qui vocantur, philosophis, non solum tetigit hoc loco Epictetus, sed &, brevibus quidem verbis, perspecte explicavit. Nempe, si nullam vim haberet homo discernendi ea, quæ *sensu præsenti percipiuntur*, aut quæ a nobis sensu olim percepta nunc clara atque certa *reminiscentia* recolimus, ab iis visis quæ non nisi *phantasiæ* nostræ offeruntur; si vigilans homo ipsum hunc mentis statum, quem *vigilare* dicimus, discernere non posset a *somnio;* frustra utique omnis futura esset disputatio de eo quod *sit*, aut quod *non sit*, sed falso *esse videatur:* sive, rectius ut dicam, non *frustra*, sed *nulla prorsus* foret ejusmodi disputatio. Nam, quum *ESSE rem aliquam* dicimus, nihil aliud dicimus, nisi hoc ipsum, *rem istam sensu percipi ab iis hominibus, qui præsentes sunt & vigilantes, sensusque suos, quibus integris utuntur, in eam partem intendunt:* quum *rem NON ESSE* contendimus, nil aliud rursus nisi hoc dicimus, *cogitatione* quidem & *imaginatione* eam *fingi*, sed a nemine *sensibus percipi*. Academici igitur, negantes interesse quidquam inter sensuum perceptiones & phantasiæ fictiones, omnem quæstionem de eo quod *sit*, aut *non sit*, quod *tale sit*, aut *non tale*, prorsus utique tollebant. Qui si revera discrimen illud non intellexissent persensissentque, (quod mente captis furiosisque accidit, aut etiam ipsis somniantibus,) frustra cum eis is, qui id discrimen facit sentitque, disputaret. At illi hoc ipso, quod & de sensuum perceptionibus & de phantasia disputabant, & ad dogmaticorum responsa argumenta, satis ipsi significabant, se illud discrimen perbene cognitum habere, neque minus atque alios homines illud persentiscere: adeoque lubentes volentes contra ipsam evidentiam (ut ait Epictetus) sese obfirmabant, & impudenter & ex mera obstinatione simulationeque negabant id, quod intimo sensu perceptum habebant. Quare cum his non modo frustra foret qui disputare vellet: sed prorsus indigni sunt (judice eodem nostro Philosopho) quibuscum verbum porro ullum misceas.

At nimirum rursus ab altera parte a Dogmaticis, qui dicuntur, non minus peccari ab omni tempore solitum erat; quibus idem fere, quod cani in fabula, usu venit;

nit; ut, quum amplius aliquid, quam quod capere hominis intelligentia posset, cupidius persequerentur, id ipsum etiam, quod tenuerant, ægre tuerentur. Etenim quum non contenti, eas res easque rerum proprietates qualitatesque cognitas habere, quæ sensu percipi possent, *essentiam* rerum (quam dicebant) a sensu remotam & *per se subsistentem* quærerent, latum campum aperuerunt & Academicis & cujusque generis Scepticis, non solum contendendi (id quod res erat) nullam nobis facultatem inesse, qua *absolutam rerum externarum essentiam existentiamque* cognoscere possimus, sed etiam ipsam pæne *sensuum evidentiam* hominibus eripiendi.

Veniam nobis concedat Lector, si e Grammaticorum dumetis nonnumquam in Philosophorum campum excurrere subierit: raro ea venia utemur; &, ne abutamur, cavebimus. Sed ne nunc quidem prorsus extra oleas vagatus mihi videor: quandoquidem, quæ dicta sunt, ad ea etiam quæ proxime sequuntur apud auctorem nostrum, illustranda nonnihil pertinere mox videbimus. Cæterum illud etiamnum adjicere liceat, (quod quidem facile per se intelliget quisquis vel a limine veram philosophandi viam rationemque salutavit) quam *sensus perceptionem* dico, non modo ad *externum*, quem vocant, *& corporeum sensum* esse referendam, sed peræque ad *interiorem* illum *animi sensum* pertinere, quo quisque ea, quæ in ipso geruntur, quæ vel agit ipse, vel *patitur*, non minus clare atque evidenter percipit & cognoscit, quam colores figurasque oculis subjectas, aut sonos in aurem incidentes.

Vers. 7. ἢ ποῖον αὐτῷ σίδηρον προσάγω. Deest h. l. αὐτῷ in pac. non male.

Ibid. ἵν' αἴσθηται, ὅτι νενέκρωται. *ut sentiat, se esse emortuum.* Nempe, *ut sentire se fateatur;* nam sentit quidem, sed dissimulat, ut mox ait. Sive, *ut sentiat, emortuum se fore, si revera discrimen illud non intelligeret; esse autem revera alio modo emortuum*, nempe, *qui pudorem omnem & verecundiam deposuerit.* cf. vs. 5 & 9.

Vers. 8. αἰσθανόμενος οὐ προσποιεῖται· ἔτι χείρων ἐστὶ τοῦ νεκροῦ. Hæc ad verbum latine ita sonant, ut in versione posui: *Sentit, sed dissimulat; pejor etiam est mortuo.* οὐ προσποιεῖται sc. αἰσθάνεσθαι, id est, προσποιεῖται οὐκ αἰσθάνεσθαι, *simulat se non sentire.* Et plana ac perspicua sententia; quam eamdem YPTONVS

etiam, Wolfium fere secutus, his verbis expressit: *si, cum sentiat, præ se fert, non sentire, vel mortuo est deterior.* Verumtamen in græcis verbis nescio quem nodum, veluti in scirpo quærens idem vir doctus: „Forsan legendum, inquit, οὗ αἰσθανόμενος, εἰ γ' ἔτι προσποιεῖται, χείρων. vel, τούτου αἰσθανόμενος, εἰ ἔτι προσποιεῖται, χείρων.“ — Quæ mihi verba, verum ut fatear, haud paulo obscuriora sunt eis, quibus illustrandis inservire debebant.

Ibid. μάχην οὗτος οὐ συνορᾷ· κακῶς ἔχει. συνορῶν οὗτος, οὐ κινεῖται, οὐδὲ προκόπτει· ἔτι ἀθλιώτερον ἔχει. In superioribus editionibus, ante Vptonum, ita hæc verba legebantur distinguebanturque: μάχην οὗτος οὐ συνορᾷ. κακῶς ἔχει, μὴ συνορῶν. οὗτος οὐ κινεῖται, οὐδὲ προκόπτει, ἔτι ἀθλιώτερον ἔχει. Neque variabant exempla, nisi quod per operarum incuriam pro οὗτος utrobique τοῦτος irrepsit in edit. Colon. quod servarunt Cantab. & Lond. & quod pro ἔτι (quod recte expressum est in Bas.) mendose ἔπι habet Ven. & ὅτι Genev. Col. Cant. & Lond. Quam lectionem, tolerabili utcumque sensu, sic expressit Wolfius: *Pugnam iste non perspicit? male habet cum non perspiciat: hic non movetur, neque proficit? pejus etiam habet.* VPTONVS, eamdem verborum distinctionem tenens, particulam μὴ ad συνορῶν delevit; in Notis vero sic ad h. l. commentatur: „κακῶς ἔχει συνορῶν. Ita noster codex & ms. Par. [Nempe sic pab.] Cæteri οὐ [μὴ voluerat scribere] συνορῶν. Quid vero si ita distinguas, οὐ συνορᾷ; — — — οὐδὲ προκόπτει; Sed adhuc hæreo.“ — Hæc doctus hic interpres; quem utique hæsisse in hoc loco, versio etiam subjecta testatur, quæ sic habet: *pugnam iste non percipit, male habet, etiam dum percipit; iste non movetur* &c. Ego, in græcis tenens emendationem quam ex msstis libris ipse jam adoptaverat Vptonus, distinctione verborum leviter mutata, locum ita restituisse mihi videor, ut luculentam & minime dubiam fundat sententiam eam, quam & in versione expressi, & in Adnot. ad vs. 6 sq. declaravi. ἔτι pro ὅτι legendum monuerat etiam Meibomius ad suum exemplum editionis Genev. In voce μάχην nonnihil hæsisse WOLFIVM video, qui tamen recte monuit: „μάχην, *Pugnam*, non exercituum, sed rationum & propositionum intelligo.“ — Sane non exercituum! Et est satis familiare Epicteto nostro vocab. μάχη, de *pugna*, i. e. *repugnantia, dissensione, contra-*

contradictione, (ut in noſtris ſcholis loquuntur) duarum rerum, actionum, conſiliorum, pronunciatorum. vide I. 11, 18. II. 12, 6. II. 26, 1 & 3 & 7. Adde hoc cap. vſ. 3.

Ibid. ἔτι ἀθλιώτερον. Sic recte ed. Baſ. rurſusque anon. Lond. & Vpt. conſentientibus msstis. Temere ὅτι ἀθλ. ed. Gen. Col. & Cant. ἔπι ἀθλιωτ. ed. Ven. operarum errore.

Verſ. 9. καὶ τὸ λογικὸν οὐκ ἀποτε[λ]μηται. Verba καὶ τὸ λογικὸν cum prioribus juncta maluerat Salmaſius, & interrogandi ſignum poſitum poſt λογικόν; Quam diſtinctionem ſibi haud displicere ait Vptonus. Equidem in vulgata verborum diſtinctione lubens adquieſco.

Verſ. 10. τὴν τῶν κιναίδων. Iſtorum hominum impudentiam, qui non ſolum contra ſenſuum evidentiam declamare non erubeſcunt, ſed & quasvis maximi momenti veritates ex hominum animis eripere conantur, cum cinædorum & ejus generis ſpurcorum hominum laſcivia comparat, quibus pudoris omnis & verecundiæ ſenſus emortuus eſt. Sic rurſus II. 20, 37.

Ibid. ἐν μέσῳ καὶ ποιοῦσι &c. Salmaſius ſic diſtinguere juſſit, πᾶν τὸ ἐπελθὸν ἐν μέσῳ, καὶ &c. quæ diſtinctio quo nomine commendare ſe viro docto potuerit, non video.

CAPVT VI.

Verſ. 1. Ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. Initium hujus capitis usque ad verba ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεσθαι vſ. 11. ſuis Eclogis Phyſicis inſeruit Stobæus, c. 4. p. 6. edit. Canteri, adjecto auctoris nomine in hunc modum: Ἀρρίωνοῦ Ἐπικ[λ]ητίου (vel Ἐπικ[λ]ητείου) ἐκ τῶν περὶ Προνοίας. Ibi pro ἀφ' ἑκάστου legitur ἐφ' ἑκάστου, id eſt, *in re quaque, quoad rem quamque*; quo uſu præpoſitionis ἐπὶ nihil eſt frequentius. vide v. c. hoc ipſo cap. vſ. 12 & 21. Eam vero lectionem, a Cantero vulgatam, vir doctus ARN. LVD. HERM. HEEREN, qui abhinc aliquot annis, inſigni literarum commodo Stobæi Eclogas Phyſicas & Ethicas, ad cod. msstorum fidem caſtigatas, Gœttingæ edere cœpit, ne referre quidem dignatus, ἐφ' ἑκάστῳ edidit, puto codicum ſuorum auctoritatem ſecutus, quamquam eorum ad hunc quidem locum mentionem nullam fecit. Et perapte quidem ac legitime dicitur ἐγκωμιάσαι τινὰ ἐπί τινι πράγματι, quemadmodum

admodum εὐχαριστεῖν ἐπί τινι, verſ. 2. & ſexcenta id genus alia. Perſpecte vero idem judicavit doctiſſimus Stobæi editor, non minus probam eſſe ſcripturam in Arriani editionibus vulgatam, ἀφ' ἑκάστου. Scilicet præpoſitionis ἀπὸ nunc ea vis eſt, quaſi dicas *ab aliqua re materiam vel argumentum ſumere prædicandi providentiam*, aut veluti ſi eſſet ἀφ' ἑκάστου ὁρμώμενόν ἐστιν ἐγκωμιάσαι &c. Cæterum quum paulo rarior ſit hic uſus præpoſitionis ἀπό, eo facilius fieri potuit, ut ἐφ' pro ἀφ' ſubſtitueretur ab aliquo librario; præſertim quoniam paſſim etiam prorſus omiſſæ ſunt in codicibus mastis literæ initiales capitum, quæ nimirum minio deinde pingi debuerant. Ex ἐφ' ἑκάστου alii deinde ἐφ' ἑκάστῳ facere potuerunt. Ante κόσμῳ verba ἐν τῷ per errorem omiſſa in ed. Genev. & ſeqq. reſtituit Vptonus ex ed. Ven. & Baſ. Denique pro γινομένων, γιγνομένων ſcribitur apud Stobæum; & ſic vſ. 11. γίγνεσθαι, pro γίνεσθαι. Mox vero, pro ἂν δύο τις ἔχῃ, apud eumdem eſt ἐὰν δύο ἔχῃ τις.

Ibid. ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ. Deeſt ταῦτα pb. Pro ἐν ἑαυτῷ in pa. prius fuerat ἐν αὐτῷ, eadem ſententia.

Ibid. τῶν γεγονότων ἑκάστῳ. Vptonus, *eorum quæ unicuique obtigerunt;* & eodem fere modo Heeren, *eorum quæ cuique eveniunt:* ut videatur uterque vocem ἑκάστῳ in maſculino genere accepiſſe, de *homine* laudes providentiæ prædicante. Mihi in neutro genere accipiendum viſum erat, & ad *res* eas referendum, de quibus initio dixit, ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. Igitur τὰ γεγονότα ἑκάστῳ interpretor, *quæ cuique rei accidunt, accidentia, qualitates, proprietates cujusque rei,* vel, ut Wolfius, *naturam cujusque rei.* Nempe ut ab eis rebus, quæ ſunt vel fiunt hoc in mundo, argumentum capere poſſimus divinam laudandi Providentiam, cognitæ nobis eſſe debent rerum iſtarum proprietates atque uſus. cf. vſ. 2.

Verſ. 2. οὐκ ὄψεται τὴν εὐχρηστίαν τῶν γεγονότων. „Ita optime noſter codex; nullo ſenſu alii libri [ſic & noſtri pabc.] τὴν εὐχαριστίαν exhibent. Apud Stobæum corrupte ſcribitur ἀχρηστίαν, Ecl. Phyſ. lib. I. Occurrit hæc vox infra, II. 23, 2. Apud Porphyrium quoque de Abstin. lib. III. c. 20. ubi Carneadis ſententia citatur: Ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γέγονε τυγχάνει τέλους, ὠφελεῖται. κοινότερον

ρον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρηστίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουστέον." VPTON. Οὗτοι illi, quos, apud Porphyrium Carneades ait, vocabulo εὐχρηστία uti conſueviſſe, pro vulgatiore ὠφέλεια, ipſi *Stoici* ſunt; contra quos, & præſertim contra Chryſippum, qui res omnes in his terris, & ſigillatim ceteras animantes, in hominum uſus natas & a Deo procreatas docuerat, disputantem Carneadem inducit Porphyrius. Eamdem ſententiam, *res omnes hominum cauſſa natas eſſe*, eidem Chryſippo auctori nominatim tribuit Cicero de Fin. III. 20. conf. eumdem de Nat. Deor. lib. II. cap. 61 extr. & ſeqq. & de Leg. I. 8. Neque vero Stoicis illa propria fuit ſententia, quam multo jam ante Chryſippum, eodem etiam conſilio, quo nunc ab Epicteto noſtro, adſerendæ divinæ Providentiæ gratia, explicatam a Socrate legimus apud Xenoph. Memor. I. 4. & IV. 3. quæ Socraticæ disputationes haud dubie menti obverſabantur Epicteti, cum hæc diſereret, adeoque cum Epictetea hac disputatione non ſine fructu conferentur. Conſer vero & ipſum Noſtrum, lib. I. c. 14. Verba quod adtinet hujus loci, in quo verſamur: quum τὴν εὐχαριστίαν mendoſe vulgo fuiſſet editum, verum perſpecte jam viderat WOLFIVS: „Lego εὐχρηστίαν, (inquit) *uſum & commoditatem*. Sic etiam ſub finem capitis, [vſ. 36.] εὔχρηστα ἦν πρὸς τὸ δεῖξαι, non εὐχάριστα." — Apud Stobæum codices Heerenii in mendoſum ἀχρηστίαν conſenſiſſe videntur; ſed id ipſum veræ ſcripturæ veſtigia ſatis perſpicue prodebat.

Verſ. 2 & 3. ὁ δ' οὐκ εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς, οὐδ' ἂν εἰδῇ. Χρώματα ὁ Θεὸς εἰ πεποιήκει &. Contrarium fere hic mihi faciendum putavi ejus rei, quam in eodem loco apud Stobæum HEERENIVS fecit. Is ex Arrianeis codicibus corrigendam Stobæi lectionem cenſuerat; ego, in tota Stobæi ſcriptura paratiſſimam corruptis Arriani codicibus ineſſe medicinam, mihi perſuaſi. Sed nimirum codicum noſtrorum ſcriptura docto Stobæi Editori, quamquam ab Vptono ex parte prolata, tamen non adcurate cognita eſſe potuerat. Arriani editiones omnes ſic dabant: ὁ δ' οὐκ εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν. εἰ χρώματα ὁ Θεὸς πεποιήκει &c. At vocem quidem οὐδὲν (quæ nec deſiderabatur ullo modo, & quæ ad verbum εὐχαριστήσει incommode etiam adjecta videri debebat) nec Vptoni codex, nec ullus e noſtris agnoſcit. En codicum ſcripturam: ὁ δ' οὐκ εὐχ. ἐπ' αὐτοῖς. οὐδ' ἂν χρώ-

χρώματα ὁ Θεὸς πεποιήκει pa. ἐπ' αὐτοῖς. εἰ δὲ χρωμ. ὁ Θεὸς πεπ. cod. Vpt. cum pb. ἐπ' αὐτοῖς. ἵδ' εἰ χρωμ. ὁ Θεὸς πεπ. pc. Vbi, quum vitio non carere duas priores lectiones satis adpareat; tertia, absque ulla mutatione, ferenda utcumque videri poterat, hac sententia: *Ecce, si colores Deus non feciſſet &c.* Sed en Stobæi lectionem, qualis a Cantero quidem repræsentata est; (nam in suis codicibus quid invenerit, non declaravit Heerenius:) ὁ δ' οὐκ εὐχ. ἐπ' αὐτοῖς· οὐκ ἂν εἰδῇ χρώματα ὁ Θεὸς εἰ πεποιήκει. Quæ lectio nullo alio mendo laborat, nisi quod contra manifestam sententiam distincta verba sunt. Quod si, ut nos fecimus, illa, οὐδ' ἂν εἰδῇ, a sequentibus abstracta ad superiora referas, lucida fiunt omnia: sententia prodit commodissima; perapte fluit oratio; &, unde originem ceperint variæ illæ lectiones, quas exhibent codices nostri, intelligitur; quorum alii unam partem veteris scripturæ, alii alteram (licet hanc varie detortam) conservarunt, prætermissa altera. Vptonus ad emendandum hunc locum nihil contulit, nisi quod sui codicis & Parisini nostri primi lectionem depromsit, nulla alia adjecta adnotatione. HEERENIVS ex vulgata apud Arrianum scriptura vocem οὐδὲν Stobæo restituendam ratus, sic ibi edidit εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν. Deinde vero voce εἰδῇ, quæ erat in Stobæi libris, in duas divisa, Εἰ δὴ χρώματα scripsit, vocemque εἰ, quæ ibidem post ὁ Θεὸς sequebatur, delevit.

Vers. 3. εἰ πεποιήκει. „Legit Salmasius, [immo vero Meibomius,] ἐπεποιήκει vel πεποιήκοι. Eundem cum Salmasio errant errorem plurimi viri docti, qui non notaverunt, augmentum ε apud prosaicos scriptores sæpe in hoc tempore abjici. Sic IV. 3, 10. Et I. 19, 22. πεπράκει. Et I. 29, 51. ἐπικεκρίκει. Apud Marc. [Evang.] 14, 44. δεδώκει. 15, 7. πεποιήκεισαν. 16, 9. ἐκβεβλήκει. Joann. 11, 57. δεδώκεισαν. Actor. 14, 23. πεπιστεύκεισαν. & alibi. Apud Josephum vero in hoc tempore ε adeo frequenter aufertur, ut mirer Hudsonum ab emendationibus hac in parte non abstinuisse." VPTON. Est id quidem satis etiam vulgatum Grammaticorum monitum. Et vix unum aut alterum puto esse græcum scriptorem, apud quem non occurrant ejus usus exempla, apud alios quidem rariora, apud alios frequentiora. Hoc loco, post ὁ Θεὸς εἰ πεποιήκει sequuntur apud Stobæum hæc verba, καὶ καθόλου πάντα ὁρατὰ, (forte πάντα

πάντα τὰ ὁρατὰ debuerat librarius) quæ Arriano reſtituenda HEERENIVS judicavit; mihi vero, ut dicam quod ſentio, inutile & frigidum viſum adſumentum eſt. Nam quod idem Vir doctus ait, ex ſequentibus intelligi, immerito hæc verba apud Arrianum excidiſſe, quoniam eadem ibi vocentur τὰ ὄντα, quod in editione Arriani nihil habere ait quo referatur; id mihi ſecus viſum erat: nam, εἰ δὲ τὰ ὄντα μὴ τοιαῦτα πεποιήκει οἷα ὑποπίπτειν τῇ δυνάμει τῇ ὁρατικῇ, idem valet ac ſi dixiſſet εἰ τὰ χρώματα μὴ πεποιήκει, & ad ſuperiorem illam phraſin, χρώματα ὁ Θεὸς πεποιήκει haud dubie refertur.

Ibid. δύναμιν δὲ θεατικὴν αὐτῶν. Sic recte Stob. cum Arriani editt. & cum noſtris msstis. Perperam αὐτοῖς pro αὐτῶν eſt in cod. Vpt.

Ibid. μὴ πεποιηκ. οὐ πεπ. pb.

Ibid. οὐδ' ὁτιοῦν. Partiri in duas voces malui, quam junctim ſcribere οὐδοτιοῦν, ut vulgo edd. omnes & Stobæus Heerenii, noſtrique mssti. Apud Canterum quidem οὐδ' ὅτι ἂν οὖν ſcribitur: ne ſic quidem male.

Verſ. 4. Ἀλλ' ἀναπαλιν. Rectius ſic, quam, ut apud Stobæum, οὐδ' ἀναπαλιν. Mox, quod τὴν μὲν δύναμιν πεποιήκοι hoc loco editio Baſil. ſcribit, verbo in optativo poſito, id proprium illi editioni eſt: cæteræ omnes πεποιήκει, conſentientibus msstis, quemadmodum & ante & paulo poſt.

Ibid. τὰ ὄντα δὲ μὴ τοιαῦτα &c. „Res ſenſiles, non intellectuales, quo ſenſu τὰ ὄντα utuntur Platonici. Hinc adeo locus emendandus apud Max. Tyrium cap. 1. in ipſo ſtatim initio, ὁ εὐφωνότατος τῶν ὄντων Πλάτων. Pro ὄντων lego ἄνων, i. e. ἀνθρώπων." VPTON. — τὰ ὄντα hic ſunt *res ipſæ*, quatenus diſtinguuntur a noſtra *facultate eas percipiendi; objecta* quæ dicuntur in ſcholis. Et clara & perſpicua ſententia; ut non videam, cur Heerenius dicat, non habere illud vocab. τὰ ὄντα quo referatur. Neque probare poſſum ejusdem docti viri conjecturam, τὰ ὁρατὰ legendum ſuſpicantis pro τὰ ὄν-τα: nam quum τοιαῦτα οἷα ὑποπίπτειν τῇ δυνάμει τῇ ὁρατικῇ idem prorſus valeat ac ὁρατὰ, ſi τὰ ὁρατὰ ibi legeres, perinde foret ac ſi dixiſſet Epictetus εἰ τὰ ὁρατὰ μὴ πεποιήκει ὁρατά: quod, utut ferri poſſet, frigidum tamen fuerit, & minus aptum quam id quod dicentem eum inducunt libri Arrianei.

Ibid.

Ibid. οἷα ὑποπίπτειν. „Fortasse οἷα δ' ὑποπίπτειν.“ VPTON. — Immo vero & apud Xenophontem, & probatissimos quosque scriptores, perinde οἷος & οἵος τε ista notione usurpantur.

Ibid. Pro οὐδ' ὁτιοῦν (vel οὐδοτιοῦν, ut vulgo scriptum) hoc loco οὐδὲν habet Stobæus, quod probat Heeren; istud, quod apud Arrianum vulgatum est, per librariorum errorem e superiori versu repetitum suspicans. In vulgatum vero Arrianei libri.

Vers. 5. Verba Φῶς δὲ μὴ πεποιήκει desiderantur in Stobæi codd. & in edit. Canteri.

Ibid. οὐδ' οὕτω τι. οὐδ' οὕτως τι Stob. cum pa. Sic & vs. 4. καὶ οὕτως τι iidem. Conf. ad cap. 5, 5.

Vers. 6. πρὸς τὸν κολεὸν, καὶ τὸν κολεόν. Vtrobique τὸ κολεὸν pa. & sic posteriori loco fuerat etiam in pb. sed ibi in τὸν mutatum.

Vers. 9. καὶ ὅρασις, *& visio*, vel, ut Heerenius apud Stob. interpretatur, *ipsa videndi facultas.* ὅρασις in sing. num. recte dedit Stobæus, tam ex Canteri, quam ex Heerenii editione; quod haud cunctanter recipiendum putavi, pro eo quod apud Arrianum consentientibus libris vulgatum erat, ὁράσεις. In HEERENII ad h. l. adnotatione, sive per scribendi festinationem, sive operarum errore, contrarium ejus dicitur quod res est: „ὅρασις, ait, recte Arr. ed. — Cant. male ὁράσεις.“ — Voluerat: „ὅρασις recte Stobæus. Male ὁράσεις Arr. ed.“

Ibid. καὶ προθυμία ἢ πρὸς τὴν &c. Prætuli hanc verborum seriem, quam Stobæus dedit, ei quæ vulgo apud Arrianum obtinebat, καὶ ἡ προθυμ. πρὸς τὴν. Pari modo mox omnes καὶ δύναμις ἡ χρηστικὴ. Mox ad τοῖς κατεσκευασμένοις intelligenda verba πρὸς αὐτὴν, sc. τὴν συνουσίαν.

Vers. 10. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν σύ; Vulgo edd. omnes, consentientibus manuscriptis, Ἀλλὰ ταῦτα μέν. absque negante particula. Vbi SALMASIVS adnotavit: „Subaudi ἐμφαίνει.“ Idque ipsum Wolfius in versione supplevit: *At hæc quidem demonstrant.* Vptonus quidem, nudam in Notis suis adferre Salmasii adnotationem contentus, nihil nec adprobandi caussa, nec improbandi, adjecit: in versione vero brevia hæc verba posuit: *Hæc quidem;* eamdem, puto, cum Wolfio ac Salmasio sententiam eis subjiciens. HEERENIVS vero, in sua ad Stobæum Adnotatione, idem Salmasii monitum de supplendo verbo ἐμφαίνει commemorans, perspecte subjecit: „quod

„quod nemo facile feret.“ Sane nec mihi probari illud potuit; & a tota ratione totoque colore hujus disputationis alienum visum erat. Sed pariter rursus vereor, ne non tam certum, quam eidem docto Eclogarum Editori visum erat, remedium huic loco Stobæus offerre putandus sit, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω legens; quam unice veram lectionem Heerenius judicavit, &, *Sed hæc hactenus!* interpretatus est. Nec enim satis scio, an ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω eodem modo dici potuerit, quo illa pervulgata formula ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, nec, quam bene huic loco conveniat illud, *Sed hæc hactenus!* video. Placeret: *sed mittamus hæc; sed omissis his;* vel, *sed, utut hæc sint, nonne saltem hoc certe* &c. Quæ sententia nescio, an pæne commodius abruptis illis verbis, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, quæ habent Arriani libri, quam insolita ista formula, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω, exprimatur. Leve est quidem, sed tamen in transcursu monendum, si Stobæi rationem probaveris, saltem οὕτως pro οὕτω scribendum, adjecta in fine litera sigma, ob sequentem vocalem. Sed, ut dicam quod sentio; Stobæi additamentum visum est mihi vestigium veri, non ipsum verum, continere; &, donec quidem certiora aliquis melioribus e libris produxerit, interim mihi persuasi, sic scripsisse Arrianum, quemadmodum edidi, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὔ; ἡ δὲ τοιαύτη — — οὐδὲ ταῦτα ἱκανὰ &c. *At non ista quidem? sed hæc intelligentiæ humanæ ratio — — — ne hæc quidem sufficiunt ad movendum hominem? &c.* id est: *Sed, si vel maxime ea, quæ dixi, nondum sufficere putas;* (aut, *non satis demonstrare artificem putas;*) *ne istud quidem satis erit?* Sic ad ταῦτα μὲν οὔ; vel e superioribus verbis intelligi debebit, ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην; vel e sequentibus, ἱκανά ἐστι.

Ibid. ἡ δὲ τοιαύτη τῆς διανοίας κατασκευή. „*Talis autem mentis fabrica.* Quia Epicteti verba obscuriora sunt, clariora fient Ciceronianis adhibitis e lib. I. de Offic. [c. 4.] *Sed & inter hominem*, inquit, *& beluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum: homo autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus & quasi anteceſſiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit atque annectit futuras; facile totius vitæ cursum*

videt, ad eamque degendam præparat res neceſſarias. WOLFIVS. — Ad illuſtranda vero ea, quæ hic diſputat Epictetus, inprimis etiam valebit conſuluiſſe Diog. Laërt. VII. 52 ſq. & Sextum Empir. adv. Mathem. III. 40 ſqq. VIII. 58 ſq. IX. 393 ſqq. XI. 250 ſq. Sexti verba etiam a Menagio relata habes ad Laërt. l. c.

Ibid. ἐπιπίπτοντες τοῖς αἰσθητοῖς. Quod latine dicimus, *res nobis in ſenſum incidunt*, id Epictetus converſa phraſi exprimit, *nos in res ſenſibiles incidimus*, ἐπιπίπτομεν τοῖς αἰσθητοῖς. Qua in re aliâs verbo περιπίπτειν utuntur Philoſophi, & illam cognoſcendarum rerum rationem, quæ fit per ipſam præſentis ſenſus perceptionem, κατὰ περίπτωσιν vel περιπτωτικῶς fieri dicunt. Atque ita non ſolus Sextus Emp. uſurpavit, ſed & ipſi Stoici apud Laërt. l. c. Quare videndum, an περιπίπτοντες fortaſſe Arrianus ſcripſerit; quod eo etiam commodius foret, quod ἐπιπίπτειν non tam *incidere*, quam *irruere* ſignificat. Eamdem cognoſcendi viam etiam κατ' ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν dixit idem Sextus IX. 393.

Ibid. συντίθεμεν τάδε τινὰ δι' αὐτῶν. *Ex illis* (proprie, *per illa, illorum ope*) *componimus alia, tali aut tali quodam modo ſe habentia.* Poterat ἐξ αὐτῶν vel ἀπ' αὐτῶν dicere, *ex illis*; ſed conſulto videtur δι' αὐτῶν prætuliſſe, id eſt, *per illa, illorum ope*; quo ſignificaret, nos notiones ſenſibus acceptas non ſolum tales quales illas accepimus, (multis nempe modis jam compoſitas,) denuo inter ſe componere, ut prodeant notiones magis compoſitæ; ſed etiam e varia compoſitione ſingularum partium, quas de notionibus ſenſu acceptis hinc inde abstraximus, (quam vim abstrahendi paulo ante commemoravit) novas formare varii generis notiones.

Ibid. μεταβαίνομεν ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλα τὰ οὕτω πως παρακείμενα. *transimus ab aliis ad alia, his quodammodo adfinia.* παρακείμενος eſt *finitimus, adfinis, ſimilis*; qua de notione (quæ vocabulo huic cum cognato παραπλήσιος communis eſt) plura exempla, præeunte Gu. Budæo, congeſſit H. Stephanus in Theſauro. Sic & verti illud vocab. apud Diog. Laërt. debuit VII. 78. ubi memorantur λόγοι ἀσυλλόγιστοι, οἱ παρακείμενοι μὲν πιθανῶς τοῖς συλλογιστικοῖς, *ratiocinationes non concludentes, quæ ſpecie quidem* ſimiles *ſunt concludentibus:* ubi minus recte interpres *adjacent.* Et in eadem re, quæ hic agitur, eodem verbo utitur idem Laërt. VII. 52 ſq. notionum

num originem & varia genera exponens ex mente Stoicorum: τῶν νοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη, τὰ δὲ καθ' ὁμοιότητα. — — — καθ' ὁμοιότητα δὲ, τὰ ἀπό τινος παρακειμένου, ὡς Σωκράτης ἀπὸ τῆς εἰκόνος. In Epicteti vero noſtri verbis quo pertineat particula οὕτω, aut quænam ejus h. l. vis ſit, cum dicit τὰ οὕτω πως παρακείμενα, fateor me non perſpicere; ita quidem, ut, ſi modo cæteroquin ſatis ſana & integra oratio eſt, plane ſuſpicer, τούτοις pro οὕτω ſcriptum reliquiſſe Arrianum; τὰ τούτοις πως παρακείμενα, *his quodammodo adfinia.* τὰ ante οὕτω ignorat Stobæus. Ceterum niſi librariorum incuria verba nonnulla h. l. interciderunt, intelligi debet, communi illo & generali τῶν παρακειμένων nomine Epictetum eas notiones comprehendiſſe, quæ ex analogia, quam dicunt, formantur, ut docent Laërt. & Sextus, locis ſupra laudatis: quamquam harum rationem etiam præcedentibus verbis, ἀφαιροῦμεν, καὶ προστίθεμεν indicare potuit. Particulam πως, poſtquam cum accentu ſcripta fuiſſet in edd. omnibus, enclitice absque accentu efferendam recte monuit Vptonus in Notis: & ſic ſcribunt noſtri codices, qui cæteroquin nihil hic mutant. VPTONVS, cum in Notis monuiſſet, πως enclitice ſcribendum, in *Addendis* hæc adjecit: „vel potius τὰ οὐδαμῶς παρακείμενα, *quæ neutiquam hisce finitima.* Magna enim vis eſt humanæ mentis in ideis formandis, comparandis, & componendis.“

Ibid. ἀπολιπεῖν. ἀπολείπειν Stob. quod vulgato non præferendum, præcedentibus aliis aoriſtis, recte judicavit Eclogarum editor.

Verſ. 11. Ἢ ἐξηγησάσθωσαν ἡμῖν. *Sane exponant ſaltem nobis.* Proprie, *vel exponant nobis; aut exponant nobis.* Nempe elliptice dictum: *(aut fateantur eſſe id quod dico,) aut exponant nobis.* Sic infra vſ. 32. ἢ τί οἴει, ubi ſententia eſt, *aut fatere, recte hæc a me dici, aut dic mihi, quid putas* &c. Eodem pertinent I. 28, 17. III. 24, 39. IV. 10, 10 & 21. &c. Quæ in loca & horum ſimilia convenit ſimul id quod a Grammaticis monitum eſt, particulam ἤ nonnumquam idem valere ac εἰ δὲ μή, id eſt, *alioquin;* & interdum idem fere etiam, quod γὰρ, *nam, etenim;* quo de uſu conſuli cum fructu poterit Hoogeveen in Doctrina Particular. Cap. XX. ſect. 1. reg. 4 ſeqq. Alium ellipticum uſum ejusdem particulæ ἤ notamus ad I. 7, 16.

Ibid. ἕκαστον τούτων. τούτων ἕκαστον Stob.

Ibid. οἷόν τε. οἷον]εὶ apud Stob. frequenti librariorum errore. Pro ταὐτομάτου vero, τοῦ αὐτομάτου apud eumdem ſcribitur, quod perinde eſt.

Verſ. 12. ἐφ' ἡμῶν μόνων. „Recte μόνων habent codd. Ven. & Salmant. Male Baſil. μόνον.“ VPTON. μόνον ex ed. Baſ. repetierant omnes qui Vptonum præceſſerunt editores: ſic vero etiam communi conſenſu ſcribunt noſtri codices pabc. nec id tam male, quam Vptonus putavit. Vide infra, ad I. 9, 5. Nec invitus tamen h. l. tenui id quod ab hoc editore ex principibus editionibus repoſitum eſt, præſertim quum mox rurſus ἐπὶ μόνων ſequatur.

Verſ. 13. ἄλλο γάρ ἐστι χρῆσις, καὶ ἄλλο παρακολούθησις. Perſpecte discrimen, quod eſt inter hominis naturam & brutorum animantium, uno verbo indicat. conf. II. 8, 3 ſqq. II. 14, 15. & vide Notam proxime ſeq. ſub finem.

Ibid. ἐκείνων χρείαν εἶχε ὁ Θεὸς &c. „*Deo fuit opus illis, utentibus viſis.* Τὸ χρείαν ἔχειν improprie de Deo dicitur, qui eſt ἀνενδεής, nec ulla re eget. Quare verbis omiſſis, ſententiam expreſſi.“ WOLFIVS. — „Hæc improprie dici exiſtimat Wolfius: at ita tamen loquitur I. 29, 29. χρείαν γὰρ ἔχει κόσμου τοιούτου. & II. 1, 18. χρείαν γὰρ ἔχει &c. *Cogita jugiter*, (inquit M. Anton. IV. 40.) *Mundum eſſe animalis inſtar.* Vide reliqua. Ipſe Mundus, ut cum Stoicis loquar, quodammodo Deus eſt, uno corpore, una anima conſtans. Ἓν καὶ πολλά.

— — — *Cum Spiritus unus*
per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
omnia pervolitans.

Manil. lib. II. Conf. Virg. Aen. VI. 726.“ VPTON.

Citationes iſtæ, a viro docto huc congeſtæ, quid ad rem faciant quæ nunc agitur, difficile dictu. Nam &, quod monuit, Stoicis ipſum Mundum quodammodo Deum eſſe, id ad Epicteti verba, quæ vel hic habemus, vel aliis illis locis, ad quæ Vptonus provocat, nihil ſpectabat. Etenim in iſtis quidem verbis, II. 1, 18. χρείαν γὰρ ἔχει τῶν μὲν ἐνισταμένων &c. ſubjectum orationis, id quod opus habet, eſt utique ὁ κόσμος, vel potius ἡ περίοδος τοῦ κόσμου, *mundi circuitus, orbis & converſio rerum hoc deſiderat, &c.* Conf. III. 24, 84. At I. 29, 29. non dicentem, puto, Epictetum faciemus: *Mundus*

dus opus habet tali mundo. — Certe quidem id ipse non dicit, sed hoc: *Deus opus habet tali mundo, & iis, qui in mundo versantur, talibus:* prorsus ut hic: *Deus his opus habet talibus* &c. Neque vero offendere ea locutio Wolfium debebat: nam, licet utique impropria sit nonnihil, tamen, quid valeat, satis est perspicuum; nempe χρείαν ἔχει, de Deo usurpatum, vel nude idem fere sonat ac *vult hoc, desiderat hoc;* (conf. IV. 1, 108.) vel, si propriæ potestatis verbi ratio habenda sit, hoc sonabit: *Dei propositum, Dei consilium,* quum vellet mundum esse complexum rerum omnium, quæ fieri possent, perfectissimum, & omnibus numeris partibusque, quoad fieri posset, absolutissimum; illud, inquam, Dei consilium *hoc popposcit; pro illo consilio necessarium fuit, ut res essent tales atque tales.* Vide quæ eodem loco I. 29, 29. proxime præcedunt; vide, quo pacto alibi constanter sive de Deo, sive de Mundo loquatur noster Epictetus: & intelliges, nullam aliam sententiam verbis istis, de quibus quærebamus, subjecisse admirabilem hunc & semper sibi constantem Philosophum. Cæterum sententiæ vim recte Wolfius in versione expressit: *Ac illa* (bruta animantia) *Deus sic instruenda censuit, ut visa sequerentur.* Sed quod proxime posuit idem interpres, *nos vero, ut rerum usum intelligeremus;* in iis quidem verbis mentem Epicteti non est adsecutus. In quo miror, ejus vestigia secutum esse Vptonum. Lege II. 8, 6. & intelliges, τὴν χρῆσιν, quam hic dicit, non esse *rerum usum,* sed *usum visorum nostrorum:* idque ipsum satis etiam ex hoc ipso loco & vs. 17. adparebat. Mox vero etiam vs. 18. pro παρακολουθεῖν τῇ χρήσει, παρακολουθεῖν ταῖς φαντασίαις dicit. Nempe muta animantia *visis utuntur:* homo non modo *utitur visis,* sed & ipsa *visa sua intelligit;* & *usum suorum visorum* (id est, *ipsum modum rationemque quo utitur visis*) *videt & cognoscit;* videt, observat, cognoscit, intelligit se, talia visa accipientem, eisque tali aut tali modo utentem; verbo *conscientiam sui* habet. Bruta agunt, & homines agunt: sed bruta, quid agant, nesciunt; homo suarum functionum actionumque sibi est conscius.

Vers. 14. καὶ τὸ ἀναπαύεσθαι. Articulum τὸ adoptavi ex Vptoni codice, cui suffragatur noster pc.

Ibid. τἄλλα ὅσα ἐπιτελεῖ τῶν αὐτῶν ἕκαστον. *Reliqua quæ unumquodque eorum peragit.* Articulum τῶν ad

αὐτῶν e suo cod. & Par. adjecit Vptonus, (habent eumdem codd. pab.) ut τῶν αὐτῶν proprie *eorumdem* sonet. In quo quum non videam, quænam vis insit, prope absum ut rursus ejiciendum hunc articulum putem, & nude αὐτῶν ἕκαστον reponendum; nisi τῶν αὐτῶν ἕκαστον dixit *singula eorum quæ sunt ejusdem generis*, quod tamen parum probabile videtur. τἄλλα ὅσα scripsi cum pc. τἄλλ' ὅσ' scribunt pab. τ' ἀλλ' ὁσ' edd. Conf. ad I. 3, 7.

Ibid. οὐκέτι ταῦτ' ἐπαρκεῖ. ἐπαρκεῖν est *impertire; ἀπαρκεῖν, sufficere.* Quare vide, ne ἀπαρκεῖ sit legendum, quo verbo constanter aliâs ista notione utitur Noster.

Vers. 15. πράτ]ωμεν. πράτ]ομεν operarum errore irrepserat in ed. Cant. unde in Lond. & Vpt. propagatum. Subjunctivum modum, quem poscebat præcedens particula ἄν, restituendum monuit Vptonus in Notis.

Vers. 18. Τί οὖν; ἐκείνων ἕκαστον &c. Ante Vptonum Τί οὖν ἐκείνων &c. continuo tenore scribebatur; & post κατασκευάζει punctum ponebant vetustiores editiones, consentientibus msstis; interrogandi vero signum adposuerunt editores Cant. & Lond. scilicet Wolfium secuti, qui ea verba sic converterat, *Quæ est animantis cujusque ratio & quasi fabrica?* Commode Vptonus, a Salmasio admonitus, interrogationem post Τί οὖν indicavit; & ἐκείνων ἕκαστον κατασκευάζει, nudo commate interposito, ad sequentia traxit.

Vers. 19. Τὸν δ' ἄνθρωπον θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ. „Zeno apud Laërt. VII. 130. Γεγονέναι γὰρ ὑπὸ τῆς Φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῷον πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Sic [noster Epict.] IV. 1, 104. Οὐχὶ ἐκεῖνός σε εἰσήγαγεν — — θεασόμενον τὴν διοίκησιν αὐτοῦ, καὶ συμπομπεύσουλα αὐτῷ; Vide ad II. 14, 23. ubi vita cum publica celebritate comparatur.“ VPTON. — αὐτοῦ, bis in verbis supra scriptis pro αὑτοῦ, positum, cautus nunc non mutavit Vptonus. Cæterum in eodem repetito pronomine ambiguitas quædam inest. Et posterius quidem, τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ, quin ad *Deum* sit referendum, nullum esse dubium potest. Sed prius αὐτοῦ, utrum ad *Deum*, an ad *hominem* referatur, ambigi poterit: & utrumque per se fert ratio grammatica. Ad Deum retulisse Vptonus videtur, latine sic vertens: *Hominem autem introduxit & sui & operum suorum spectatorem.* Wolfius in dubio quodammodo reliquit, sic scribens: *Hominem autem in vitam introduxit*

duxit Deus ut ſpectatorem tum ſui, tum operum ſuorum: attamen duo hæc poſteriora orationis membra, *ſui*, & *operum ſuorum*, particulis *tum*, *tum*, a ſe invicem discernens, videtur *ſui* ad hominem retuliſſe; quam in partem me quoque inclinare profiteor. Sane & in græca oratione, cum interſertis particulis τε, καὶ, tum præſertim repetito articulo τῶν poſt τῶν ἔργων, duo iſta, αὐτοῦ, & τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ (quod breviter aliâs καὶ τῶν αὐτοῦ ἔργων efferri poterat) conſulto a ſe invicem diſtingui videntur. Atque, ſi utrumque αὐτοῦ ad *Deum* referas, difficile dictu fuerit, quo pacto homo poſſit eſſe ſpectator *Dei*, niſi quatenus *opera ejus* contemplatur. Taceo, ipſum hoc per ſe etiam durius dictum videri, *ſpectatorem Dei* in hac vita eſſe debere hominem: neque enim mihi nunc rurſus regerat aliquis, Deum, & mundum, cujus contemplator homo eſt, Stoicis eumdem eſſe; nam Epictetus quidem noſter (ut jam paulo ante monui) quavis occaſione ſatis diſerte Deum, artificem & gubernatorem mundi, patremque hominum, ab ipſo mundo diſtinguere ſolet. At vero *ſui contemplator eſſe, ſe noſſe* homo debet, vel ſecundum illud vulgatiſſimum Γνῶθι σεαυτόν; quam in partem cum ſæpe aliâs disputat Philoſophus noſter, tum mox verſ. 25. ait: οὐκ αἰσθήσεσθε τοίνυν, οὔτε τίνες ἐστὲ, οὔτ' ἐπὶ τί γεγόνατε; Atque id ipſum eſt, quod proxime ante ea verba, de quibus nunc quærimus, dixerat, *inſtructum eſſe hominem facultate & viſa ſibi oblata & uſum ſuarum virium cognoſcendi;* id eſt, id quod ipſe & patitur & agit, adeoque ſe ipſum, cognoſcendi intelligendique. Sed ea, quam dico, ſententia ut verbis his, de quibus quærimus, citra ambiguitatem ſignificaretur, videndum puto, an in hunc modum fortaſſe Arrianus ſcripſerit: θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ, ut αὐτοῦ ad *hominem* referretur, ἑαυτοῦ ad *Deum*. At in τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ conſentiunt codd. noſtri; ſed paulo ante, pro αὐτοῦ τε, quod cum edd. habet pa., αὑτοῦ τε eſt in pc. αὐτοῦ τε in contextu habet pb. at inter lineas indicatur altera ſcriptura αὑτοῦ τε.

Verſ. 20. ἄρχεσθαι καὶ καταλήγειν. „Male noſter codex & ms. Par. ἀρκεῖσθαι: mox enim, ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι.“ VPTON. — ἀρκεῖσθαι h. l. habent Pariſini omnes. In ſolo pb. ſuperſcr. ἄρχεσθαι.

Ibid. ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι. „*Inde quidem auſpicandum*, ſcilicet, unde beluæ auſpicantur, hoc eſt, à ſenſibus; & in contemplatione reſiſtendum.“ WOLFIVS.

Verſ. 23. ἵν' εἰδῆτε. Nihil, quod obſervaverim, mutant libri. Suſpicabar vero, ἵν' ἴδητε ſcribendum, ab εἶδω *video*. Nam εἰδῆτε ab εἰδέω eſt, quod *ſcio* ſignificat. Sed variis modis iſta verba & formas ſuas & ſignificatus inter ſe permutare & miſcere ſolent. Sic ἰδεῖν, eſt *videre*; & ἴδε, *vide*, familiaris forma Noſtro; contra ἵνα ἴδω, *ut ſciam*, I. 29, 24. Rurſus vero I. 29, 42. ἐὰν εἰδῶμεν pariter, *ut ſciamus*, & *ut videamus*, verti poteſt. Rurſus II. 13, 1 & 5. ὅταν ἴδω, *cum video*.

Ibid. τὸ ἔργον τοῦ Φειδίου. „De *Phidia* vide II. 8, 18 ſqq. [& ibi notata.] Plinius lib. XXXIV. c. 19. [cap. 8. ſect. 19.] p. 648. edit. Pariſ. *Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, Jove Olympiæ facto, ex ebore quidem & auro. — — Floruit autem Olympiade LXXXIV. circiter CCC. noſtræ Vrbis anno.* Quinct. lib. XII. c. 10. *Phidias tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur. In ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet: cujus pulcritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur; adeo majeſtas operis deum æquavit.* Vide autem Pauſan. lib. V. p. 303. &c. [cap. 10 ſeq. pag. 397 ſqq. ed. Kühnii;] ubi templum atque auguſtiſſima imago deſcribitur. Valerius Max. [III. 7.] & Euſtath. ad Iliad. α'. 529. ad exemplar Jovis Homerici Olympicum Jovem tradunt Phidiam finxiſſe.“ VPTON.

Ibid. ἀτύχημα ἕκαστος ὑμῶν οἴεται τὸ ἀνιστόρητος τούτων ἀποθανεῖν. Pro ἀνιστόρητον, quod erat editum, ἀνιστόρητος ſcripſi cum noſtris codd. pabc. quod ex Græci ſermonis uſu ad præcedentem nominativum ἕκαστος refertur.

Verſ. 24. ἀλλ' ἔστιν ἤδη, καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις. „Corruptus videtur hic locus, nec ſatis occurrit quomodo corrigendus: niſi forte ſignificet, non tantum præclarum opus adeſſe, ſed & ipſum mundi opificem præſto eſſe. D. Ioannes MOIBANVS, Auguſtanus phyſicus, in Græcis literis & Philoſophia non minus quam in re Medica verſatus, ἀλλ' ἔστιν ἤδη ad quemlibet privatum hominem refert, tanquam ad μικρόκοσμον: quod quisque non

non ob oculos modo constituta habeat Dei opera, sed & ipsemet eorum pars atque exemplum sit." WOLFIVS.

„Vertit Wolfius: *quæ jam adsunt, quæque præsto atque in promptu sunt.* Elegans sane interpretatio est Moibani illius, de quo supra Wolfius meminit. Verum enimvero corrupta mihi verba videntur, sic emendanda: ἀλλ' ἃ ἐστιν ἤδη καὶ πάρεστι τοῖς ἀεργοῖς, *otiosis* nempe, quibus nullo peregrinandi labore opus est, ut talem comparent notitiam. Præsto est opus optimum maximum, præsto est opifex idem optimus maximus: magnus ille Phidias. Confer II. 8, 19." VPTON.

Nescio quem nodum in scirpo quæsivere viri doctissimi. Nihil planius his verbis, in quibus illi se torserunt. Nempe ista verba, ὅπου δ' ἔστιν ἤδη, ad *opera* hi retulerunt, quum ad proxime præcedentia ἕκαστος ὑμῶν essent referenda, quod & connexio orationis, & verba proxime sequentia, καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις satis manifeste docebant. *Vbivis terrarum*, ait Epictetus, *spectari opera Dei possunt; neque ea quidem caussa magnopere opus est, ut peregre proficiscamur. Incipiat saltem unusquisque a contemplandis eis, quæ ibi sunt ubi ipse versatur, ab eis quibus ipse præsens adest.*

Ibid. ταῦτα δὲ θεάσασθαι &c. „δὴ pro δὲ legendum censeo." VPTON. — Immo perbene habet δὲ, repetitum sub finem ejusdem periodi, quæ ab eadem particula initium ceperat; de quo usu passim ad Polybium monui. Vide Lexic. Polyb. hac voce. Sic rursus Epict. noster I. 7, 33. I. 9, 44. & supra, I. 4, 32. sæpeque aliàs.

Vers. 25. Οὔτε τίνες ἐστέ. Persius, Sat. V.

Quid fumus & quorsum victuri gignimur.

VPTON.

Ibid. οὔτε τί τοῦτ' ἔστιν. „οὔτε τί τοῦτό ἐστιν. Sic noster codex: additur etiam alia lectio, οὐτ' ἐπὶ τί τοῦτό ἐστιν ἐφ' οὗ. Atque ita ms. Par. At cod. Basil. οὐτ' ἔτι τί τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅ." VPTON. — Quam codicis Basileensis, id est, Basileensis editionis scripturam esse Vptonus dicit, eamdem & Veneta jam habebat, & sequentes omnes tenuerunt, particulam ἔτι inserentes; quam particulam lubens ego cum Vptono delevi. Ceterum concinnius putavi, τοῦτ' ἔστιν cum pc. scribere, quam, ut alii vulgo dabant, τοῦτό ἐστιν. οὔτ' ἐπὶ τί habent Parisini omnes. Sed in pb. superne scriptum οὔτε τί. Nempe alteram scripturam, οὔτ' ἐπὶ τί, per

incogitantiam e superiori membro repetierat librarius, qui primus ita scripsit. ἐΦ' οὗ, pro ἐΦ' ὅ, habent pab. ἀΦ' οὗ pc. Mox, pro παρειλήφατε, dant παρεί-ληΦθε iidem codd. pab. qui ἐΦ' οὗ scribunt; ut sit ἐΦ' οὗ τὴν θέαν παρειληΦθε, *ad cujus spectaculum* (sive, *ad quod spectandum*) *admissi estis.*

Vers. 26. Ἀλλὰ γίνεσαί τινα ἀηδῆ καὶ χαλεπὰ ἐν τῷ βίῳ. „Conf. M. Antonin. lib. VIII. sect. 50. & VI. 36. ubi ea, quæ in mundo noxia & minus decora videantur, vocat ἐκείνων ἐπιγεννήμαΤα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν." VPTON.

Ibid. ἐν Ὀλυμπίᾳ δ' οὐ γίνεσαι; „Vide lib. IV. cap. 4. ubi etiam de strepitu, clamore ac tumultu in Olympicis agonibus. In eandem rem Dio, in Sermone XXXII. p. 375. Καὶ γὰρ ὑμεῖς, ὅταν συνέλθητε, πυκΤεύετε, βοᾶτε, ῥιπΤεῖτε, ὀρχεῖσθε, ποίῳ χρησάμενοι (χρισάμενοι legit Faber Agon. lib. II. c. 30. ut *inunctos* oleo vel medicamento significet) Φαρμάκῳ, δηλονότι τῷ τῆς ἀναίας. Et p. 384. Ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε, τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν. κ. τ. λ." VPTON.

Ibid. χαλεπῶν οὐκ ἀπολαύεTε; „Observa, in malam partem ἀπολαύειν usurpari." VPTON. — Sic III. 16, 3. IV. 11, 16. Nec aliis scriptoribus infrequens is usus. Quo minus caussæ fuerat, cur ἀπολαμβάνετε h. l. pro ἀπολαύετε legendum suspicaretur Petr. Faber, in Agonist. lib. II. c. 30.

Vers. 27. ἀλλ' οἶμαι, ὅτι ταῦτα πάνTα ἀνTιτιθέντες — — — Φέρετε. „Videtur τὸ ὅτι παρέλκειν." SALMASIVS. — „Male. Vide ad I. 2, 18. ubi eadem structura." VPTON. — Immo vero nec παρέλκει particula ὅτι, ut Salmasius putavit; sed legitime & suo jure locum illum occupat; quamquam & abesse per ellipsin posset: nec eadem ratio structuræ est, quæ I. 2, 18. ut Vptonus contendit; nam ibi sequitur verbum in imperativo modo, hic in indicativo.

Vers. 28. „Post ἀνδρείαν οὐκ εἰλήφατε; in editis codicibus adduntur, καθ' ἃς οἴσετε πᾶν τὸ συμβαῖνον; quæ, cum ex oscitantia librariorum præcedentia inaniter repetant, fidem secutus nostri codicis, ejicere non dubitavi." VPTON. — Desunt etiam in pb. In pc. vero perperam superiora quoque, inde a vocab. μεγαλοψυχίαν, omissa sunt. Omnia vero, cum ipso etiam adsumento quod in edd, olim erat, habet pa. sed is quidem pro

τὸ

τὸ συμβαῖνον, quod est ante μεγαλοψυχίαν, in contextu τὸ συμφέρον scribit, at in ora τὸ συμβαῖνον.

Vers. 29. Τί μ' ἐκστήσει, ἢ ταράξει; *Quid me percellet aut perturbabit?* Ego Ciceronis verbis verti liberius." WOLFIVS. — Nempe in versione is posuerat, *Quid me tumultuantem de gradu dejiciet?* — „M. Antonin. IX. 37. Τί σὲ ἐξίστησι; *quid te percellit?* sive, *de mentis statu dimovet?*" VPTON. — Idem verbum eodem modo usurpatum habes apud Nostrum, I. 18, 21. II. 16, 24. II. 22, 6. III. 2, 10. Neque tamen spernenda codicis pc. scriptura, Τί μ' ἐκσείσει. Quo de verbo vide notata ad I. 26, 10.

Vers. 30. αἱ μύξαι μου ῥέουσι. „Vide II. 16, 13. IV. 11, 9. Conf. M. Anton. VIII. 50. Forte ad Hesiodi versum respexit, Scut. Herc. vs. 267.

Τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον. —

Hujus quidem ex naribus mucus manabat."

VPTON. — Veteres Philosophos satis novimus non dedignari solitos, a rebus vulgatissimis, vilissimis, & in trivio positis, petere exempla, quibus sive ad docendos auditores, sive ad cohortandos, uterentur. Neque offendere hodie delicatulas nostras aures hæc talia debent. Facile autem credo, sicut pleraque alia, quibus Epictetus uti solet, sic & hoc, e poëtæ cujusdam verbis, Tragici forte alicujus, aut etiam Comici, esse depromtum.

Vers. 31. Τοῦτο οὖν εὔλογον, μύξας γίνεσθαι; „*Estne consentaneum, mucores exsistere?* Objicitur hoc ad negandam providentiam; a qua videatur alienum, res condere molestas & noxias. Quod querelæ genus Plinio familiare est." WOLFIVS.

Vers. 32. ἢ τί οἴει. De vi particulæ ἢ in hujusmodi connexione vide quæ supra notata sunt ad vs. 11.

Ibid. ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ἂν ἀπέβη. Articulum ὁ, quem cum msstis nostris ignorabant superiores editiones, adjecit Vptonus; tacite quidem, recte vero; nam & opportunus erat huic loco, & præferunt eumdem Stobæi libri, Serm. CVI. p. m. 571. (ed. Bas. 1549.) ubi Fragmenta nonnulla ex hac parte hujus disputationis exhibentur.

Vers. 33. ἢ δῆλον. Vide ad I. 2, 30. & ad I. 7, 16.

Ibid. οὐκοῦν una voce recte Vptonus edidit. Sic scripsere codd. nostri. Minus commode οὐκ οὖν olim erat editum.

Ibid.

Ibid. ἐν τρυφῇ. ἐν τριβῇ pc. male.

Verſ. 35. Αὐτῷ ταῦτά σε δεῖ καʃασκευάζειν. Pro ταῦτα ſuſpicabar τὰ τοιαῦτα legendum, id eſt, *talia*, vel minore etiam mutatione ταὐτὰ, *eadem*. Sed in vulgatam ſcripturam conſentiunt libri, quæ & ipſa ferri poterat. Totam phraſin VPTONVS in latina verſione, cum Wolfio, perperam ſic erat interpretatus: *Hæc illi te parare oportet;* ſed errorem retractans in Notis: „Alio modo, inquit, hæc interpretanda ſunt: αὑτῷ pro ἑαυτῷ, & mox αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ. [Hoc voluit, αὐτῷ idem valere ac αὑτῷ vel ἑαυτῷ, & αὐτοῦ idem ac αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ.] Nota autem ἑαυτοῦ in omnibus perſonis uſurpari. *Quid ergo? hæc tibi ipſi parare oportet, ac quærere, unde in tuam ipſius regionem leonem* &c.“ — Nempe utique hoc loco, ut paſſim aliâs, αὐτῷ i. q. σεαυτῷ valet; & αὐτοῦ i. q. σεαυτοῦ. conf. ad IV. 1, 110. In cod. pb. pro eo quod in contextu eſt, αὐτῷ ταῦτά σε δεῖ, in ora ſic ſcribitur, αὐτὸν ταῦτά γε δεῖ, niſi eſt ταῦτα με δεῖ, eſt enim ſcriptura minutiſſima & lynceis oculis vix discernenda. Et haud ſane incommodum hoc foret: *Ipſum me oportet hæc talia parare?*

Ibid. ζητεῖν ποθεν. Enclitice ποθεν ſcripſi, pro πόθεν quod erat vulgatum. In eamdem nobiscum ſententiam ζητεῖν ποθὲν ſcribunt pabc. *alicunde, undecumque.*

Verſ. 36. εὔχρηστα. „Ita noſter codex, pro εὐχάριστα, quæ vox omnes inquinarat libros.“ VPTON. — In pb. pro εὐχάριστα, quod eſt in contextu, εὔχρηστα ab eadem manu in ora adnotatum. Vide ſupra Adn. ad vſ. 2. Mox pro ἦν, perperam οὖν habet pc.

Verſ. 37. Φέρε νῦν, ὦ Ζεῦ, ἣν θέλεις περίστασιν. „Vide lib. I. c. 24.“ VPTON. εἰ θέλεις pab. ſed in ἦν, quod eſt aptius, conſentit pc.

Ibid. καὶ ἀφορμάς. „Aliud hoc in loco vult vox ἀφορμὴ, aliud cum opponitur τῇ ὁρμῇ. Conſule Indicem. Hic ſignificat *ſubſidia & adminicula a natura accepta*, uti recte Gatakerus interpretari videtur ad M. Anton. IX. 1. ἀφορμὰς γὰρ προειλήφει παρὰ τῆς Φύσεως.“ VPTON.

Ibid. πρὸς τὸ κοσμῆσαι διὰ τῶν ἀποβαινόντων ἐμαυτόν. „Sic III. 21, 9. ἀφ' οὗ ὁρμώμενοι Φέρειν δυνήσονται τὰ συμπίπτοντα καλῶς, καὶ κοσμεῖσθαι ὑπὸ αὐτῶν. Et III. 20, 13. [Τὸν θάνατον τί ποιήσεις;] Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ.“ VPTON. — At non modo *ſeſe ornare* homo

homo probus debet per rectum virium ſuarum quavis occaſione uſum; ſed & Deum ornare, Illiusque laudes celebrare. Neque illud monitum neglexit Epictetus; ſed hunc animum omnes ſpirant ipſius disputationes, & ſæpe de profeſſo atque data opera inculcat præcepta huc facientia: *non oſtentandam virtutem*, nec in ea gloriandum, ſed opere eam demonſtrandam; III. 24, 108. & ſæpe aliàs; hominem variis incommodis, quæ mala vulgus cenſet, a Deo exerceri, ut, fortiter illa ferendo, *Deo apud alios homines teſtimonium exhibeat;* III. 24, 103. debere nos in omni vitæ actu *Deum laudibus celebrare*, I. 16, 15 ſqq. IV. 1, 108. & præſertim quemvis *progreſſum*, quem in virtutis ſtudio facimus, *Deo acceptum ferre*, *Ipſique eo nomine gratias perſolvere*. I. 19, 25. &c.

Verſ. 38. τῶν δὲ συμβαινόντων ἕνεκα ὀδυρόμενοι. περὶ δὲ τῶν συμβαινόντων ὀδυρ. Stob. Et ἕνεκα deeſt etiam pab. nec tamen ii περὶ agnoſcunt; verba vero ſic diſtinguunt: τῶν δὲ, συμβαινόντων, ὀδυρόμενοι.

Verſ. 39. εἶτα τοῖς Θεοῖς ἐγκαλεῖτε. „Homer. Od. α. 32. & Plato in Alcib. II. p. 142. edit. Steph. Ἐγὼ μὲν οὖν ἀπορῶ, μὴ ὡς ἀληθῶς μάτην θεοὺς ἄνθρωποι αἰτιῶνται, ἐξ ἐκείνων φάμενοι κακὰ σφίσιν εἶναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν εἴτε ἀτασθαλίῃσιν, (lege cum Homero ἀτασθαλίῃσιν, vel communi lingua ἀτασθαλίαις) εἴτε ἀφροσύνῃς χρὴ εἰπεῖν,

— — — ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.“

VPTON.

Ibid. ἀγεννείᾳ. Operarum errore ἀγενείᾳ erat in ed. Vpt. quod & ipſe corrigere juſſit in Notis. Recte ἀγεννείας expreſſum erat vſ. 42. Attamen & h. l. ἀγενείᾳ ſcripſerunt pab. & vſ. 42. ἀγενείας iidem. Nec certam rationem in hoc tenent libri.

Ibid. ἀσέβεια correxi. Perperam ἀσεβείᾳ ed. Ven. Baſ. Gen. Col. Dein ἀσεβεία Cant. Lond. & Vpt. Idem error in msstis noſtris.

Verſ. 40. καὶ ὅλον αὐτὸ ἐφ' ἡμῖν ἐποίησεν. „καὶ ex Stobæo, hunc locum citante, inſerui.“ VPTON. — Sed duo præcedentia verba ἀναναγκ. & ἀπαραπόδ. prætermiſit idem Stobæus. Locum indicavi ad vſ. 32. Verum ſi quæris, non magnopere deſiderabatur h. l. conjunctiva particula.

Ibid. οὐδ' αὐτῷ. αὐτῷ rurſus pro αὐτῷ poni monuit VPTON. — Scribunt autem etiam αὑτῷ pbc.

Ibid.

Ibid. πρὸς τοῦτο ἰσχύν. ἰσχὺν πρὸς τοῦτο. pb.

Verſ. 42. καὶ τὰ ἐγκλήματα τῷ Θεῷ. Nomen verbale cum caſu, quem regit verbum, ut I. 1, 7. Articulum τὰ, punctis ſuperne notatis, delendum indicat pb.

Verſ. 43. ἐγὼ σοὶ δείξω. Verſu præc. plurali numero uſus erat, κάθησθε πενθοῦνϛες. Nunc ſubito ſingulari utitur. Vide ad I. 24, 14. I. 29, 26. I. 29, 59. &c.

Ibid. σὺ μοὶ δείκνυε. „Alii σὺ δέ μοι δείκνυε. Auctoritate noſtri codicis, δὲ ex contextu ejecimus, ut curſu celeriori procederet ſententia, nec minus venuſta.“ VPTON. — δὲ tenent omnes noſtri codices; non ita male: vide ſupra, vſ. 24. & ibi notata. Paulo ante, pro ἀνδρείαν, ἀνδρίαν dant pbc. minus recte.

CAPVT VII.

In *Titulo* nihil hic variant libri: ſed in Tabula Capitum, libro primo præfixa, particulam καὶ inter Μεταπιπτόνϛων & Ὑποθετικῶν omittunt pabc.

Verſ. 1. Ἡ περὶ τοὺς μεταπίπτονϛας — — — λόγους πραγματεία. Quot interpretes, tot diverſæ horum verborum verſiones. Schegkius: *Doctrina præceptorum illorum quibus de noſtra ſententia depellimur.* Wolfius: *Tractatio orationum quæ mutationes habent.* Vptonus: *Studium quod in migrantibus verſatur propoſitionibus.* De ipſo porro illo *ratiocinandi argumentandique genere*, (id enim λόγοι ſunt) quos μεταπίπτονϛας λόγους Epictetus & h. l. dicit, & paſſim alibi commemorat, ſinguli eorum interpretum, quos nominavi, ſic commentati ſunt, ut hariolatos ſe magis, quam certam rationem ſecutos, ſatis prodiderint. Quum vero haud ſatis in liquido res ſit, ſingulos audire par eſt.

SCHEGKIVS: „*Syllogiſmos* (ait) μεταπίπτονϛας interpretati ſumus, quibus aliquis ſentire aliud, quam antea ſenſerit, adducitur, & de priori opinione redarguitur, quam poſuerit. Id ut artificioſe poſſit præſtare quispiam, docent Dialectici; ut Ariſtoteles in octavo Topicorum. Epiſtemonicus enim, ut inquit Ariſtoteles, ἀμετάπτωτος καὶ ἀμετάπειϛος eſt. In hoc genere ac ſtudio Dialecticæ, multum elaborarunt Stoici. In differentiis ἀξιωμάτων ſecundum Stoicos numerat inter alias μετάπτωσιν quoque Laërtius, in vita Zenonis, his verbis: καὶ ἄλλα

λαι δέ εἰσιν διαφοραὶ ἀξιωμάτων, καὶ μεταπτώσεις αὐτῶν ἐξ ἀλλήλων εἰς ψεύδη καὶ ἀντίστροφα. Cæterum, quoad sustinere, & quemadmodum propositum suum debeat aliquis in disputatione dialectica, docet Aristoteles in eo quo dixi libro Topicorum: & recentiores, sed horridiores atque incultiores in loquendo Dialectici, accommodate ad Stoicorum rationem tractant hanc methodum in libellis quos inscribunt de Obligationibus: sic enim appellant, ὅτι πᾶσα ἡ τοιαύτη πραγματεία πρὸς ἕτερον ἐστίν. De his paucula quædam apud Gellium quoque reperies, & μεταπτώσεων dialecticarum quædam exempla."

WOLFIVS: „Μεταπίπτειν est μεταβάλλεσθαι, *mutari, decedere de sententia & consuetudine sua.* Hinc μετάπτωσις, *mutatio & inconstantia.* Μεταπίπτοντες λόγοι fortasse *inconstans oratio* dici potest, cum dati pœnitet, cum repetimus id quod adversario per imprudentiam concesseramus. Ἀμετάπτωτος λόγος, *oratio constans*, cum dictis & conventis stamus. Ὑποθετικοὶ λόγοι hoc loco dicuntur ea, quæ ab adversario conceſſa, disputando persequimur. Quæ si adversentur ei qui concessit, is μεταβάλλεται καὶ μεταπίπτει, *non stat promissis, mutat sententiam, quod dederat eripit;* quod est imperitiæ signum. Sic apud Platonem Socrates plerosque ad ea neganda adigit, quæ ipsi parum caute affirmarant."

VPTONVS, in Indice, de λόγοις, qui Μεταπίπτοντες dicuntur, e variis scriptoribus hæc congessit: „Μεταπίπτω, *recido*, vel potius μεταπίπτειν *dilabi*, vel *labi*, ut Cicero de offic. lib. I. [c. 6.] *Labi autem, errare, — — & malum & turpe putamus.* I. 4, 19. [At ibi rectius idem Vptonus id verbum *ex alio in aliud recidere* vertit; ac debuerat, potuerat certe, simplicius etiam cum Wolfio *mutari* ponere.] Hinc Μεταπίπτοντες λόγοι, de quibus scripsit Chrysippus; Laërt. VII. 195. περὶ τῶν μεταπιπτόντων λόγων, *de recidentibus orationibus;* & mox Λόγοι μεταπίπτοντες πρὸς τὴν μεσότητα, *orationes recidentes ad medium.* Idem VII. 76. Καὶ ἄλλαι δέ εἰσι διαφοραὶ ἀξιωμάτων, καὶ μεταπτώσεις αὐτῶν ἐξ ἀλλήλων εἰς ψεύδη καὶ ἀντίστροφα. *Sunt item aliæ pronunciatorum differentiæ, ipsorumque ex se invicem in falsa & conversa incidentiæ.* Vide Sext. Emp. adv. Math. p. 101. Citat autem Simpl. ad Phys. Aristot. p. 365. ἀξιώματα μεταπίπτοντα. Mihi quidem λόγοι μεταπίπτοντες videntur esse aut eadem argumenta, aut iis valde simi-

lia,

lia, quæ græce ἀντιστρέφοντα appellantur; de quibus omnino conſule A. Gell. lib. V. c. 10. & cap. 11.“ —

Nunc ſi quis mihi dicat, *Schegkii* Adnotationem iſtam nil opus fuiſſe huc transſcribere, ut cui nihil bonæ frugis, quod huc ſpectet, inſit, niſi forte duæ citationes iſtæ, altera ex Laërtio, ex A. Gellio altera, quas in Vptoni Nota paulo etiam adcuratius prolatas reperimus; lubens equidem huic concedam, fateborque, eamdem fere eſſe rationem plerarumque Interpretis illius adnotationum, eademque cauſſa inductos nos parcius, quam Vptono viſum erat, lectoribus Arriani adpoſuiſſe Schegkianas Adnotationes, & plerasque prætermiſiſſe; in quæſtione vero obſcuriore haud abs hoc loco alienum nobis viſum eſſe, omnes audire interpretes. Expoſitionem Schegkii quod adtinet, facile intelligitur, μεταπίπτοντας λόγους non inde nomen trahere potuiſſe, quod per eos *de noſtra ſententia depellamur;* quoniam ſi μεταπίπτειν h. l. interpreteris *de ſententia depelli;* (quam notionem alibi nonnumquam huic verbo ſubjectam eſſe poſſe non negaverim;) tum quidem non οἱ λόγοι fuerint μεταπίπτοντες, ſed nos, qui depellimur; οἱ λόγοι vero dicendi fuerint μεταβάλλοντες vel μεταῤῥίπτοντες, aut alio hujusmodi verbo, quod activam habeat ſignificationem. Neque quidquam amplius in hac quæſtione *Wolfius*, quam Schegkius, promovit; ne multum quidem ab illo diſcedens, & ita fluctuans in ſua explicatione, ut ne ipſum quidem ſibi ſatisfeciſſe adpareat.

Sed priusquam quæ de Μεταπίπτοντι λόγῳ Vptonus collegit discutiamus, de ipſius vocabuli λόγος vi monendum eſt, in ea declaranda omnes tres interpretes, quos citavimus, perinde lapſos eſſe; cum unus *præceptum*, alter *orationem*, tertius *propoſitionem* verteret; quarum expoſitionum nulla huc ſpectabat. Nempe poterat λόγος hic *Ratio* verti, in eum modum quo τὸν ἀργὸν λόγον, qui dicebatur, *ignavam rationem* Cicero interpretatus eſt, de Fato cap. 12. Sed quoniam nimis ambiguum illud vocabulum eſt, debebat *argumentum, argumentatio, ratiocinium*, aut *ratiocinatio* exponi. Nam id ipſum eſt quod in hac Dialecticæ parte, de qua nunc agitur, λόγον Stoici dixere; quemadmodum & e perſpicua definitione, quæ eſt apud Laërt. VII. 76. & ex omnibus exemplis variorum λόγων, in quibus Stoici ſe exercuiſſe perhibentur, quæ ſive apud eumdem Laërtium, ſive apud Sextum Empiricum, ſive apud alios comme-

commemorantur, intelligitur; qua de notione vocabuli λόγος jam pridem perſpecte docti viri monuerunt, H. Stephanus ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. lib. I. ſect. 20. Stanleius in Hiſtor. Philoſ. in Doctr. Stoicor. P. I. cap. 26. p. m. 583. Walchius, de Progreſſu & Fatis Logicæ, in Parergis Academ. p. 538. Denique idem fere eſt ὁ λόγος apud Stoicos, atque *Syllogiſmus*, ὁ συλλογισμός; conf. Gaſſend. de Logicæ Origine & Varietate, Tom. I. opp. p. 50. Nam quas differentias τοῦ λόγου a τῷ συλλογισμῷ, auctore Alexandro Aphrodiſæo, Stanleius adfert, & ex hoc Walchius; eæ minutæ admodum ſunt, & eo potiſſimum pertinent, quod ὁ λόγος latius nonnihil pateat, & non modo de perfecto, quem vocamus, ſyllogiſmo, ſed & de imperfecto dicatur. Denique uſus fere apud Stoicos obtinuiſſe videtur, ut *ſyllogiſmi* nomen de juſta ac legitima ratiocinatione uſurparent, λόγων vero nomine præſertim varia genera *captioſarum argumentationum*, ἀπόρων λόγων, quæ *ſophiſmata* aliàs vocantur, indigitarint; qui quidem uſus ex Laërtio, ex Sexto Empirico, aliisque ſcriptoribus qui Stoicorum Dialecticam tetigerunt, ſatis adparet. Quo etiam factum, ut Epictetus noſter, quos hoc loco cum Chryſippo μεταπίπτοντας λόγους dicit, eosdem alibi quidem συλλογισμοὺς μεταπίπτοντας adpellet, II. 17, 27. & II. 21, 17. (ex vulgata quidem poſteriore loco ſcriptura;) alibi vero rurſus τοὺς συλλογισμούς, & τοὺς μεταπίπτοντας ſc. λόγους diſtinguat, ut II. 13, 21. II. 23, 41. III. 21, 10. III. 24, 70. IV. 12, 12.

Iam de ipſo Μεταπίπτοντι λόγῳ quæ verba ex *Laërtio* VII. 195. citavit Vptonus, ea ad declarandum, quodnam vel quale ſit illud λόγων genus, quod iſto nomine inſignivit Chryſippus, parum conferunt; quoniam non niſi tituli librorum adferuntur, explicandi cauſſa nihil adjicitur. Nam quod, ubi iterato memorantur tres libri, Λόγοι μεταπίπτοντες inſcripti, ibi quod adjicitur πρὸς τὴν μεσότητα, id ipſum quid ſit, incertum eſt; ac videndum, ſatisne integra atque proba ſcriptura, aut ſatisne recte diſtincta ibi verba ſint ſicut vulgo leguntur: quæ verba cum interpres latinus ita reddiderit, ut Oedipo indigeat ipſa ejus interpretatio, ſicco tamen pede eum locum transiere commentatores. Quod VII. 76. idem habet Laërtius, id ad ἀξιώματα, id eſt, ad enunciationes ſive propoſitiones, non ad τοὺς λόγους ſ. ratiocinia pertinet; & quas ibi μεταπτώσεις dicit, quas *reciproca-*

ciprocationes Stanleius loc. cit. cap. 24. interpretatus est, satis erat *mutationes* vel *conversiones* vertere; *varii*, inquit, *sunt modi, quibus propositiones e veris in falsas & in contrarias mutantur vel convertuntur.* Nam pro ἐξ ἀλλήλων videtur utique cum msto H. Stephani ἐξ ἀληθῶν legendum.

Supersunt ex aliis scriptoribus, qui Μεταπιπτόντων λόγων mentionem fecerunt, Sextus Empiricus & Simplicius; quorum e locis ab Vptono citatis viderint qui & ingenio & otio ad explicandas hujus generis subtilitates abundant, aliquidne lucis ad id quod quærimus declarandum inveniant. Ego me fateor, iis perlectis, quæ apud hos hanc in partem inveniuntur, non multo certiorem fuisse quam ante. *Sextus* in Pyrrhon. Hypotyp. lib. II. sect. 234. p. 120. ed. Fabric. (is ille locus est, ad quem Vptonus provocavit) ita scribit: ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἄδηλον ἐπαγωγὴ, φασὶν, ὅτι ἐκ τοῦ γένους τῶν μεταπιπτόντων ἐστί. Quæ verba Fabricius sic interpretatur: *In obscurum abductionem ajunt ex genere esse eorum quæ pro statu variant.* Et eodem fere modo Henr. Stephanus: *in incertum abductio ex genere est eorum quæ variant, ut ajunt.* Neque vero planius aut apertius, quid dixerint μεταπίπτουσας, nec ante, nec post ista verba, vel Sextus ipse docuit, vel interpretes ejus declarare conati sunt. Restat igitur videndum, an ex prolato apud Sextum in eam partem exemplo lucis aliquid accedat: sed id mihi quidem adeo & spinis & obscuritate horridum visum est, ut de eo, quod quæsiveram, inde illustrando desperaverim.

Vberius paulo *Simplicius* in Comment. ad Physic. Aristot. p. 305. non quidem de λόγοις μεταπίπτουσι, sed de ἀξιώμασι, id est, de enunciationibus, quæ μεταπίπτουσες dicuntur, verba fecit; cujus e disputatione (ex Alexandro Aphrodisæo, ut ipse docet Simplicius, repetita) ad ipsorum fortasse etiam Λόγων μεταπιπτόντων explicandam rationem lucis nonnihil accedere potuerit: quæ mihi quidem licet nonnisi perobscura affulserit, tamen ut aliis, qui ingenio plus valent, materiam subministrem, in qua vires exerceant suas, videantque certiusne aliquid & clarius ex illa disputatione in medium nobis depromere possint, totum locum, quia rarior liber est, huc transscribere non gravabor. Refertur illa pars Commentarii Simplicii ad verba Aristotelis, quæ in Physicor. s. Natural. Auscult. lib. VIII. (cap. 8. ed. Casaub.

saub. p. 324. H. & cap. 12. sect. 32. edit. Duval.) sic leguntur: Φανερὸν δὴ, ὅτι εἰ ἐν τῷ α ὅλῳ χρόνῳ ἐγίγνετο, οὐκ ἔστι πλείων χρόνος ἐν ᾧ γέγονε καὶ ἐγίγνετο, ἢ ἐν ᾧ ἐγίγνετο μόνον παγί. id est: *Perspicuum est igitur, si in toto α tempore fiebat, non esse majus illud tempus quo fiebat & factum est, quam illud totum solum, in quo fiebat.* Quæ ad verba sic commentatur Simplicius, fol. 304. extr. & seq. Δείξας ὅτι ἐν μὲν τῷ ᾱ χρόνῳ ἐγίνετο τὸ ᾱ, ἐν δὲ τῷ πέρατι τοῦ ᾱ γέγονεν, ὅτι οὐκ ἔστι χρόνος τοῦτο ἐν ᾧ γέγονεν, ἀλλὰ πέρας χρόνου, δείκνυσιν ἀγχινούστατα. εἰ γὰρ ἐν μὲν τῷ α ὅλῳ χρόνῳ φησὶν ἐγίνετο, ἐν δὲ τῷ πέρατι αὐτοῦ γέγονεν, δειχθείη δὲ ἴσος ὁ χρόνος ὁ ἐν ᾧ ἐγίνετο συναμφοτέρῳ τῷ ἐν ᾧ ἐγίνετο καὶ τῷ ἐν ᾧ γέγονε· δῆλον, ὅτι τὸ ἐν ᾧ γέγονε, προστεθὲν τῷ ἐν ᾧ ἐγίνετο χρόνῳ, οὐκ ἐποίησε μείζονα τὸν χρόνον. ὥστε οὐκ ἦν χρόνος τὸ ἐν ᾧ γέγονε. χρόνος γὰρ χρόνῳ προστιθέμενος, μείζονα τὸν ὅλον ποιεῖ. ὅτι δὲ οὐκ ἐποίησε μείζονα, δῆλον· εἴπερ ἐν πέρατι τοῦ α χρόνου γέγονε, τὸ δὲ πέρας ἀμερές ἐστιν. Καὶ ἦν μὲν αὐτόθεν δῆλον, ὅτι τὸ πέρας τοῦ χρόνου οὐκ ἔστι χρόνος· πολλὴν δὲ ἐποίησεν ἐνάργειαν ἡ δοκοῦσα παράδοξολογία, τὸ μὴ εἶναι πλείονα τὸν χρόνον, τόν τε ἐν ᾧ ἐγίνετο καὶ τὸν ἐν ᾧ γέγονε, τοῦ ἐν ᾧ ἐγίνετο μόνου. δοκεῖ δέ μοι μὴ μάτην προστεθεικέναι τῷ, ἐν ᾧ ἐγίνετο μόνον, τὸ, παγί· ἀλλ' εἰς ἔνδειξιν τοῦ δεῖν μετὰ τοῦ πέρατος αὐτὸν λαμβάνειν. Ἐκ δὴ (forsan Ἐκ δὲ) τούτων τῶν λόγων, φησὶν ὁ Ἀλέξανδρος, δυνατὸν ὁρμώμενον δεικνύναι τὰ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ἀξιώματα. ἃ Μεταπίπτοντά τινες λέγουσιν ἀπεριγράφως, μὴ ὄντα τοιαῦτα. Ἔστι δὲ ταῦτα τοιαῦτα· Εἰ ζῇ Δίων, ζήσεται Δίων. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀληθές ἐστι νῦν, ἀρχόμενον ἀπὸ ἀληθοῦς, τοῦ, ζῇ Δίων, καὶ λῆγον εἰς ἀληθὲς, τὸ, ζήσεται· ἀλλ' ἔσται ποτὲ, ὅτε, τῆς προσλήψεως ἀληθοῦς οὔσης, τῆς, ἀλλὰ μὴν ζῇ Δίων, μεταπεσεῖται τὸ συνημμένον εἰς ψεῦδος, τῷ ἔσεσθαί ποτε, ὅτε, ἀληθοῦς ὄντος ἔτι τοῦ, ζῇ Δίων, οὐκ ἔσται ἀληθὲς τὸ καὶ ζήσεται. οὗ μὴ ὄντος ἀληθοῦς, τὸ ὅλον συνημμένον γίνοιτο ἂν ψεῦδος (forsan εἰς ψεῦδος, ut supra & infra) μεταπῖπτον. οὐ γὰρ ἀεὶ, ὅτε τὸ ζῇ ἀληθὲς, καὶ τὸ ζήσεται· ἐπεὶ οὕτως ἀθάνατος ἂν εἴη ὁ Δίων. οὐ μὴν ἔσται (forsan ἐστὶν) ὁρίσαντας εἰπεῖν, πότε οὐκ ἀληθὲς ἔσται, ζῶντος αὐτοῦ, τὸ ζήσεται. διὸ καὶ ἐν ἀπεριγράφῳ καὶ ἀορίστῳ χρόνῳ λέγουσι γίνεσθαι τὴν τῶν τοιούτων ἀξιωμάτων μετάπτωσιν. Τοιοῦτον μὲν

οὖν ἐστι τὸ ἀπεριγράφως μεταπίπτειν λεγόμενον ἀξίωμα. Ὅτι δὲ μὴ ὑγιῶς λέγεται τὸ μεταπίπτειν, ἐκ τῶν προσεχῶς ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους διορισθέντων ἔξεστι συμορᾶν. εἰ γὰρ πᾶν τὸ μεταβάλλον, ἐν τῷ πέρατι τοῦ ἐν ᾧ μεταβάλλει χρόνου μεταβέβληκεν· ἐν ᾧ πέρατι οὐκέτι ἐν τούτῳ ἐστὶν ἐξ οὗ μετέβαλλεν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ λοιπὸν εἰς ὃ μετέβαλλέ τε καὶ μεταβέβληκεν· εἴη ἂν καὶ τὸ ζῆν Δίωνα, εἰ μεταβάλλει, ἐν ἐσχάτῳ τινὶ χρόνου μεταβάλλειν τοῦ ἐν ᾧ ζῇ· ὃ πέρας ἐστὶ χρόνου, καὶ οὐ χρόνος· ἐν ᾧ οὐκέτι ἀληθὲς τὸ ζῆν Δίωνα· τέθνηκε γὰρ ἤδη ἐν τούτῳ. τὸ οὖν, ζῇ Δίων, τὸ ἐν τῷ ἐνεστῶτι νῦν λεγόμενον, εἰ μὲν ἐν ᾧ μεταβέβληκεν ἀπὸ τοῦ ζῆν νῦν λέγοιτο, οὐκ ἀληθές· εἰ δὲ ἐν ἄλλῳ πρὸ τούτου ὁτῳοῦν νῦν λέγοιτο, ἀληθὲς τὸ ζῇ Δίων. — — — Εἰ δὲ τὸ, ζῇ Δίων, μὴ ἐν τῷ νῦν λέγοιτο, ἀλλ' ἐν χρόνῳ οὗ πέρας ἔσται τὸ ἐν ᾧ πρώτῳ τέθνηκεν μεταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ζῆν, μεταπεσεῖται τότε εἰς ψεῦδος τὸ ζήσεται Δίων.

Ego vero ex tota ista, sive Simplicii, sive Alexandri disputatione, quod ad nostram quidem quæstionem pertineat, nihil aliud intelligo, nisi, (quod ipsum fere jam supra ad Laërtii verba ex lib. VII. sect. 76. monui,) verbum μεταπίπτειν in Dialecticorum scholis de axiomatibus sive enunciationibus eadem notione, atque vulgo de rebus quibuscumque, dici solitum, ut idem valeret ac μεταβάλλεσθαι, nempe *mutari, variare, converti*; sigillatim autem de *veræ propositionis in falsam mutatione* fuisse usurpatum. Et, ut dicam tandem quod sentio: de *Ratiocinio* etiam ubi usurpatur idem verbum, non aliter puto accipiendum. Quos Μεταπίπτοντας λόγους cum Chrysippo dicit Epictetus noster, videntur mihi plane illud esse *genus fallacium argumentationum* s. *sophismatum, cujus fallacia in eo inest, ut*, cum justi syllogismi speciem mentiatur argumentatio, *sententia propositionum præmissarum, aut terminorum quæ in illis occurrunt, ita mutetur, & in alium sensum detorqueatur, ut ex dubbus præmissis, quarum utraque per se vera sit, utraque recte sumta & recte concessa, legitime colligi videatur conclusio quæ manifeste falsa sit.* Quod genus late patet, & omnia illa sophismata complectitur, quæ e quolibet ambiguitatis genere, e compositione & divisione sermonis, e dicti secundum quid (quod ajunt) confusione cum simpliciter dicto, & quicumque sunt alii his similes errorum in argumentando fontes, exsistunt. Esse

vero

vero hoc fallaciarum genus eosdem quos Μεταπίπτοντας λόγους dicit Epictetus, non solum probabili conjectura ex ipso nomine colligere licebat; verum etiam certa ratione, ut mihi videtur, intelligi poterat ex his, quæ de eo genere idem Epictetus noster eodem hoc capite, in quo versamur, disputat, & ex his præsertim, quæ de μεταβολῇ καὶ μεταπτώσει τῶν λημμάτων, de *mutatione præmissarum propositionum* dicit, *quas postquam concessimus, mutat adversarius, & in aliam sententiam detorquet, ut in conclusione non amplius eædem maneant, quæ & quales fuerant a nobis concessæ.* (vs. 17 — 20.) Eademque interpretatio perapte in reliqua omnia loca convenit, ubi eorumdem Μεταπιπτόντων mentionem facit Epictetus. II. 13, 21. II. 17, 27. II. 21, 17. III. 2, 6. &c. Omnino autem hoc vocabulum plerumque generaliori quadam notione usurpasse Epictetum pro *quolibet genere sophismatum*, probabile mihi fit ex variis locis, quibus illud occurrit, quum inter se collatis, tum cum II. 16, 13. Quod vero VPTONVS ait, *videri sibi λόγους μεταπιπτοντας esse aut eadem argumenta, aut iis valde similia, quæ græce ἀνθιστρέφοντα adpellantur*; nihil dixit, quod in quoquam ex eis locis, ubi vel apud Epictetum vel apud alios mentio fit τῶν Μεταπιπτόντων, præsidium inveniat: quamquam non nego posse & hæc argumenta quodammodo ἀνθιστρέφεσθαι, id est, in adversarium retorqueri. Sic, verbi caussa, ludicra illa & digna scilicet viris philosophis ratiuncula, cujus mentionem Seneca Epist. 48. facit: *Mus syllaba est: mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit:* poterat illa, ut quam falso conclusa esset ostenderetur, tali modo (quemadmodum ibidem idem Seneca docet) retorqueri: *Mus syllaba est: syllaba autem caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit.*

Nescio quo pacto induci me passus sum, ut latius, quam vel desiderare vel mereri res ipsa videri poterat, de hoc genere disputarem: sed & ipse diu, quid de Μεταπίπτοντι λόγῳ statuerem, incertus hæseram; & miratus eram, in diversa omnia discessisse interpretes, & apud alios ex recentioribus scriptoribus, qui de Stoicorum Dialectica commentati sunt, τοὺς Μεταπίπτοντας λόγους, quorum tam frequens apud Epictetum mentio occurrit, ne verbulo quidem esse commemoratos. De latino vocabulo, quo græcum redderem, cum diu dubitassem, quonam potissimum uterer, aut rectiusne ipsum

grœcum tenerem; commodiſſimum viſum eſt, ſi *Variantem rationem*, vel *Variantem argumentationem* τὸν Μεταπίπτοντα verterem.

Eod. vſ. 1. καὶ ὑποθετικοὺς. In torquendis *hypotheticis ſyllogiſmis*, & variis etiam potiſſimum fallaciis in eo genere & ſtruendis & rurſus reſolvendis, multum verſabatur Stoicorum ſubtilitas. Comprehendebant autem Stoici eo nomine cum hos, quos vulgo omnes Dialectici hypotheticos vocare conſueverunt, quos illi ſigillatim *connexos*, συνημμένους vel συμπεπλεγμένους adpellabant; tum eos quos alii & ipſi etiam Stoici *disjunctivos*, διεζευγμένους, adpellant. Vide Indicem in his vocibus; & conſule Heynium ad Enchir. c. 36. & quos ille laudavit auctores.

Ibid. „ἔτι δὲ τῷ ἠρωτῆσθαι περαίνοντας. *Quæ concludunt interrogando:* hoc eſt, eo quod adverſarius interrogatus fuerit, ex ejusque reſponſionibus concluſio petatur.“ WOLFIVS. — „ἔτι δ' ἐκ τοῦ ἠρωτῆσθαι περαίνοντας. Ita noſter codex: alii ἔτι δὲ τῷ ἠρ. περ. Περαίνοντες ſunt *ſyllogiſmi qui aliquid ex præmiſſis concludunt & conficiunt.* Scripſit Chryſippus περὶ τῶν περαινόντων λόγων, *de concludentibus orationibus.* [immo *rationibus*, vel *argumentationibus.*] Laërt. VII. 195. De ſyllogiſmis qui dicuntur ἀπέραντοι & περαντικοὶ, vide Laërt. VII. 77. & ibi Interpretes. Inter Sophiſmatum genera memorat Laërtius VII. 44. ἐλλιπεῖς καὶ ἀπόρους καὶ περαίνοντας.“ VPTONVS, *partim in Notis, partim in Indice.*

Non improbo lectionem quam e ſuo codice adoptavit Vptonus; ſed percommode pariter teneri olim vulgata poterat, τῷ ἠρωτῆσθαι, in quam eamdem conſentiunt omnes III. 21, 10. Hoc loco τῷ ἠρωτῆσθαι cum olim editis dat pc. At nude ἔτι δὲ ἐρωτῆσθαι pab. absque articulo; ſed in pb. ſuperne ſcribitur ἐκ τοῦ, quod Vptoni codex habebat. conf. III. 2, 6. Quæ vero de περαίνοντι λόγῳ vel συλλογισμῷ adtulit idem vir doctus, ea ad id quidem, quod hîc apud Epictetum agitur, nihil ſpectabant. Nempe diſtinguere utique conſueverant Stoici inter *ſyllogiſmum* περαίνοντα vel περαντικὸν, id eſt, *concludentem*, ſcil. quo ex regulis artis, juſto modo, & legitima forma, colligitur aliqua concluſio; & ἀπέραντον, quo nihil legitime concludi poteſt, qui manifeſte contra artis regulas de modis & figuris ſyllogiſmorum peccat; qua de diſtinctione, præter Laërtium ab Vptono citatum, conferri Sextus poteſt in Pyrrh. Hypotyp. II.

146 sq. & adv. Math. VIII. 428 sqq. apud quem alterum genus etiam συνακτικὸν, (quemadmodum mox apud ipsum Epictetum vs. 12. συναγομένους λόγοι) alterum ἀσύνακτον nominatur. At nunc de argumentatione agitur, quæ περαίνει quidem, id est, *efficit & concludit aliquid;* sed id non per syllogisticas regulas & syllogistica forma, verum ἐκ τοῦ ἠρωτῆσθαι vel τῷ ἠρωτῆσθαι, id est, *interrogationum serie adversario proposita.* Neque vero *Sophismatis* alicujus, quod nude ὁ περαίνων, id est, ὁ περαίνων λόγος dicatur, (quod Vptonus nobis narrat) mentionem apud quemquam veterem scriptorem reperio. Nam quod est apud Laërt. VII. 44. si modo ibi sana & integra scriptura est, hoc dicit ille compilator: *sophismatum alia esse* λόγους περαίνοντας, id est, *syllogismos qui legitimo modo & figura concludunt, neque adeo in forma (quod ajunt) peccant, sed in materia; alia vero esse* λόγους ἐλλιπεῖς καὶ ἀπόρους, *id est, ex genere* τῶν ἀπεράντων, *quæ non legitime concludunt, adeoque contra justam formam syllogismorum peccant.* Potueratque ille Laërtii locus fortasse ex alio parallelo lucis nonnihil accipere, VII. 82. nisi hic truncatus & mutilus ad nos perveniisset. Memorat quidem & Gassendus (de Logicæ Origine & Variet. cap. 7. T. I. Opp. p. 52.) *sophisma* quoddam Stoicorum, quod τὸν Περαίνοντα, i. e. *Conficientem* vocari ait apud Laërtium, Epictetum & alios: sed, quinam sint hi alii, non declaravit; ad Laërtii solum locum provocat, quem modo vidimus, & ad Epictet. III. 2, 6. At Epicteti iste locus non solum in eo corruptus est, quod ad verbum ἠρωτῆσθαι articulus τῷ intercidit; verum in editionibus, quæ Vptonianam præcesserunt, prava etiam verborum distinctione magis erat corruptus, quum verbum ἠρωτῆσθαι, quod cum περαίνοντας erat conjungendum, ab hoc separatum esset & cum præcedente verbo copulatum.

Igitur *Sophismati*, de quo hîc apud Epictetum agitur, non nudum nomen erat ὁ περαίνων, sed ὁ τῷ ἠρωτῆσθαι (vel ἐκ τοῦ ἠρωτῆσθαι) περαίνων, scil. λόγος, *ratio vel argumentatio quæ interrogando concludit, & id quod vult efficit.* Quo nomine, si quid video, nihil aliud intelligitur, nisi famosus ille Stoicorum in scholis *Sorites*, in quo & struendo & solvendo mire illi suum exercebant ingenium: quod ipsum genus Cicero eisdem fere, quibus Epictetus, verbis designavit, cum in Procem. ad Paradoxa de Catone loquens, quem *perfectum Stoicum*

esse ait; *& in ea est hæresi*, inquit, *quæ — — minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit.* Confer eumdem Cic. Acad. Quæst. lib. II. c. 18. & cap. 28 sq. Adde Sextum Emp. Pyrrh. II. 253. & adv. Math. VII. 416. & quæ ad utrumque locum Fabricius adnotavit; tum Menagium ad Laërt. II. 108. & e recentioribus in primis Baylium, in Dictionar. artic. *Chrysippe*, not. *O.*

Ibid. περὶ καθήκοντος οὖσα. Quo pacto & quatenus dicat, *ad officii rationem* (vel, *ad id quod conveniat*) *pertinere* istarum subtilitatum dialecticarum tractationem, mox ipse satis perspicue perspecteque explicat: nempe non, quod laus sit, ista scire; sed quod sit dedecus, si ignoret, neque exercitatus in his sit is, qui non modo studiosum sapientiæ, verum etiam magistrum se profiteatur; cui adeo per ipsius personæ rationem, quam suscepit, sæpe usu venit, ut cum eis hominibus ei agendum sit, qui subtilissima disputandi arte, qua valent ipsi, abutuntur cum ad præcepta veræ philosophiæ labefactanda, tum omnino ad ridendos cavillandosque eos, qui veritatem, quæ ipsis molesta est, tuentur. conf. vs. 21. & cap. 8, 3. Ceterum non sane nimium admiratorem fuisse Philosophum nostrum difficilium istarum nugarum, in quibus Stoæ alumni, Chrysippo præsertim præeunte, jactare sese consueverant, abunde idem ipse quavis occasione declarat. Vide modo alia quælibet loca, quibus, excepto hoc nostro, earumdem argutiarum mentionem facit; quæ loca in Indice sub voce Μεταπίπτων collecta invenies. Conf. proxime sequens cap. 8. hujus libri, vs. 4 seqq. Adde II. 23, 44 sqq. Denique, quatenus omnino utilis sit universa ars disserendi, perspecte docentem vide Philosophum nostrum cap. 17. hujus libri.

Vers. 2. πῶς ἂν εὕροι. εὑροοῖ ed. Ven. Bas. & Salam. cum quibus facit cod. pa. εὑροοῖ pc. εὑροῖ ed. Colon. εὑροῷ pb. & sic ed. Cantab. & Lond. nempe hæ ex WOLFII mente, cujus ad hunc locum hæc est Adnotatio: „πῶς ἂν εὑροῷ τὴν διέξοδον καὶ ἀναστροφήν. Pro, κατὰ τὴν διέξοδον. D. Moibanus ἀναστροφὴν hic intelligit τὴν ὁριστικὴν καὶ συνθετικὴν μέθοδον; quod ea quæ per ἀνάλυσιν inventa sunt, κατὰ διέξοδον copiose, κατὰ σύνοψιν vero in definitionum metas contracta, succincte explicentur, atque inverso ἀναλύσεως ordine procedatur.“ — MEIBOMIVS ad εὑροοῖ (quam scripturam Genevensis quoque

que editio, qua ille usus est, præferebat;) „Durum videtur εὑροεῖν τὴν διέξοδον, nisi subaudias κατά. Non inepte legetur εὕροι.“ — Quam Adnotationem Salmasio auctori, pro suo more, tribuit Vpton. Ipse VPTONVS εὑρῇ edidit, & in Notis: „Noster codex (inquit) εὑροῦ. Mihi certissima emendatio videtur εὑρῇ.“ — At εὑρῇ, nisi omnia me fallunt, ne græcum quidem est. Si conjunctivus placet, oportebat εὕρῃ. Sed optativi modi clara vestigia servasse codices videntur; quare haud cunctanter εὕροι cum Meibomio scribendum putavi. Errore huic adfini III. 14, 18. εὑροεῖν olim in εὑρεῖν era detortum. ἀναστροφὴ nil aliud significat nisi *rationem qua quis in aliqua re versatur.* conf. vs. 4. & vs. 27. Eademque fere vis vocabuli διέξοδος, quod alias *finem, exitum rei* denotat; nunc *rationem qua quis negotium exsequitur, persequitur, & ad finem perducit.*

Vers. 3. οὐ συγκαθήσει. „Sic legendum, a συγκαθίημι, unde συγκαθεὶς ἄορ. β'. participii, *qui se demisit, qui descendit in arenam.*“ WOLFIVS. — Nempe mendose συγκαθήκει erat editum, quod & Salmasius corrigendum monuit; & ab Vptono demum vera scriptura συγκαθήσει, suffragante ipsius codice, (& nostro pc.) in contextum est receptum; quam in scripturam vs. 27. omnes consentiebant. Idem verbum supra eodem modo usurpatum vidimus, I. 2, 14. εἰς τὴν σιέψιν συγκαθείς. Initio hujus vs. pro ἢ τοῦτο, est εἰ τοῦτο in pc. qua parte persæpe peccarunt nostri librarii.

Vers. 4. μὴ τούτων δὲ μηδέτερον προσδεχομένοις. „Lego τοῖς δὲ τούτων μηδέτερον. Sententia est: esse bono viro disputandum, idque non temere & obiter; requiri ergo meditationem & artem.“ WOLFIVS. — „μὴ τούτων δὲ μηδέτερον. Ita noster codex & [edit.] Basil. [Eodem modo cod. pc. & editt. omnes post Basil.] Codex Ven. μὴ τοῦτον. Ms. Par. μὴ τοῦτον δὲ μηδ' ἕτερον. [Sic nempe pa. sed in eo super τοῦτον superne τούτων scriptum.] Ante μὴ τούτων Meibomius delet μὴ, aut scribit καὶ. Nihil muto. μὴ δὲ μηδέτερον τούτων προσδεχομένοις, *qui neutrum horum admiserint.* Acrius negat geminata negatio.“ VPTON. Pari modo geminatam negationem cum alibi habes, tum I. 12, 1. μὴ προνοεῖν μηδενός. In pb. hoc loco sic scribitur, μὴ τοῦτο δὲ μηδ' ἕτερον.

Ibid. στρέφεται ἡ ἐρώτησις. Articulum, quem ignorabant superiores editiones, tacite adjecit Vptonus,

ſuum (putó) codicem ſecutus. Adeſt is articulus in noſtro pb.

Verſ. 5. Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται ἐν λόγῳ; In ſuperioribus editionibus in hunc modum diſtincta erant verba: Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται; ἐν λόγῳ τἀληθῆ τιθέναι &c. quæ ſic interpretatus eſt Wolfius: *Nam quid profitetur? ſe in oratione vera poſiturum, falſa repudiaturum.* Pariterque verſ. 9. ſic diſtinguebant: Ἐπὶ τούτοις τί παραγγέλλεται; ἐν λόγῳ τὸ ἀκόλουθον &c. *Poſthæc quid præcipitur? In oratione id quod a te conceſſis* &c. Perſpecte vero verba ἐν λόγῳ utrobique (conſentientibus noſtris codd. pbc.) cum ſuperioribus conjunxit Vptonus; ſed totam ſententiam parum commode ſic vertit: *Quid enim in ratione profitetur?* & verſ. 9. *Poſthæc in ratione quid profitetur?* Dein vero in Notis ad h. l. ita monuit: „Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται ἐν λόγῳ; *Quid enim in Logica promittitur?* Sic mox, τί παραγγέλλεται ἐν λόγῳ; *quid in Logica præcipitur? Te admiſſurum id, quod conſequens eſt propoſitionibus recte a te conceſſis.* Ita vertendum.“ — Vbi quod τὸν λόγον *Logicam* interpretatur, non eſt id quidem ab Epicteti uſu admodum alienum: ſimiliter enim & II. 21, 23. & III. 9, 19. ὁ λόγος *ars rationis* vel *ars ratiocinandi* commodiſſime verti videtur; pro quo alibi τὰ λογικὰ dicit, I. 27, 6. I. 17. *tit.* II. 25, 1. Sed ea notio nec huic loco, nec aliis, ubi in eodem hoc capite idem nomen eadem in connexione occurrit, (vſ. 8. 9. 11. 22. 26 ſq.) ſatis apta mihi viſa eſt. Itaque *disputationem* verti; quo vocabulo ipſum etiam Vptonum in verſione vſ. 11. uſum eſſe video. Intelligitur nempe *disputatio, quæ via quadam & ratione, ex artis præſcripto, inſtituitur;* ut mox ſatis aperte ipſe docet.

Ibid. τὰ ψευδῆ αἴρειν. Perperam αἱρεῖν pb.

Ibid. τὰ ἄδηλα ἐπέχειν. „πρὸς τὰ ἄδηλα“ MEIBOM. — „Cum Meibomio πρὸς inſerendum, πρὸς τὰ ἄδηλα. Sic certe I. 28. 2. πρὸς δὲ τὰ ἄδηλα ἐπέχειν. & III. 3, 2. πρὸς τὸ ἄδηλον ἐπέχειν. Vide & II. 24, 19. Cicero Acad. II. 17. ἐπέχειν vertit *ſuſtinere adſenſionem.* Et cap. 18. *Ex his neceſſario nata eſt* ἐποχή, id eſt, *adſenſionis retentio.* Sextus Emp. lib. II. c. 22. [Pyrrh. Hyp. II. ſect. 253.] Οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον δογματικοὶ ἐν τῇ συνερωτήσει τοῦ σωρείτου, προιόντος τοῦ λόγου, Φασί, δεῖν ἵστασθαι, καὶ ἐπέχειν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς ἀτοπίαν. Hinc quoque M. Anton. lib. X. 12. ἐπέχειν. Qui quidem

dem locus perperam solicitatus est ab interpretibus: Τίς ὑπονοίας χρεία, παρὸν σκοπεῖν τί δεῖ πραχθῆναι; κἂν μὲν συνορᾷς, εὐμενῶς, ἀμεταστρεπτὶ ταύτῃ χωρεῖν· ἐὰν δὲ μὴ συνορᾷς, ἐπέχειν, καὶ συμβούλοις τοῖς ἀρίστοις χρῆσθαι. *Quid suspicione est opus, cum præsto sit* (vel, *cum liceat*, παρὸν) *considerare, quid fieri oporteat? Et, si perspexeris, placide, constanter eâ fac progrediaris:* (omissa copulativa, quod usitatissimum:) *si vero non perspexeris, justineas adsensionem*, & *optimos quosque in consilium adhibeas.*" VPTON.

Quod si, quemadmodum I. 28, 2. & III. 3, 2. sic etiam hoc loco ante τὰ ἄδηλα ἐπέχειν præcederet τοῖς ἀληθέσιν ἐπινεύειν, & τοῖς ψευδέσι δυσαρεστεῖν vel πρὸς τὸ ψεῦδος ἀνανεύειν, *verum amplecti, respuere falsum;* confidenter & ego pronunciarem, πρὸς τὰ ἄδηλα h. l. scribendum, & sic scriptum reliquisse Arrianum, ut πρὸς τὰ ἄδηλα ἐπέχειν esset *ab incertis adsensionem suam retinere.* At quum jam de eo agatur, qui alterum docet, qui vera adserit, falsa tollit, incerta ostendit esse incerta; poterit fortasse ferri τὰ ἄδηλα ἐπέχειν, quasi dicat, *incerta inhibere*, ne scilicet vel pro certis sumantur, vel tamquam falsa tollantur, sed tamquam incerta in medio relinquantur. De M. Antonini verbis, quæ citavit Vptonus, in transcursu monere liceat, παρὸν ibi commodius pro δέον intelligi, *cum deberet;* de qua notione illius verbi dixi ad Polyb. IV. 27, 4. Conf. Lexic. Polyb. v. παρεῖναι, num 2.

Vers. 6. Ἀρκεῖ, *Φησίν.* In ora edit. Bas. notatur *Φασὶν*, nempe ex editoris conjectura, quæ minime necessaria erat. *Φησὶν* vel indefinite accipi potest, de quo usu Vptonus monuit ad I. 4, 9. vel refertur ad eum cum quo nunc hæc disputat Epictetus.

Ibid. διότι — — παραδέχου. „De constructione vide supra ad I. 2, 18. Reposui autem ὅτι auctoritate nostri codicis. διότι habent editi." VPTON. — Particulam διότι scriptoribus nonnullis, & Polybio præsertim, frequentatam pro ὅτι, sæpe vel a librariis nonnullis vel ab editoribus temere in ὅτι fuisse mutatam, passim ad Polybium monui. Eamdem licentiam in Epicteto subinde sibi sumsere partim librarii quidam, partim editores. Vide I, 11, 5. IV. 7, 8. & Enchir. c. 1, 5. & cap. 40. Quibus cunctis in locis διότι auctori suo restituendum putavi. Hoc loco (quemadmodum & IV. 7, 8.) cum Vptoni cod. consentit quidem noster pb. (& ex conje-

conjectura etiam διότι hîc in ὅτι mutatum voluerat Meibomius) at διότι cum vett. edd. agnoscit pa. & eodem modo dare debuerat pc. in quo est διὰ τί. Conf. varietatem Lect. ad I. 11, 5. & Not. ad I. 10, 7.

Vers. 7. Τί οὖν δεῖ τούτῳ προσλαβεῖν; τοῦτον suspicabar scribendum. τοῦτο habet pc.

Vers. 8. τοῦ ψευδοῦς. Magis placet ψεύδους, quod habet pc.

Vers. 9. τί παραγγέλλεται ἐν λόγῳ; Vide Not. ad vs. 5.

Ibid. Τὸ ἀκόλουθον. „Lego Ὅτι τὸ ἀκόλουθον. Sic supra vs. 6. Et hoc sensu ὅτι jungitur sæpe cum verbo modi imperativi.“ VPTON. — Adjici utique poterat ea particula, sed & absque ullo incommodo prætermitti.

Ibid. τοῖς δοθεῖσιν ὑπὸ σοῦ καλῶς. Id infra, vs. 15. dicit ὑγιῶς παραχωρεῖν τὰ ὡμολογημένα, & διδόναι ὑγιῶς τὰ λήμματα, vs. 13.

Vers. 10. τοῦτο γνῶναι. τούτῳ habet ora ed. Basil. temere.

Ibid. πῶς τί τισιν ἀκόλουθον. Deest τὶ pc.

Ibid. πότε μὲν ἓν ἑνὶ ἀκολουθεῖ, πότε δὲ πλείοσι κοινῇ. *Quando ex uno enunciato aliud* per immediatam, quæ dicitur, consequentiam *colligatur; quando* contra *ex plurium rationum collatione.* Pro ἓν ἑνὶ, perperam ἐν ἑνὶ erat in ed. Ven. & Bas.

Vers. 11. καὶ αὐτόν τε ἀποδείξειν ἕκαστα ἀποδόντα. Vexatus locus, ac vereor ne non satis ad liquidum perductus. Ante Vptonum editiones omnes, excepta Salmanticensi, sic dabant, καὶ αὐτόν τ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα. Quæ scriptura quum manifeste contra grammaticam rationem impingeret, Wolfius καὶ αὐτόν τε κατ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα legendum putavit; atque eodem modo, nisi quod particula τε omissa sit, in Salmant. edit. legi Vptonus ait. Meibomius, in ἕκαστα inesse errorem ratus, sic corrigere jussit, καὶ αὐτόν τ' ἀπόδειξιν ἑκάστων ἀποδόντα. Vtraque ratio per se commoda, & posterior præsertim speciosa; verum utraque hoc incommodi habet, quod, cætera si teneas, participio ἀποδόντα in ista connexione cum præcedentibus sequentibusque nullus locus esse possit, sed necessario infinitivus requiratur, (ἀποδιδόναι, sive rectius ἀποδώσειν in futuro) qui infinitivus cum sequente παρακολουθήσειν connectatur, & simul cum hoc & reliquis, qui adsunt, infinitivis a præcedente μέλλοντα pendeat. Quo magis miror, quo pacto VPTONVS, cum καὶ αὐτὸν ἀποδείξειν

δεῖξειν ἕκαστα ἀποδιδόντα edidisset, & in Notis docuisset, *esse eam codicis sui scripturam*, in eadem Adnotatione improbans rursus illam rationem, sic præcipere potuerit: „Omnino autem lege cum Salmant. edit. καὶ αὐτὸν κατ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα." — Ego vero minime spernendum hoc, quod e codice suo Vptonus depromserat, putavi. Nempe ἀποδείξειν, quod in ἀπόδειξιν erat detortum, est infinitivus ille qui desiderabatur; & rectius αὐτὸν scribitur, quam αὐτόν: sed particulam τε ex editis conservandam putavi, quæ percommode duo illa membra orationis connectit, αὐτόν τε ἀποδείξειν ἕκαστα, καὶ τοῖς ἀποδεικνύουσι παρακολουθήσειν. Et in istam scripturam consentiunt fere codices nostri: αὐτόν τ' ἀποδείξειν &c. pbc. αὐτόν τ' ἀποδείξειν pa. Vna dubitatio videri potest supersesse, de verbo ἀποδόντα, quænam ejus vis sit nunc in ista connexione: pro quo commodius quidem dictum videri poterat τὰ ἀποδιδόμενα, *ea quæ ab ipso traduntur*; sed temere mutare scriptum non ausim, & τὸν μέλλοντα — — αὐτὸν ἀποδόντα ἀποδείξειν ἕκαστα interpretor, *qui voluerit, quæ ipse tradidit, (depromsit, perhibuit, proposuit,) demonstrare singula.* Cujus usus verbi ἀποδιδόναι exempla nonnulla apud H. Stephanum in Thes. & in Lexico nostro Polybiano invenies: nec tamen diffiteor, me adhuc certiora quædam, & quæ cum hoc Epicteti loco majorem similitudinem habeant, exempla desiderare.

Vers. 12. Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ἡ περὶ τῶν συναγόντων λόγων καὶ τρόπων πραγματεία καὶ γυμνασία, καὶ ἀναγκαία πέφηνεν. Ante Vptonum sic vulgo dabant omnes: Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν, ὡς ἡ περὶ &c. Quo referuntur duæ WOLFII Adnotationes; altera hujusmodi, ad verba Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν. „*Ergo venit nobis.* Intelligi potest, *ergo deprehendimus*, vel *ostendimus*. Sed quid si legas, οὐκοῦν ἐλελήθει ἡμᾶς; *Ergo latuit nos? non animadvertimus.*" — Altera, ad particulam καὶ, quæ est ante ἀναγκαία. „Potest intelligi (inquit) κατ' ἀπόφασιν, *non modo non supervacanea, sed etiam necessaria.* Quid vero si legatur χρησίμη καὶ ἀναγκαία, *utilis & necessaria.*" —

VPTONVS, deleta particula ὡς, & reliquis verbis sic conjunctis, ut nos fecimus, Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ἡ περὶ &c. „Ita noster codex, ait, cum Ms. Par. [Sic nempe pab.] Sed ista lectio [inquit rursus] non placet. Repone itaque cum aliis codicibus, ὡς ἡ περὶ, & καὶ ἀναγκαία

ἀναγκαία verte *etiam neceſſaria.* Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ὡς ἡ περὶ &c. *Ergo venit nobis* (vel, quod magis latinum, *Ergo res huc recidit*) *ut concludentium propoſitionum ac modorum tractatio, & exercitatio, etiam neceſſaria videatur.* Sic II. 16, 22. οὐκ ἐπέρχεταί μοι, *mihi in mentem non venit.* Apud Laërt. lib. VII. 21. ἃ ἐπέρχεταί μοι, *quæ occurrunt mihi.*" —

At nihil huc ſpectat phraſis iſta, τοῦτο ἐπῆλθέ μοι, *hoc mihi in mentem venit.* Recte vero particulam ὡς ignorant ſcripti libri, a quorum fide deſciſcere Vptonus non debebat. Codex pc. quidem, qui ὡς ſervat, pro καὶ ἀναγκαία deinde εὖ ἀναγκαία habet. Ingenioſe Wolfius ἐλήλυθεν ἡμῖν interpretatus erat *venit nobis* i. e. *deprehendimus* vel *oſtendimus:* ſed ſimplicius atque verius ſic intelligetur, *nata eſt nobis, ortum inter nos cepit.* Sic fere I. 1. 4. πόσου ἀξία ἐλήλυθε, ubi idem fere valet ac παρείληπται: & I. 20, 6. ἡ Φρόνησις, τίνα ἐπαγγελίαν παρεληλυθεν; ubi rurſus idem eſt ac παρείληπται vſ. 5. Et quod ſi cogitas, παρείληπται valere *datum nobis eſt, accepimus;* eadem fere notio hîc fortaſſe locum etiam quodammodo habebit, *advenit nobis iſta tractatio,* id eſt, *inventa & tradita nobis eſt ars iſta tractandi ſyllogiſmos, accepimus eam artem,* nempe a Philoſophis qui in ea elaborarunt. οἱ συναγωγὲς λόγοι, qui hîc memorantur, ſunt *ſyllogiſmi rite concludentes,* ut ſupra ad vſ. 1. monui; τρόποι ſunt varii *modi, quibus legitime concluditur ſyllogiſmus.*

Verſ. 12. ἔστιν ἐφ' ὧν δεδώκαμεν ὑγιῶς τὰ λήμματα. ἔστιν ἐφ' ὧν ſimiliter dictum, ut illud vulgatiſſimum ἔστιν ἃ; ut ἔστιν ἐφ' ὧν idem valeat ac ἔστιν τινὰ ἐφ' ὧν, vel ἐσθ' ὅτε ἐπί τινων. Proprie autem dicere debebat εἰσὶν (ſcil. λόγοι καὶ τρόποι) ἐφ' ὧν, ſunt *ratiocinationes, argumentationes, in quibus recte conceſſimus præmiſſas:* ſed nihil impediebat, quo minus in neutro genere indefinite diceret ἔστιν ἐφ' ὧν, ut omne genus argumentandi & disputandi complecteretur.

Ibid. καὶ συμβαίνει τι ἐξ αὐτῶν. *& ex iis* (ſcil. λήμμασι, *præmiſſis quæ a nobis conceſſæ ſunt*) *fit* vel *exſiſtit aliquid,* id eſt, *efficitur, concluditur,* συμπεράίνεται, unde τὸ συμπέρασμα *concluſionem* ſyllogiſmi dixere. Eadem notione verbum συμβαίνειν rurſus habes vſ. 14 & 19. Eodemque verbo jam in ipſa Syllogiſmi definitione ſic uſus eſt Ariſtoteles: Συλλογισμός ἐστι λόγος, ἐν ᾧ, τεθέν-

τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. Analyt. Prior. lib. I. cap. 1. eodemque modo ſexcenties aliâs idem in Dialecticis libris. conf. locum mox ad vſ. 14. proferendum. Monuit autem ad auctoris noſtri verba VPTONVS: „Legit noſter codex, συμβαίνει τοῦτο ἐξ αὐτῶν. Ms. Par. τουτὶ ἐξ αὐτῶν. Ante συμβαίνει ſupple ἐφ' ὧν, ſic omnia plana." — τί cum edd. habet pc. τουτὶ pab. Vide vero, ne τοῦτο, τι ſcripſerit Arrianus, id eſt, *tale aliquid, hoc quoddam*, nempe *ἀξίωμα, pronunciatum; certum quoddam pronunciatum.* At iſto modo, non tam τοῦτό τι, quam τόδε τι, uſurpari putaverim; (quemadmodum τάδε τινα habes I. 6, 10.) quamquam fortaſſe & illud ferendum. Immo videndum, ne ipſum τουτὶ, quod dant duo Pariſini codices, eadem ſententia probum verumque ſit.

Verſ. 15. Ἀλλὰ λέγειν, ὅτι οὐχ ὑγιῶς παρεχώρησα τὰ ὡμολογημένα; *An dicam, ea quibus adſenſus eram, non recte fuiſſe a me conceſſa?* Locum hic demus eis, quæ ad hæc verba SCHEGKIVS adnotavit: „Ex conceſſis, inquit, disputatio concluditur. Quæ vero adhibentur ad disputandum, aut pro veris conceduntur, aut pro falſis negantur, aut pro incertis & dubiis ponuntur. Cæterum qui reſpondet in disputatione dialectica, & obligat ſeſe interroganti, cautus & circumſpectus ſit oportet, ne quid committat quo redargui poſſit: quod nimirum artis eſt, & exercitationis, & attentionis. Moleſte qui ferunt ſe capi disputando, ac redargui, appellantur græce δύσκολοι; de quibus Ariſtoteles ſic ſcribit: [Topic. lib. VIII. cap. 1. ſect. 20.] Οἱ γὰρ δύσκολοι τὰ πρῶτα μάλιστα συγχωροῦσιν, ἐὰν μὴ παγελῶς φανερὸν ᾖ τὸ συμβησόμενον· ἐπὶ τελευτῆς δὲ δυσκολαίνουσι. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι οἴονται ὁριμεῖς εἶναι ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι. θέλγες γὰρ τὰ πλεῖστα, ἐπὶ τέλους τερθρεύονται, ὡς οὐ συμβαίνοντος ἐκ τῶν κειμένων. τιθέασι δὲ προχείρως, πιστεύοντες τῇ ἕξει, καὶ ὑπολαμβάνοντες οὐδὲν πείσασθαι. Hanc dialecticam in disputando garrulitatem Plato, in Parmenide, ἀδολεσχίαν appellat. Laërtius vero [in Procem. ſegm. 17.] ſic definit Dialecticos, ut hi ſint ὅσοι περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν κατατρίβονται."

Ibid. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο δίδοται. „*Atqui ne hoc quidem datur*, ſcil. ab adverſario, qui ſibi ſemel conceſſa mordicus retinet." WOLFIVS. Potes τοῦτο οὐ δίδοται ſimpliciter etiam intelligere, *hoc non licet*, ſcil. per regulas legesque quibus Ars disputandi continetur.

Ibid.

Ibid. οὐ συμβαίνει διὰ τῶν παρακεχωρημένων. *ex eis, quæ conceſſa fuerint, hæc non effici.* „Ad data & conceſſa ante concluſionem caute reſpondenti eſt reſpiciendum. Illud enim artis eſt, ut pœnitentiæ non ſit locus: ſed occurrendum omnibus ante concluſionem, ne redarguamur. Præcepta ſunt apud Ariſtotelem in Octavo Topicorum.“ SCHEGKIVS. — Eodem pertinent, quæ duobus libris περὶ τῶν Σοφιστικῶν Ἐλέγχων idem docuit Ariſtoteles.

Ibid. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δίδοται. „*At ne hoc quidem datur;* hoc eſt, adverſarius & ea, quæ data ſunt, ſibi extorqueri non ſinit, & concluſionem ex iis factam defendit acriter.“ WOLFIVS.

Verſ. 16. Τί οὖν ἐπὶ τούτων ποιητέον; ἢ μή ποτε &c. *Quid igitur in his faciendum? Vide annon* &c. Difficultatis nonnihil videri poteſt in verbis ἢ μή ποτε ineſſe; quæ tamen haud ægre expeditur. Familiaris Epicteto eſt iſta formula μή ποτε, eadem ratione, quâ hic, uſurpata; quæ varie verti ſolet, *fortaſſe, an, annon, vide ne;* quorum nullum non rectum, ſed poſtremum maxime proprium. Nempe elliptica eſt formula, in qua intelligi debet ὅρα μή ποτε, *vide ne forte*, vel nude *vide ne*, ut quidem bene latine dicunt; pro quo minus quidem latine, ſed ad vernaculas aures magis accommodate, *vide annon*, dicere ſolemus. Neque vero, ſi ὅρα ſubintelligas, neceſſario requiritur verbum ſequens in ſubjunctivo; nam & indicativus recte ſequitur; quemadmodum & poſt ἰδοῦ, quod idem ac ὅρα ſonat: ἰδοῦ σου τὴν ὁρμὴν, μὴ γυναικός ἐστιν, *ne ſit, annon ſit.* IV. 8, 35. Nempe aliud eſt, ſi dicis: *vide, ne hoc facias;* tunc enim ſubjunctivus requiritur. Aliud, ſi dicis: *vide, ne* (vel, *annon*) *hoc ita ſit;* ubi recte & ſuo jure ſequitur indicativus modus. Sed de particula ἢ hoc loco quid ſtatuemus? Nempe & hæc pariter, ſi quid video, elliptica quadam ratione eſt intelligenda. Τί οὖν ἐπὶ τούτων ποιητέον; (Intellige, Τί ἄλλο;) ἢ μή ποτε &c. *Quid igitur in his faciendum?* (*Quid aliud?*) *niſi videndum, ne forte* &c. Similiter IV. 7, 2. Διὰ τί οὖν — — οὐ φοβεῖται; ἢ ὅτι &c. Intellige διὰ τί ἄλλο, ἢ ὅτι. Pari ratione I. 17, 24. cum mendoſe vulgo ſcriptum eſſet: Καὶ τίς ὁρμὴν νικῆσαι δύναται; ἡ ἄλλη ὁρμή. Τίς δ' ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν; ἡ ἄλλη ὄρεξις καὶ ἔκκλισις. correxi ἢ ἄλλη ὁρμή. & ἢ ἄλλη ὄρεξις, intelligendo τίς ἄλλος; vel τί ἄλλο; Conſer ibi notata. Plenam phraſin habes

habes I. 1, 21. Τί οὖν δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἐν τοῖς τοιούτοις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ &c. & I. 2, 22. Τί δ' ὠφελεῖ ἡ πορφύρα τὸ ἱμάτιον; τί γὰρ ἄλλο, ἢ &c. cf. I. 9, 22. Simillima vero ratione accipienda ſunt ea loca, ubi ἦ δῆλον habes, priori particula non per circumflexum ſcripta, ut ſit in ἦ δὴ aut ἦ δήπου, ſed cum gravi accentu; veluti I. 2, 30. πόθεν ὁ ταῦρος μόνος αἰσθάνεται — — ἢ δῆλον ὅτι &c. intellige πόθεν ἄλλοθεν. Sic I. 6, 33. καὶ τί ἂν ἐποίει — — (intellige τί ἄλλο;) ἢ δῆλον ὅτι. I. 9, 2 ſq. διὰ τί γὰρ λέγεις Ἀθηναῖον εἶναι σεαυτὸν, — — ἢ δῆλον ὅτι &c. Quibus in locis omnibus, & horum ſimilibus, ἦ non tam *ſane*, aut *profecto*, erat vertendum, quam *niſi; quanam alia de cauſſa, niſi ſcilicet quod &c.* (conf. Adnot. ad I. 2, 30.) Et inter ἦ δῆλον ὅτι vel ἦ δηλονότι, quod iſtis locis habes, atque ἦ μήποτε, quod hîc legitur, hoc intereſt, quod ἦ δῆλον ὅτι, *niſi nempe, niſi certe, niſi profecto*, ſignificat; ἦ μήποτε vero, *niſi fortaſſe.*

Ibid. ὡς οὐκ ἀρκεῖ τὸ δανείσασθαι &c. Vſus eſt hoc exemplo, quod Epictetus adfert, in re quidem diverſa, Grotius de Jure Belli & Pacis, lib. I. cap. 1. ſect. 6. quemadmodum Vptonus etiam monuit. Eodem exemplo rurſus utitur Noſter I. 8, 2. Et intelligi par eſt, vulgo uti ſolitos eſſe hoc exemplo in ſcholis ſuis Stoicos.

Ibid. παραχωρεῖν τὸ ἐπιφερόμενον. Articulum τό, quem ignorabant ſuperiores editiones, e ſuo codice adjeciſſe ſe docet Vptonus. Eumdem habent noſtri codices omnes.

Verſ. 17. καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς. αὐτῆς, pro αὐτοῖς, pa.

Verſ. 18. μὴ μενούντων δὲ &c. „Ejusdem codicis auctoritate tres integras reſtituimus lineas, quæ in aliis deſunt libris, a verbis μὴ μενούντων, ad προσδέχεσθαι." VPTON. — Opportuna utique & neceſſaria acceſſio; cui prætermittendæ quid occaſionem dederit oſcitanti librario, in aprico eſt. Conf. Vptoni Not. ad I. 18, 8. Sed mendo non carere iſta verba, qualia quidem ab Vptono ſunt edita, facile patet. Nam ſub finem periodi ſic ille legebat: καὶ τὸ ἀνακόλουθον αὐτοῖς λόγοις προσδέχεσθαι. Quibus verbis, ſiquidem cum ſuperioribus conferantur, (quoad mihi quidem cernere datum eſt) non magis ſanus ullus ſenſus ineſt, quam latinis, quibus græca idem Vptonus reddidit. Nempe totam pericopen

ille sic convertit: *Quod si tales non permanserint, quales sunt concessæ, nos etiam omnino necessarium est a concessione discedere, & id quod est ipsis minime consequens rationibus amplecti.* Quid hoc loco dixerit Epictetus, ex tota orationis connexione minime obscurum est; nempe id ipsum, quod nos in latina versione expressimus. Quibus verbis id dixerit, ex eorum vestigiis, quæ Vptonus nobis exhibuit, conjiciendum. Si (quod mihi quidem videtur) verum est verbum ἀνακόλουθον, necessario ad προσδέχεσθαι negatio desiderabatur: quare statim οὐ προσδέχεσθαι suspicari licebat; mihi vero ad sententiam æque commodum, ad sermonis vero concinnitatem multo commodius visum est, si articulum τοῦ ante τὸ inserem, qui facile transsiliri a librario potuerat. Sic cohærent ἀφίστασθαι τῆς παραχωρήσεως & τοῦ προσδέχεσθαι τὸ ἀνακόλουθον. Si quis vero οὐ προσδέχεσθαι prætulerit, non impedio; & inveniet ille in vs. 24. præsidium, ubi habes, τὰ δ' ἀκόλουθα προσδεκτέον, καὶ τὰ μαχόμενα οὐ προσδεκτέον. Porro vero αὐτοῖς λόγοις vix & ne vix quidem ferri poterat. Ferri poterat τοῖς λόγοις. Commodius vero fuerat αὐτοῖς, absque λόγοις, ut ad λήμμασι referretur; quemadmodum & superiori versu dixit, τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς προσδέχεσθαι. Sed tenendo vocabulum λόγοις, quod per se nihil incommodi habet, nec temere deleri debuit, consultissimum putavi τοῖς αὐτῶν λόγοις scribere; quod valet idem ac τοῖς ἑαυτῶν, nempe ἡμῶν vel ἡμῶν αὐτῶν, λόγοις. Qua ratione eodem hoc cap. vs. 30. (alia quidem ibi notione vocabuli λόγος) dixit, ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτῶν λόγον. Nam ibi certissimam habeo istam emendationem αὐτῶν, pro αὐτὸν, quod dabant libri. Sic τὸ ἀνακόλουθον τοῖς αὐτῶν λόγοις erit conclusio, quæ adversarius colligit ex eis propositionibus, quæ videntur esse nostræ, & a nobis concessæ, sed non sunt; quoniam ab illo callide in aliam sententiam sunt detortæ: est ergo conclusio, quæ revera *ex nostris rationibus*, ex nostris sumtionibus, *non consequitur*. Confer quæ de Μεταπίπτουσι, seu *Variante Ratione*, ad vers. 1. monui. De eodem usu pronominis αὐτῶν, pro ἡμῶν, Polybio familiari, vide, si lubet, Lexicon nostrum Polybianum, in voce Αὐτὸς, num. 4.

Vers. 19. οὐδὲ καθ' ἡμᾶς συμβαίνει. Tacite hoc mutavit Vptonus; ac vereor, ne temere. συμβαίνοι dabant superiores editiones: videturque teneri potuisse, adeoque & debuisse, *potentialis modus*; nisi quis ad

eum

eum fulciendum opus fuisse putet adjecta particula ἄν, quam tamen & abesse haud incommode posse putaverim. — His scriptis intellexi, Vptonum, *συμβαίνει* scribentem, adsentientes sibi habere tres nostros Parisinos codices.

Vers. 20. λαμβάνονσα τὰς μεταπτώσεις. „Pro λαμβάνονσα lego ὁ λαμβάνων. Nisi forte durissima sit ἀντίπτωσις, ac potius ἀνακόλουθον, aut scriptura depravata.“ WOLFIVS. — „Scrib. λαμβάνονσι.“ MEIBOM.

„Sententia est σολοικοφανὴς seu ἀνακόλουθος, ut Grammatici amant loqui; quod locutionis genus percrebro etiam apud probatissimos occurrit authores. Apud Homer. Iliad. β'. 350 sqq.

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα, &c.
ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Terent. Eunuch. Act. V.

Nos omnes, *quibus est alicunde objectus labor,*
omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est.

Objicit autem Stoicis Plutarchus καὶ σολοικισμοὺς ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν οὐκ ὀλίγοι.“ VPTON.

Vt videat Lector, quo pacto solœcismum & nescio quam ἀνακολουθίαν in Epicteti oratione hoc loco inveniisse sibi visi sint viri docti; Wolfii versionem, quam religiose Vptonus tenuit, huc transscribam: *Est igitur & hujusmodi propositionum ratio, earumque mutatio & retractatio perquirenda: qua is qui ejusmodi retractationes arripit, — — — occasionem præbet incogitantibus, &c.* Nempe λαμβάνονσα τὰς μεταπτώσεις, quæ manifeste ad λήμματα referuntur, ad hominem disputantem illi retulerunt. Lege versionem nostram; & omnia, puto, perspicua erunt. Sunt autem τὰ λήμματα λαμβάνονσα τὰς μεταπτώσεις *propositiones, quæ*, postquam a nobis concessæ sunt, subdole dein *in aliam sententiam detorquentur* ab adversario, ut aliud quid inde colligatur, quod ex eis, quæ nos concesseramus, minime consequitur. Conf. Not. ad vs. 1. de μεταπίπτονσι λόγῳ. Quod ait ἤ τινι ἄλλῳ τοιούτῳ, sunt alia argumentandi genera, quibus præter legitimum & justum syllogismum utebantur sophistæ. Neque vero debeo dissimulare, illud λαμβάνονσα etiam doctum librarium codicis nostri pb. turbasse, qui superne inter lineas correctionem adnotavit hujusmodi λαμβάνων τις.

Verſ. 21. ἵν' ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ μὴ παρὰ τὸ καθήκον &c. „Dialecticam inprimis coluerunt Stoici. Ideoque Cicero de Divin. *Hoc vos Dialectici non facitis.* Adi Laërt. VII. 83. atque ibi vide Menagium. Perperam autem vir doctus: *Nonnulli tamen inter Stoicos Dialecticam contemſere; ut Seneca, Epictetus, Marcus Imperator.* Minime contempſere Dialecticam Epictetus & Marcus Imperator; (nam Senecam nihil moror;) ſed ad ſuos revocavere uſus. Vide infra cap. 17.“ VPTON. — Confer quæ ſupra ad verba περὶ καθήκοντος οὖσα verſ. 1. monita ſunt. Adde Baylium in Dict. art. *Chryſippe*, nota *M.*

Verſ. 22. ἀναγκαῖον γάρ ἐστιν ὅτε αἰτῆσαι. „ὁτὲ αἰτῆσαι, vel ἐνίοτε.“ Sic MEIBOMIVS; cujus Notam adferens Vptonus, probaſſe & ipſe videtur. Nempe vulgo ſic ſcribebant, γάρ ἐστιν, quaſi verbum ἐστὶν ad præcedens ἀναγκαῖον pertineret; quod ſi ita ſtatuitur, utique ὅτε nude per ſe ſtare nequit, ſed ἐνίοτε requiritur. (Nam ὁτὲ, quod pariter propoſuit Meibomius, nil huc facit; nec enim aliter hoc, niſi duplicatum, ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ, uſurpatur.) Sed recte in ed. Ven. & in pac. ἔστιν penacute ſcribitur, ut cohæreant hæc duo ἔστιν ὅτε, vulgatiſſima formula, quæ *eſt quum*, i. e. *interdum, nonnumquam*, ſignificat; quam eamdem mox rurſus vſ. 24. habemus. Atque ita fit, ut, ex uſu ſermonis non minus pervulgato, verbum ſubſtantivum ad vocabulum ἀναγκαῖον per ellipſin ſubintelligendum ſit.

Ibid. ὥσπερ ἐπιβάθραν τῷ ἑξῆς λόγῳ. „Hoc rectius intelligent ii, qui αἰτήματα γεωμετρικὰ apud Euclidem didicerunt.“ WOLFIVS.

Verſ. 23. Πᾶσαν οὖν τὴν δοθεῖσαν παραχωρητέον. Nil variant libri; vide vero, ne τεθεῖσαν pro δοθεῖσαν ſit legendum.

Ibid. In fine hujus verſus, poſt verbum τίνα; vulgo hæc inſerebantur: περὶ τίνος ἡ σκέψις; περὶ καθήκοντος, id eſt: *Qua de re deliberatur? de officio.* Quæ verba WOLFIVS in verſione uncis incluſit; in Notis vero monuit: „Videntur hæc verba aliunde irrepſiſſe neſcio quomodo.“ — Vptonus, e codice quidem ſuo nihil monens, græca etiam in contextu uncis incluſit. Ego prorſus ejicere non dubitavi. Nempe in ora libri ſui aliquis iſta verba adſcripſerat ad vſ. 21. in memoriam ſimul revocans ea quæ initio hujus capitis vſ. 1. legun-

leguntur. Agnoscunt tamen eadem verba tres nostri codices.

Vers. 24. μενετέον εἰσάπαν ἐπὶ τῆς τηρήσεως; „*Permanendum in conservatione.* Fortasse τήρησιν appellat id quod concessum semel fuit. Sed quid si legatur ἐπὶ τῆς ῥήσεως; *est-ne in eo perseverandum quod dixeris?*“ WOLFIVS. — „ἐπὶ τῆς τηρήσεως, *in suppositione.* Vide Petavium ad Synesium. p. 23.“ VPTON. — *Pag.* 22. scribere voluit Vptonus; nempe ibi PETAVIVS (quod & in Notis commemoravit fuoque calculo probavit idem Vpton.) sic scripserat: „Est autem τηρεῖσθαι, quod Dialectici dicere assolent, *supponi*; & τηρεῖν, *supponere*, ac *in suppositione permanere.*“ — Cujus significationis duo exempla adtulit idem Synesii interpres; alterum ex his ipsis Epicteti verbis, in quibus versamur; alterum ex Eusebii Præp. Evang. ex Procem. lib. XI. ubi de Platone loquens, quem plurima in Philosophia veriſſime pronunciasse ait, his verbis utitur: τετηρήσθω δέ μοι, τὸ μὴ πάνυ ἐπιτυχῶς εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ, εἰ καὶ τὰ πλεῖστα αὐτῷ σὺν ἀληθείᾳ ἐκπεφώνηται. At in his quidem Eusebii verbis τηρεῖν non *supponere* significat; sed *observare ac retinere*, ut interpres vertit, vel nude, *tenere*, *tueri*. Et omnino: aliud est, *supponere*; aliud, *in suppositione manere*. *Supponere*, est τιθέναι, aut λαβεῖν; suppositionem (aut ea quæ ab alio posita concessimus) *tenere*, *tueri*, in suppositione *permanere*, denique omnino quamcumque enunciationem aut sententiam *tenere*, *tueri*, *defendere*, id vero est τηρεῖν & ἡ τήρησις. conf. II. 19, 2 & 4 sq. In Synesii vero verbis, ad quæ refertur illud Petavii monitum, τηρεῖν denotat *tueri* statum, gradum, dignitatem conditionem. Agitur enim de Præceptoris conditione & existimatione adversus æmulum *tuenda*. In ἐπὶ τηρήσεως nil mutant libri nostri. Pro εἰσάπαν, duabus vocibus, εἰς ἅπαν scribit pc. Pa. vero in textu quidem εἰς πᾶσαν, sed idem in ora εἰσάπαν.

Vers. 25. ἀπαχθῆναι. ἐπαχθῆναι pc. minus recte.

Ibid. πρὸς τοῦτον οὐ συγκαθήσει &c. Recte cum interrogatione hæc scripsit Vptonus, monente Salmasio, quemadmodum Wolfius jam fecerat in versione.

Vers. 26. λόγῳ χρηστικὸς. „Noster codex λόγων.“ VPTON. Nil mutant libri nostri. Ac recte sane λόγῳ scribitur. λόγῳ χρηστικὸς, *qui scit ratiocinatione uti, arte ratiocinandi valens, disputandi peritus.* Paulo ante, pro καὶ τίς ἔτι ἄλλος, habet καὶ τίς ἄλλος ἔτι pc.

Ibid. δεινὸς ἐρωτήσει. „Desideratur ἐν, ut sit δεινὸς ἐν ἐρωτήσει.“ MEIBOMIVS: cujus Notam *Salmasio* tribuit Vpton. Mihi nullo incommodo abesse posse præpositio visa est.

Ibid. καὶ νὴ Δία. Caret καὶ pc.

Vers. 27. τοῦ μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀναστρέφεσθαι ἐν λόγῳ. Vulgo edebatur τοῦ μὴ εἰκῇ καὶ φιλόσοφον καὶ ὡς ἔτυχεν. Vnde: „Fortassis ἀφιλοσόφως, *ineruditeˮ.* WOLFIVS. — „Dele καὶ φιλόσοφον. Vide supra [vs. 3.] τοῦ μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχεν, ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει ἀναστρέφεσθαι.“ SALMASIVS. — „Confirmat noster codex emendationem Salmasii, omissis voculis καὶ φιλόσοφον post εἰκῇ, quæ constructionem & sensum perturbant.“ VPTON. — Istis auctoritatibus obsecutus Vptonus, verba illa e contextu eliminavit; in cujus ratione & nos adquievimus. Videndum tamen, ne satis futurum fuerit, mollius adhibere remedium, quod MEIBOMIVS suaserat, τὸν φιλόσοφον pro καὶ φιλόσοφον scribere jubens. Verba hæc cum olim editis agnoscunt libri nostri omnes; sed in pb. inter lineas a prima manu adnotatur emendatio, καὶ ἀφιλόσοφον. Fortasse ἀφιλοσόφως voluit emendationis illius auctor; quod ipsum Wolfius conjectaverat. Mox, pro ὡς ἔτυχεν, in pc. est ὡς ἔοικεν, sed altera scriptura ibidem in marg.

Ibid. καὶ πῶς ἔτι ἔστι τοιοῦτος. „Noster codex ἔσται.“ VPTON. — ἔσται habet & noster pb. Quam lectionem prope absum ut unice probandam censeam; cujus etiam vestigium superesse in vulgata scriptura videtur, cum ἔστι penacute, pro ἐστὶ, scribitur. Nisi quis præsens tempus hoc ipso tenendum statuerit, quod nonnihil insolentius, quam futurum, videri. Ac versu seq. certe in οἷός τε ἐστὶ consentiunt omnes. Sic & supra, vs. 26. Conf. ad I. 17, 28.

Vers. 28. Φυλάττειν οἷός τε ἐστὶ τὸ ἑξῆς. *Tenere id, quod cuique consequens est, valet.* Sic fere interpretanda illa verba putavi, quæ, quemadmodum ex connexione disputationis intelligitur, respondent illis quæ vs. præc. leguntur, μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀναστρέφεσθαι ἐν λόγῳ. Vptonus cum Wolfio verterat, *suum tueri locum poterit?* Rectius, me judice, Schegkius: *id custodire potest quod ordo rationum postulat.*

Vers. 29. Τοῦτο δεικνύτωσαν, καὶ παρέλκει τὰ θεωρήματα ταῦτα πάντα, ἄτοπα ἦν καὶ ἀνακόλουθα τῇ προλήψει τοῦ σπουδαίου. „In codice [edit.] Bas. * ἦν ita notatur,

tatur, & ad oram ſcribitur εἶναι. Meibomius pro καὶ παρέλκει — — ἄτοπα, legit ὅτι παρέλκει — — καὶ ἄτοπα. Quid ſi legamus: Τοῦτο δεικνύτωσαν, παρέλκειν τὰ θεωρήματα ταῦτα πάντα, καὶ ἄτοπα εἶναι, καὶ ἀνακόλουθα τῇ προλήψει τοῦ σπουδαίου.“ VPTON. — Immo vero præclare vulgata habet, nullo modo ſolicitanda. *Oſtendant hoc: & ſupervacuæ ſunt iſtæ ſpeculationes omnes;* id eſt: *& ultro largiar, eſſe ſupervacuas* &c. θεωρήματα ſi cum Wolfio & Vptono *præcepta* interpretari placeat, nihil impedio; & ſcio, Ciceronis etiam eſſe eam interpretationem, apud quem tamen rectius *percepta* legi, pridem monuere viri docti. Mihi h. l. *ſpeculationes* commodum vocabulum viſum erat. Quod in ora editionis Baſ. notatum eſt, εἶναι, id non ex ſcripto aliquo libro ductum, ſed ex conjectura & ingenio eſt editoris; quemadmodum reliqua omnia, quæ ſubinde in eadem ora notata habes. In tribus noſtris codicibus, poſt θεωρήματα levi puncto diſtinguitur oratio, & verba ταῦτα πάντα cum ſequentibus connectuntur.

Verſ. 30. ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτῶν λόγον. Vulgo omnes τὸν αὐτὸν λόγον. Vbi: „Fortaſſe τὸν ἑαυτῶν λόγον. *Non lucubrabimus expoliendæ noſtræ orationis cauſſa?* ut participium τελικῶς exponatur, ἀγρυπνήσομεν ἐξεργαζόμενοι, pro ἵνα ἐξεργάζωμεθα. Si quis convertere maluerit, *Eadem oratione expolienda ignaviam noſtram defendimus;* non impedio. Vt ſententia ſit: in ea diſputatione ignavos eſſe occupatos, ut perſuadeant, Dialecticâ non eſſe opus.“ WOLFIVS. — In eamdem cum Wolfio ſententiam τὸν αὐτῶν λόγων ſcribere juſſit Salmaſius. Et ego fidenter αὐτῶν correxi, & in contextum recepi. Vide Not. ad vſ. 18. Vptonus, vulgatum tenens, interpretatus eſt, *ut ipſam expoliamus rationem;* quod nec per ſe admodum placere poteſt, nec græca verba reddit: nam τὸν αὐτὸν λόγον non eſt *ipſam rationem, ſed eamdem rationem.* Oportuerat ſaltem αὐτὸν τὸν λόγον. — His ſcriptis, ipſum αὐτῶν diſerte expreſſum vidi in noſtro cod. pc.

Verſ. 31. μή τι τὸν πατέρα ἀπέκτεινα; „Proverbialiter dicitur de re maxime flagitioſa. Sic Horat. [Epod. 3.]

Parentis olim ſi quis impia manu
ſenile guttur fregerit.“

VPTON.

Ibid. Τί οὖν ἐποίησας; *Quid ergo feciſti, rogas?* Potius, τί οὖν ἐποίησα; *Quid ergo feci?*" VPTON. — Quidni Epictetus ſic quærere potuit, *Quid ergo feciſti?*

Verſ. 32. Ἐπεί τοι τοῦτ' αὐτὸ. ἐπεί τοι e ſuo cod. & ms. Par. adoptavit Vptonus, pro nudo ἐπεὶ, quod olim edebatur. Et habent ἐπεί τοι omnes pabc. Mox pro αὐτὸ καὶ ἐγὼ, eſt αὐτό τε καὶ ἐγὼ in pc. Forſan αὐτό γε debuerat.

Ibid. Ῥούφῳ. „De Muſonio Rufo vide ſupra ad I. 1, 27." VPTON.

Ibid. τὸ παραλειπόμενον ἓν ἐν συλλογισμῷ. Voculam ἓν ex ed. Ven. & Baſ. reſtitui, cum in Colonienſi & ſequentibus temere eſſet omiſſa. τὸ παραλειπόμενον ἓν idem fere eſt, ſed paulo ſignificantius, atque τὶ παραλειπόμενον, *aliquid*, proprie *illud quoddam, quod omiſſum erat.* εἷς, ἓν, pro τὶς, τὶ, ſæpe apud Polybium obſervavimus. In cod. pb. eadem vocula ἓν, punctis nonnullis ſuperne impoſitis, ut delenda notatur; temere, & præter rem.

Ibid. Μὴ γὰρ, ἔφην, τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα; „Ita optime reſtituit noſter codex; pro quo alii Οὐχ οἷον μὲν, φημὶ, τὸ Καπιτώλιον κατέσκαψα. Cæterum, *Capitolium incendere*, pro atrociſſimo facinore a Romanis vulgo dicebatur. Cicero de Amicit. [c. 11.] *Etiamne ſi te in Capitolium faces ferre vellet?*" VPTON. — Scriptura olim vulgata, Οὐχ οἷον μὲν φημὶ, quam quidem & codices tenent noſtri, ex interpretatione alterius originem cepiſſe videtur. Pro κατέσκαψα, quod in Ven. & Baſ. erat, κατέσκαψας habet ed. Genev. & Col. pro quo κατέσκαψα reſcribere juſſit Salmaſius; & ſic rurſus dederunt ed. Cant. & Lond. Habent etiam κατέσκαψα noſtri codd. pab. Sed pc. in contextu κατεσκεύασα ponens, in ora ad Vptoni ſcripturam accedit, hæc notans: ἴσως· μὴ γὰρ ἔφην τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα.

Verſ. 33. ταῖς φαντασίαις ταῖς αὐτοῦ. „Pro αὐτοῦ.ª VPTON. — In vulgatum αὐτοῦ conſentiunt noſtri libri; ſed in pb. uterque impoſitus eſt ſpiritus.

Ibid. βλέπειν τὸ καθ' αὑτὸν καὶ οὐ καθ' αὑτόν. „Neſcio an non legendum ſit τὸ κατ' αὐτὸν καὶ οὐ κατ' αὐτὸν, ſcilicet λόγον, *ipſam logicam.* Sed ſuo fruatur lector judicio." VPTON. — Immo vero, quid ſit τὸ καθ' αὐτὸν καὶ οὐ καθ' αὑτὸν, perſpicue intelligitur ex eis quæ vſ. 18 ſq. leguntur. Et vulgatum recte tenent libri omnes.

Ibid.

Ibid. τούτων δ' οὐδέν. De particula δὲ, a qua cœperat periodus, repetita in apodosi, dixi ad I. 6, 24.

CAPVT VIII.

Tit. Ὅτι αἱ δυνάμεις. „*Facultates*, artem disserendi & dicendi potissimum intelligo: quæ, ut hominis studiosi egregia & ornamenta & instrumenta sunt, ita sine solida eruditione & virtute arrogantes & negligentes efficiunt. ἡ γὰρ οἴησις ἐγκοπὴ τῆς προκοπῆς ἐστιν, ut dicebat Bion. [apud Laërt. IV. 50.] Cum enim se tenere omnia falso persuasum habeant, addiscendi plura voluntatem abjiciunt; ut a plerisque novitiis magistellis & doctorculis fieri videmus." WOLFIVS. — Titulus iste ductus est ex vers. 8. hujus capitis.

Vers. 1. μεταλαμβάνειν ἐστὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα. τὰ ἰσοδυναμοῦντα sunt *quæ parem inter se vim habent*, ut Wolfius in versione posuit, vel *æquipollentia*, ut idem in Notis. Minus commode vero Vptonus *æquipollentes syllogismos* interpretatus est: nam aut ἀξιώματα: nunc intelligi debent, id est, *enunciata*, *propositiones*; aut ὀνόματα, *nomina*, *vocabula*, *termini*; aut rectius utrumque. Quam in partem Aristoteles, Analyt. Prior. lib. I. c. 42. ait: Δεῖ δὲ καὶ μεταλαμβάνειν ἃ τὸ αὐτὸ δύναται, ὀνόματα ἀντ' ὀνομάτων, καὶ λόγους ἀντὶ λόγων. (nam λόγοι ibi Aristoteli sunt quæ aliis ἀξιώματα, *propositiones*.) Verbum igitur μεταλαμβάνειν, quod *mutare* vel *variare* recte convertitur, de ea nunc mutatione intelligendum, quæ fit manente eadem sententia; non ut in μεταβολῇ illa & μεταπλάσει, de qua superiori cap. vs. 17 sqq. dictum est.

Ibid. τὰ εἴδη τῶν ἐπιχειρημάτων τε καὶ ἐνθυμημάτων. Ἐπιχείρημα est quodlibet genus *argumenti*, *quo adgredimur adversarium*; ut intelligitur ex Laërt. VII. 162. quem Vptonus in Ind. ad h. v. citavit. Præsertim vero rhetoribus usurpatum nomen, de *ratiocinationibus* vel *argumentationibus*, quibus oratores utuntur; de quibus vide Cic. de Invent. I. 34. Auct. ad Herenn. II. 2. Quinctil. V. 10. *Enthymema* est *imperfectus syllogismus*, ut mox vs. 3. ipse ait Epictetus. Sed & hoc pariter vocabulo rhetores magis, quam dialectici, utuntur; de quo Cicero consulendus, Topic. cap. 13 sq. & Quinctil. l. c. conf. Not. ad vs. 3. Ac mihi plane videtur Epictetus noster, cum ea disseret quæ hoc capite nobis Ar-

rianus conservavit, in eo fuisse occupatus, ut Rhetoricæ præcepta auditoribus suis traderet: quare hæc ipsa præcepta, de quibus dicere orsus est, mox vers. 3. a philosophorum & ab ipsorum dialecticorum disciplina distinguit, cum ait, philosophum, & eum qui in Dialecticis sit versatus, in his, de quibus nunc agitur, præcipuam quamdam facilitatem debere habere. Est autem probabile, atque ex ipsis his Dissertationibus, ab Arriano in nos propagatis, intelligitur, Epictetum pro more aliorum Philosophorum, qui scholam apertam habebant, non modo partes omnes Philosophiæ proprie dictæ, & in his Dialecticam, sed etiam Rhetoricæ præcepta auditoribus suis tradere solitum. Sed in Dialecticis quidem & Rhetoricis institutionibus brevis erat, & summa tantum capita rerum persequi consueverat, aut harum artium præcepta per alios tradenda suis auditoribus (sua tamen sub inspectione) curabat, ipse morum præcepta potissimum inculcare alumnis suis studens. conf. vs. 4 sqq. & adde quæ cum a nobis, tum a Wolfio notata sunt ad I. 26, 1. In Rhetoricis vero præceptis nunc fuisse occupatum, colligi videtur etiam ex his quæ vers. 7. leguntur; tum rursus ex Hippocratis & Platonis exemplo, quorum alter cum Philosophiæ studio, alter cum Medica arte eloquentiam conjunxerat.

Ibid. ἐν τοῖς λόγοις. ἐνθυμημάτων τῶν ἐν τοῖς λόγοις edd. cum nostro pc. Delevi articulum cum pab. & Vptoni codice. Verba ἐν τοῖς λόγοις incommode admodum in hac connexione Vptonus *in ratiocinationibus* interpretatus est: poteras *in disputationibus* intelligere, ut I. 7, 5. (ubi vide Not.) sed ob eam caussam, de qua proxime ante dixi, malui cum Wolfio magis generali verbo, *in disserendo*, convertere; quo & oratorum orationes, & philosophorum sermones disputationesque comprehenderentur.

Ibid. ἐκποιεῖ μεταλαμβάνειν. Sic dare suum codicem & ms. Parisinum, docuit Vptonus. Quod cur non adoptarit vir doctus, pro vulgato ἔξεστι, quod ex editis ille tenuit, non video. Agnoscunt ἐκποιεῖ duo Parisini pab. quod idem valet atque ἔξεστι: sed illud paulo rarius; quo minus credibile a librariis fuisse invectum, & in locum verbi usu triti substitutum. Verbo ἐκποιεῖ eadem notione usus est Polybius II. 24, 17. XVII. 9, 8. cui scriptori, utpote & ipsi Stoicæ philosophiæ alumno, jam plures locutiones, paulo rariores aliás, commu-

communes cum Epicteto vidimus, & complures dehinc obſervabimus. Neglexit pæne uſum iſtum verbi ἐκποιεῖ Henr. Stephanus in Theſ. unum locum cum Budæo ex Laërt. V. 41. citans, ubi *ſuppetit* vulgo exponunt; ſed & ibi commodiſſime *licet* interpretaberis.

Verſ. 2. Εἰ ἐδανείσω &c. Eodem exemplo uſus eſt I. 7, 16. & videtur fuiſſe unum ex eis, quibus vulgo uti conſueverant in Stoicorum ſcholis.

Ibid. οὐχὶ ἐδανείσω μέν. Exſpectabam οὐχὶ δ' ἐδανείσω μέν. Sed particulam illam ignorant libri.

Ibid. οὐκοῦν οὐ μὴν ὀφείλεις μοι. — „Reſtituitur οὐκοῦν ex noſtro codice." VPTON. — Nempe eam vocem, cum ignorarent ſuperiores editiones, in contextum adſcivit hic Editor. At, quod ſequitur, οὐ μὴν, non memini in concluſione ratiocinationis ſic poſitum legere, nec ullo modo particulæ μὴν hic locum eſſe puto. Quare videndum, ne οὐ μὴ ſcriptum reliquerit Arrianus; quod, poſtquam per unius librarii incogitantiam omiſſa erat præcedens particula οὐκοῦν, ab alio ſcriba in οὐ μὴν temere ſit mutatum. In pc. complura verba h. l. omiſſa ſunt, nempe ab οὐχὶ ἐδανείσω usque τὸ ἀργύριον. Pb. cum edd. habet οὐ μὴν, & ignorat οὐκοῦν. Pa. vero in contextu ſic ſcribit, οὐκοῦν ὀφείλεις μοι, in ora vero οὐ μὴν notavit, non ut adjiciendum ad οὐκοῦν, ſed ut in illius locum ſubſtituendum. Ac fortaſſe ſimili ratione in Vptoni codice οὐκοῦν non ut jungendum cum οὐ μὴν, ſed ut huic ſcripturæ ſubſtituendum, notatum erat: quod quidem ſi conſtaret, ego ablegatis verbis οὐ μὴν, levi mutatione οὐκ οὖν ſcribendum ſuſpicarer.

Prolato iſto exemplo ratiocinationis, exſpectaſſes dehinc monſtrari, quo pacto ſalva ſententia variis modis variari illa poſſet. Et haud dubie id ipſum hac eadem occaſione ac disputatione oſtendit demonſtravitque ſuis auditoribus Epictetus. Sed eam partem ſermonis Philoſophi noſtri (quæ nempe nihil memorabile, neque quidquam habebat, quod non in quavis ſchola eodem modo doceretur) literis nunc mandare noluit Arrianus, ad ea monita properans, quæ præceptis illis ſubjunxit Epictetus, & quorum præparandorum cauſſa hunc introitum, qui illis occaſionem dederat, breviter ipſe Arrianus commemoravit.

Verſ. 3. ἀτελὴς συλλογισμός ἐστι τὸ ἐνθύμημα. „*Enthymema imperfectus eſt ſyllogiſmus*; quippe pars aliqua deeſt,

deeſt, facile ſupplenda. Ariſtot. in Prior. Analyt. [lib. II. cap. 27.] Ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστι συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων καὶ σημείων. Et in Rhet. lib. I. c. 2. *enthymema* vocat ῥητορικὸν συλλογισμόν. Hinc apud Juvenalem, VI. 449. *curtum enthymema:* ſic mssti; vulgo non ita recte, *curvum.*" VPTON. — Conf. Not. ad vſ. 1.

Ibid. γεγυμνασμένος. Corrupte γεγυμνασμένως ed. Ven.

Verſ. 4. Τί ποτ' οὖν οὐ γυμνάζομεν αὐτούς τε καὶ ἀλλήλους τὸν τρόπον τοῦτον; *Cur ergo non & nosmet ipſos* (vel, *quisque ſe ipſum*) *& nos inter nos,* (vel, *alii alios mutuo*) *hoc modo* (vel, *in hoc genere*) *exercemus?* „Αὐτούς τε καὶ ἀλλήλους. *Et nos ipſos, & alii alios.* Fortaſſis ἄλλους. Videtur Epictetus ab aliquibus reprehenſus, quod ſuos auditores in Dialecticis minus exerceret. Reſpondet igitur: ſe, ob auditorum ignaviam, omiſſis minus neceſſariis, ea urgere potiſſimum, quæ non tam ad decus & ornamentum faciant, quam ea quæ ad verum judicium de rebus & [ad] animi tranquillitatem requirantur." WOLFIVS. — Pro καὶ ἀλλήλους, in quod edd. & mssti conſentiebant, Wolfii conjecturam καὶ ἄλλους in contextum recepit Vptonus, & in Notis: „Ita repoſui, ait, monente Wolfio, & ſenſu poſtulante." — Idem Editor ſua auctoritate αὐτούς τε in αὑτούς τε mutavit: ἄλλους, pro ἀλλήλους, cum Wolfio probaverat etiam Meibomius. Ego αὐτούς τε, quod idem ac ἑαυτούς τε valet, haud cunctanter e ſuperioribus edd. reſtitui, cum quibus conſentiunt pac. unus tamen pb. αὑτούς τε habet. De ἄλλους, tenerem ne hoc, e Wolfii conjectura ab Vptono editum, an ἀλλήλους reſtituerem, nonnihil dubitaveram, quum & de ſententia verborum perſpecte commentatus eſſe Wolfius mihi videretur, & intelligerem quam facile ἄλλους & ἀλλήλους permutare inter ſe potuerint librarii; cujus confuſionis exemplum apud Polyb. notavimus ad VI. 57, 3. conf. Adnot. ad eumdem Polyb. IV. 53, 5. Mox vero plane perſpicere mihi viſus ſum, nihil opus fuiſſe iſta novatione, & reſtituta librorum omnium lectione ſalvam conſtare verbis ſententiam. Nempe verbum γυμνάζομεν interrogative in præſente indicativi, ſignificatione futuri vel ſubjunctivi, ſimili quadam ratione poſitum eſt, atque illa verba, ἀποκόπτομεν & ἀπερχόμεθα, l. 2, 25. Et intelligi debet iſta interrogatio ab auditoribus objecta; ſive, quod eodem redit, ab Epicteto ſibi nomine auditorum objecta. *Quidni ergo & nos*

nos ipsos & mutuo nos inter nos exercemus in hoc genere? (sive *exerceamus* malueris, aut *exercebimus?*) Id est: *cur tu, Epictete, tam leviter hæc tractas, & a nobis etiam obiter vis tractari? Cur tu non vis, cur tu nobis non commendas, ut diligenter in hoc genere nos inter nos & se ipsum quisque exerceat.* De discipulorum mutua inter se in Dialecticis exercitatione confer quæ breviter monet II. 21, 19. hunc ipsum locum nonnihil illustrantia.

Vers. 5. ὅμως δ' οὐδὲν ἐπιδίδομεν εἰς καλοκἀγαθίαν, *nihil in virtute proficimus.* Amat hoc optimus æquissimusque Epictetus, ut, ubi gravius quodammodo accusat reprehenditque auditorum suorum in virtutis studio socordiam, verbo utatur in prima persona plurali; quo, partem veluti culpæ in se suscipiendo, molliat reprehensionis severitatem. Conf. II. 19, 33 sq. & I. 9, 19. I. 10, 8. &c. Particulam δὲ post ὅμως, quam ignorant alii, ex nostro pc. recepi. Initio hujus versus, μὴ ante γυμναζόμενοι perperam omittit pb.

Vers. 6. Τί οὖν χρὴ προσδοκᾶν &c. „Pendet oratio, usque ad ἐπ' αὐτῇ. [in fine vs. 8.] Nota καὶ μάλισθ' ὅτι &c. ὅτι καὶ ἐν τῷ &c. Hæc autem inclusive: (μεγάλη &c. usque ad προσλάβοι·) Paulo supra, οὐχ ἡ τυχοῦσα; erotematice." VPTON. — Mihi vero nec pendere oratio videtur, sed satis bene procedere, prouti vulgo distincta est. Neque in reliquis, quæ hic monuit Vptonus, satis perspicio, quid secutus sit vir doctus.

Ibid. ὅτι οὐ μόνον ἀσχολία τις ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων αὐτῇ προσγένοιτ' ἄν. „Pro αὐτῇ προσγένοιτ' ἄν malim ταύτῃ, *hoc pacto.*" VPTON. — Videri utique poterat incommodi nonnihil inesse in vulgata lectione: sed illud incommodum vereor ne non levetur emendatione ab Vptono proposita; & ne per se quidem satis nunc placet ταύτῃ, *hoc pacto,* in ista connexione. αὐτῇ si teneas, referetur hoc pronomen ad ταύτην τὴν ἀσχολίαν, de qua superius dictum; quod ipsum vocab. ἀσχολία, ubi iterum ponitur, paulo diversa notione accipi debebit ab ea quam priori loco habebat, ut hæc sit sententia: *& præsertim, quoniam cum illa occupatione conjuncta foret non solum abstractio quædam* (vel *impedimentum*) *a rebus magis necessariis, verum etiam arrogantiæ materia.* Videndum vero, ne commodius αὐτῇ in nominativo scribatur, quod ipsum pariter ad ταύτην τὴν ἀσχολίαν referendum, hac sententia: *præsertim*

fertim cum illa occupatio acceſſura eſſet non modo ut abſtractio quædam a rebus magis neceſſariis, verum etiam ut arrogantiæ materia. Hæc ſcripſeram, quum, pro αὐτῇ, (in quod cum editis conſentiunt pac.) peropportune αὕτη ſcriptum in cod. pb. inveni, quod nil cunctatus in contextum adoptavi. Cæterum præpoſitio ἀπὸ, ſi abeſſet, non deſideraretur. Sic enim vocab. ἀσχολία iſta notione cum nudo genitivo conſtrui ſolet, cum apud alios ſcriptores, quos citavit H. Stephanus ad h. v. tum apud Lucianum in Icaromenippo, c. 4. T. II. p. 755. τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν ἀσχολίαν τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ὑπολαβών.

Verſ. 7. δύναμις ἡ ἐπιχειρητική. „*facultas exercitata in argumentis.* ἐπιχειρητικὸς, *vim habens aſtruendi & conficiendi.* Dicuntur problemata ἐπιχείρητα [εὐεπιχείρητα; vide H. Steph. h. v. ex Budæo.] & δυσεπιχείρητα, *quæ facile, ſeu ægre, aſtrui & confici poſſint.* Sed forſan legendum ἐπιχειρηματική. Sed lector ſuo fruatur judicio.“ VPTON.

Verſ. 8. ἐπᾶρσι. Sic recte ſcriptum in pab. ἐπάρσει edd. & pc.

Verſ. 9. Ποίᾳ γὰρ ἄν τις μηχανῇ πείσαι τὸν νέον. Quum πείσαι in contextu ſcripſiſſet Vptonus; monuit in Notis, πείσαι in modo potentiali fuiſſe ſcribendum. Nempe ſuperiores editiones ſic dederant, Ποίᾳ γὰρ ἄν τις μηχανὴ, πείσαι τὸν νέον. Pro quo rectius, ſublato commate, ποίᾳ & μηχανῇ in tertio caſu ſcribi monuit Salmaſius; cui tacitus obſecutus eſt Vptonus. Et ποίᾳ μηχανῇ quidem in dativo ſcribit etiam codex noſter pb. ſed idem in πείσαι a vulgata ſcriptura non recedit.

Ibid. ὅτι οὐ δεῖ προσθήκην αὐτὸν &c. „*Non oportere additamentum* &c. Senſus eſt: Hominem non debere proram & puppim (quod ajunt) excellentiæ ſuæ in dicendi artibus collocare, ſed acceſſionis & additamenti vice habere. Sic Cicero: *Ornanda*, inquit, *eſt dignitas domo, non tota dignitas e domo petenda.*“ WOLFIVS. — Simili quadam ratione dictum, atque illud Ariſtippi de Laide, *Habeo, non habeor.* αὐτῶν ἐκείνων ſcribit pa. ſed ſuperne corrigitur αὐτὸν.

Verſ. 10. οὐχὶ δὲ πάντας. οὐχὶ δὲ πάντως pc. temere; dein vero ſequentia verba, usque περιπατεῖ, prætermiſit idem negligens librarius. Mox idem, pro ἀποκέκλικε, ἀποκέκληται ſcribit, quod nemo probaverit. Sed in eodem codice probavi, quod, cum ἄν τις ἅπτη-

ται

καί τι αὐτοῦ consentientibus pab. esset editum, pronomen τι hoc non agnoscit; quo auctore importunam h. l. voculam delevi.

Vers. 11. Τί οὖν; Πλάτων φιλόσοφος οὐκ ἦν; „*Quid ergo? Plato Philosophus non fuit?* quasi dicat, *cum disserendi ac dicendi peritissimus fuerit, ut & Hippocrates*: Adversarius Epictetum urget exemplo Platonis; ad quod ita respondet Epictetus, ut sibi necesse esse neget imitari Platonis omnia. Sic Cicero quodam loco: [vide de Fin. I. 5.] *Eloquentiam si attulerit philosophus, non aspernabor: si non attulerit, non requiram.*“ WOLFIVS.

Ibid. ὁρᾷς πῶς φράζει Ἱπποκράτης. „Celsus [Præf. lib. I. de Medic.] de Hippocrate: *Primus quidem ex omnibus memoria dignis vir, & arte & facundia insignis.*“ VPTON.

Vers. 12. τί οὖν μιγνύεις πράγματα, ἄλλως ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων συνδραμόντα; „ἄλλως, *fortuito*. ut III. 26, 8.“ VPTON. — Ἄλλως non tam *fortuito* est, quam *alia ex caussa; per alias caussas, non ob hanc de qua nunc agitur; per accidens*, ut scholæ loquuntur; *non quod hæ duæ res per se necessario connexæ sint.*

Vers. 13. Εἰ δὲ καλὸς ἦν Πλάτων καὶ ἰσχυρός. „Seneca Epist. 58. *Erat quidem* (Plato) *corpus validum & forte fortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat.* Aelian. Var. Hist. II. 10. de Platone: σεμνὸν μὲν ἰδεῖν τὸ πλάτος, ἴλεων δὲ τῷ προσώπῳ. Vide etiam Apuleium, de Habitu Doctr. in initio. Laërtium, in ejus vita. [III. 4.] Suidam in Πλάτων. Servium ad Virg. Aen. VI. 667.“ VPTON. — Rationem sic subducit Epictetus: Si ex eo, quod Plato fuit disertus, colligis Philosophum, qua Philosophum, necessario studere debere eloquentiæ; eodem jure ex eo, quod Plato formoso fuerit ac robusto corpore, colliges, omnem Philosophum, quatenus Philosophus est, debere curare, ut formoso ac robusto sit corpore.

Ibid. ἔδει κἀμὲ. „*Me*, senem claudum & deformem. vide mox vs. sq. & I. 16, 20. Sic Epigramma: Δεῦλος Ἐπίκητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος.“ VPTON.

Ibid. ἐπεί τις φιλόσοφος. Sic recte inde ab edit. Cantabr. (præeunte Wolfio in versione) enclitice scribitur τις, *aliquis;* & in eamdem sententiam τὶς cum gravi accentu scribunt codices nostri. Perperam vero veteres editiones, verba hæc a superioribus dirimentes, per interrogationem scripserant, ἐπεὶ τίς φιλόσοφος &c. quasi diceret,

diceret, *quotus quisque philosophus simul & pulcer & philosophus fuit?* ut vertit Schegkius.

Ibid. καὶ καλὸς ἦν καὶ φιλόσοφος. Ferri hoc utcumque potest, quamquam et inutiliter frigideque reperitum sic est vocab. φιλόσοφος, & omissum ἰσχυρὸς, quod ex ratiocinationis connexione hoc loco exspectasses. Quare videndum, ne vulgata scriptura oscitantiae librarii alicujus ortum debeat, & ἰσχυρὸς, non φιλόσοφος h. l. scripserit Arrianus. Nihil vero mutant libri nostri, nisi quod καὶ post καλὸς ἦν omittit pc.

Vers. 14. Ἄγε, εἰ δ' ἐγὼ φιλόσοφος ἤμην. Modeste expressum: si is ego essem, quem vos me perhibetis, & vulgo homines me perhibent. conf. cap. 9, 12. Scripturam quod adtinet, Ἄγε εἰ δ' ἐγὼ recte dedit editor Genevensis, quod tenuere sequentes. Ἄγε δ' ἐγὼ ed. Ven. & Bas. Quare post ἤμην asteriscum posuit editor Basileensis; Wolfius vero εἰ δὴ ἐγὼ suspicatus est. ἀγ' εἰ δ' ἐγὼ dabat Vptoni codex; & eodem modo pc. Sed pab. ut ed. Ven.

Ibid. ἔδει ὑμᾶς καὶ χωλοὺς γενέσθαι. Conf. I. 16, 20. & I. 12, 24. not. In ora codicis nostri pb. est h. l. Adnotatio haec: Ὅτι πεπληγὼς ἦν τὸ σκέλος καὶ ἐχώλαινεν ὁ Ἐπίκτητος. καὶ τοῦτο μέμνηται καὶ ὁ Θεολόγος. Theologus ille, Gregorius Nazianzenus est; cujus huc spectat Epist. 64. ad Philagr. & Oratio in Julian. p. 37. ut monuit Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 258.

Vers. 15. ἀναιρῶ τὰς δυνάμεις τινάς; „Noster codex ἀναιρεῖς. Objectio, cui Epictetus [respondet,] Μὴ γένοιτο. Confer autem lib. II. c. 23. in fine.“ VPTON. — Minus utique placet ἀναιρεῖς. Nostri codices vulgatum tenent. Loquendi formula in memoriam revocabit Novi Testamenti lectoribus illud Pauli Apostoli, ad Roman. 3, 31. νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο.

Vers. 16. τί ἐστιν ἀγαθὸν τοῦ ἀνθρώπου. ἀγαθὸν per se, pro τὸ ἀγαθὸν, non improbo. Sed in ista connexione, ubi adjicitur genitivus τοῦ ἀνθρώπου, necessario praemittendum articulum putaverim, legendumque τί ἐστιν τἀγαθὸν τοῦ ἀνθρ.

Ibid. ποιᾶ προαίρεσις φαντασιῶν. „*Certum visorum institutum.* Alias τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν appellat, *usum visorum:* ut quamque rem talem judicemus, qualis ipsa est. Facilius hoc intelligeretur, si verum judicium & aequanimitatem dixisset.“ WOLFIVS. — Commodius utique I. 20, 15. dixit: οὐσία δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις οἵα δεῖ φαντα-

φαντασιῶν. Rursusque II. 1, 4. ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἐν χρήσει φαντασιῶν. Nec vero improbo quod ait ποιὰ προαίρεσις. Nam eodem modo percommode I. 29, 1. ait: οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις ποιά· τοῦ κακοῦ, προαίρεσις ποιά. cf. I. 18, 8. Sed quo pacto *Bonum hominis* dicat ποιὰν προαίρεσιν φαντασιῶν, non satis me perspicere fateor: nisi simili ratione dictum sit atque illud, I. 20, 5. ubi τὸν λόγον ait esse σύστημα ἐκ ποιῶν φαντασιῶν. Sed id ipsum quale sit, haud satis liquet: & ibidem proxime ante dixerat, ὁ λόγος ὑπὸ τῆς φύσεως προσείληπται πρὸς χρῆσιν φαντασιῶν οἵαν δεῖ. Itaque videndum putavi, ne hoc loco Arrianus scripserit, ποιὰ προαίρεσις χρηστικὴ τῶν φαντασιῶν, aut ποιὰ προαίρεσις τῆς χρηστικῆς δυνάμεως τῶν φαντασιῶν, aut denique ποιὰ προαίρεσις καὶ χρῆσις τῶν φαντασιῶν. Neque vero definire quidquam ausim.

CAPVT IX.

De Argumento hujus Capitis conf. supra cap. 3.

Vers. 1. ὅτι Κόσμιος. „Cicero Tusc. lib. V. [c. 37.] *Socrates cum rogaretur, cujatem se esse diceret; MVNDANVM, inquit. Totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Vide & de Leg. I. 23. Plutarchus περὶ Φυγῆς, p. 600. Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ Κόσμιος εἶναι φήσας. Sic de se Diogenes; vide ad III. 24, 56. Vide quoque ad II. 5, 26.“ VPTON. — Paulo ante, pro εἰπεῖν, εἰπόντος maluerat Meibomius, nulla urgente necessitate. Idem κοσμικὸς, pro κόσμιος suspicatus erat; vidit tamen, mox vs. 6. rursus κόσμιος scribi.

Vers. 2. Διατί γὰρ λέγεις Ἀθηναῖον. Sic recte ed. Ven. & Bas. In Genevensi vero, cum ad scripturæ compendium, quo particula γὰρ in ed. Bas. designabatur, animum non intenderent operæ, nec editor ipse, δὲ pro γὰρ est expressum, quod temere tenuit Colonienſis & sequentes editores, atque ipse etiam Vptonus. Nec semel is error admissus, qui recurrit hoc eodem cap. vs. 22. tum I. 20, 15. I. 24, 19. II. 4, 2. quibus duobus posterioribus locis adnotavit etiam Vptonus, δὲ pro γὰρ usurpari; quum facile se ipse docere potuisset, nonnisi per editorum incuriam loca ea illud invasisse: nonnumquam tamen & ipse, tacite quidem, correxit, & verum reposuit, ut I. 14, 13. II. 2, 24.

Vers. 3. ἦ δῆλον ὅτι. Vide not. ad I. 2, 30. & ad I. 7, 16. Possis δῆλον ὅτι etiam una voce efferre, ἦ δηλονότι, sed fere constanter in hac formula divisim scribunt omnes.

Vers. 4. τὸ σύστημα τὸ ἐξ ἀνθρώπων καὶ Θεοῦ. „Sic excudi oportebat. [Nempe in contextu Vptoni temere omissa erat præpositio ἐξ, errore ex edit. Cantab. & Londinensi anonyma propagato.] Laërt. in Zenone, lib. VII. 138. Κόσμος — — σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων· ἢ σύστημα ἐκ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. Auctor libri περὶ Κόσμου, in initio: [cap. 2. ed. Batteux, p. 10.] Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. — — ἢ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ Θεοῦ τε καὶ διὰ Θεὸν φυλατ]ομένη.“ VPTON. — In illa definitione, quæ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς dicit *mundum*, σύστημα converti debebit *compositio*, *collectio*, *complexio:* in ea, quam Epictetus noster est secutus, commode *consociatio*, *communio*, *civitas* intelligetur id vocabulum; qua notione, de *societate civili*, passim apud Polybium usurpatum observavimus. Vide Lexic. Polyb. hac voce, num 2.

Vers. 5. μόνον ταῦτα. „Malim μόνα.“ WOLFIVS. — Nil necesse erat solicitare vulgatam, in quam consentiunt libri. Frequenter apud quoslibet græcos scriptores adverbium illud sic positum invenies, ubi ad latini sermonis rationem adjectivum aliquis mallet. Vide Lexic. Polyb. h. v. & loca ibi citata. Conf. supra ad I. 6, 12. & infra, ad I. 12, 32.

Ibid. κοινωνεῖν — — τῷ Θεῷ τῆς συναναστροφῆς. „Pro τῆς συναναστροφῆς legit Salmasius τῇ συναναστροφῇ.“ VPTON. Latuit ergo Salmasium, cum illam Notam oræ sui libri inscriberet, usitatissima ac pæne unice legitima constructio verbi κοινωνεῖν, cum dat. pers. & genitivo rei; cujus exempla ubivis occurrunt, & apud Polybium præsertim frequentia.

Ibid. κατὰ τὸν λόγον ἐπιπεπλεγμένα. „*Ratione implexa*, sive *implicita*, scilicet τῷ Θεῷ. Hoc est: *Mens & ratio societatem conciliat inter deos & homines.* Nam & Deus & homo a quibusdam ζῷον λογικὸν, hoc est, *anima* [*animal*, puto, scribere voluit] *rationis capax* definitur; & *Mundus*, *civitas atque communio Deorum & hominum.*“ WOLFIVS. — ἐπιπεπλεγμένος, *connexus*, *conjun-*

conjunctus, sociatus, cui commercium cum aliquo intercedit. Eadem notione nomen ἐπιπλοκὴ habes, II. 14, 28. quod ipsum & Polybio familiare. cf. Stobæi Ecl. Ethic. p. 182. ed. Canteri. De *rerum connexione* M. Anton. VI. 38. πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα φίλα ἀλλήλοις ἐστί.

Vers. 7. ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγουσας εἶναι, καὶ ἀκαταφρονήτους. „Sic noster codex: cæteri διάγουσας καὶ ἀκαταφρονήτως.“ VPTON. — Nec vero deterior vulgata videtur: nam & carere possumus verbo εἶναι, & ἀκαταφρονήτως haud incommode cum ἐν ἀσφαλείᾳ connectitur. Vptoni codici adstipulatur noster pb.

Ibid. τὸ δὲ τὸν Θεόν. Sic pb. cum edd. τὸν δὲ τὸν Θεὸν pa. τὸν δὲ Θεὸν pc.

Vers. 8. Καὶ πόθεν φάγω, φησί. „*At unde edam?* inquit. τὸ φησὶ referatur ad personam adversarii, qui præceptis Epicteti refragatur, aut certe non plane acquiescit.“ WOLFIVS. — „Vide ad I. 4, 9.“ VPTON. — Quis sit, quem nunc id *dicere* ait, intelligitur ex vs. 19. nempe unus & alter e suis auditoribus.

Ibid. μηδὲν ἔχων. μὴ ἔχων pc.

Ibid. πῶς οἱ δοῦλοι, πῶς οἱ ἀπαίτται. „Confer lib. III. c. 26. in initio.“ VPTON.

Ibid. οὐκ ἐπιλείπουσιν αὐτοὺς τροφαί. „Noster codex αὐτοῖς.“ VPTON. — Sic & pb. Nihil interest.

Vers. 9. τὸν δὲ φιλόσοφον ἡμῖν δεήσει ἄλλοις θαρροῦντα καὶ ἐπαναπαυόμενον ἀποδημεῖν. Incertus aliquando hæseram, quid esset quod de *peregrinatione philosophi* dicit. Primum cogitare cœperam de nescio qua peregrinatione Philosophorum, quam Vptonus memoravit ad I. 4, 41. Animum tunc advertit interpretis Teutonici ratio, qui de Philosopho interpretatur in exsilium ejecto. Sed iterum iterumque relegens hanc disputationem intellexi, *philosophum*, quem nunc dicit Epictetus, esse *juvenem philosophum, philosophiæ studiosum*, qui *studiorum caussa peregrinatur*; (conf. Not. ad I, 4, 21.) denique eosdem e suis auditoribus hic designare Epictetum, quos *de vitæ sustentatione solicitos* modo dixerat, vs. 8. rursusque dicit vs. 22. nempe qui, ob rem angustam domi, non habent aliena in terra unde sumtus faciant; qui adeo, quum *ipsi sui curam gerere* possent deberentque, ut ait hoc ipso vs. 9. (i. e. cum honesto labore modicum victum, veluti olim Cleanthes, parare sibi possent,) *aliis confidere, in aliorum gratia acquiescere* malunt; itaque

ad *humilia & abjecta consilia* se abjicientes, (vs. 10.) adulantur, invident, admirantur, expaveſcunt. vs. 20 sq.

Ibid. αὐτὸν αὐτοῦ. Sic Vpt. cum anon. Lond. & codd. pabc. Minus commode αὐτὸν αὐτοῦ editt. vett. In pa. primum fuerat αὐτὸν αὐτοῦ, non male. Paulo poſt, in αὐτὸ αὐτῷ conſentiunt omnes. Mox in pa. deeſt καὶ poſt καταλλήλου.

Verſ. 10. Ἐγὼ μὲν οἶμαι. „*Ego quidem cenſeo, ſi doctrinam hanc de cognatione, quæ vobis cum Deo communis eſt, perſuaſam habuiſſetis, &c.*“ VPTON.

Ibid. ἔδει καθῆσθαι τὸν πρεσβύτερον. „*Oportebat ſedere ſeniorem.* Sic ſe ipſum appellat, modeſte præceptoris nomen diſſimulans.“ WOLFIVS. — Mox rurſus Præceptoris nomen declinat vſ. 12. Iſto vero nomine ὁ πρεσβύτερος vulgo in Stoicorum ſcholis videtur adpellari ſolitus præceptor. Vide Laërt. VII. 182. Alibi γερόντιον dicit Noſter, de ſe loquens. II. 6, 23. Et γέρων χωλὸς, I. 16, 20.

Ibid. ὅπως μὴ ταπεινοφρονήσητε. „Sic cod. Ven. Baſ. & Sal. Poſteriores editiones ταπεινοφρονήσετε, quod rectius videatur, uti mox διαλογιεῖσθε.“ VPTON. — Nempe ταπεινοφρονήσεται operarum errore dedit ed. Genev. & Colon. quod in ταπεινοφρονήσετε mutavit editor Cantabr. & tenuit anonymus Londinenſis; & ſic etiam legi voluit Salmaſius. At legitime conjunctivum regit particula ὅπως; nec obſtat, quod διαλογιεῖσθε in indicativo ponitur, quoniam in futuro Medio conjunctivus non eſt in uſu. Ad illud verbum ταπεινοφρονήσητε hoc eſt Scholion in pb. ἀντὶ τοῦ, χαμερπῆ καὶ ταπεινὰ ἐννοήσητε.

Ibid. ἀγεννεῖς. ἀγενεῖς pabc.

Verſ. 11. τὴν πρὸς τοὺς Θεούς. τὴν πρὸς τὴν Θεοὺς ed. Baſ. operarum errore; indeque ed. Gen. & Col. Hinc τὴν ante Θεοὺς deletum voluit Salmaſ. ſed τοὺς ex edit. Ven. recte reſtituit editor Cantab. Lond. & Vpt. Paulo ante perperam omittunt οἱ, poſt νέοι, pab.

Ibid. δεσμά τινα ταῦτα προσηρτήμεθα. „Concinnior ſententia videatur, ſi ταῦτα transferatur ad ὡς βάρη, hoc modo: δεσμά τινα προσηρτήμεθα, &c. ταῦτα ὡς βάρη &c.“ VPTON. — Equidem in vulgata adquieſcendum putavi.

Ibid. τὸ σῶμα, καὶ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ, καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα ἀναγκαῖα. „*Corpus, & poſſeſſionem ejus, & quæ nobis ob hæc neceſſaria ſunt. Poſſeſſionem corporis* appellat

hę

lat res quibus corpus indiget: ut domicilium, veſtes, cibum & potum, jumenta, ſervos, operas artificum, &c." WOLFIVS. Ita, *quæ illorum cauſſa neceſſaria ſunt*, intelligenda erunt ſubſidia quibus illa parantur; ut opes, potentia, ſolertia, amicorum gratia, & ſimilia. conf. mox vſ. 12.

Ibid. εἰς οἰκονομίαν καὶ ἀναστροφὴν τὴν ἐν τῷ βίῳ. „Vide ad III. 14, 7." VPTON. Nil mutant libri. Sed in pb. οἰκονομίαν ex correctione eſt, cum a pr. manu κοινωνίαν fuiſſet ſcriptum. Wolfius vertit: *ad conſtituendam rem familiarem & vitæ conſuetudinem.* Vptonus: *ad diſpenſationem quandam, vitæque conſuetudinem.* Poſſis: *ad rerum in hac vita procurationem adminiſtrationemque.*

Ibid. καὶ ἀβάστακτα. Vulgo omnes καὶ ἄχρηστα, quod infirmius videri poterat, quam h. l. deſideraſſes. Vptoni codex, ut refert ipſe in Notis, καὶ ἄστακτα dabat, quod ex ἄχρηστα certe corruptum non eſt. Ego id ſubſtituendum putavi, e quo illud decurtatum eſſe non dubitaveram. Idem eſt, quod mox ait οὐκέτι ἀνεχόμεθα. His ſcriptis, ipſum vocab. ἀβάστακτα, quod in contextu jam repoſueram, plane expreſſum in cod. pc. reperi.

Verſ. 12. τὸν διδάσκαλον ὑμῶν καὶ παιδευτήν, εἴ τις ἄρα ἦν. *præceptorem veſtrum & inſtitutorem, ſi quis modo eſſet;* id eſt, *ſi eſſem modo ego is, quem me eſſe vellem, & qui eſſe debebam.* Partem culpæ in ſe ipſe ſuscipit, ut mox vſ. 19. cf. II. 19, 33 ſq. & Not. ad I. 8, 5. ad I. 8, 14. & ad I. 9, 10. Niſi tamen malueris pronomen τις ad ἀγῶνα referre, quod Vptonus fecit, verba iſta εἴ τις ἄρα ἦν ſic convertens: *ſi modo quod certamen fuerit.* At nobiscum Wolfius facit: *Hoc certamen magiſtro veſtro & præceptori, ſi quis eſſet.* In eamdemque partem interpretatus eſt Teutonicus interpres. Pronomen τις ſic accipiendum, ut IV. 8, 39. & Enchir. c. 13. c. 48, 2. nec ita raro alibi.

Ibid. μετὰ τοῦ σωματίου τούτου δεδεμένοι. „Ita Socrates apud Platonem in Phædone, & alibi." VPTON.

Ibid. Ante ἀναπαύον]ες deeſt καὶ in pa. Abeſt vero & comma poſt ἀναπαύον]ες, quod nec in vett. edd. adeſt.

Ibid. συμπεριφερόμενοι τοῖςδε καὶ τοῖςδε. „*His & illis obſequentes*, ſeu *morem gerentes*. Significat, ob neceſſitates corporis potentiorum gratiam obſequiis moleſtis

& philoſopho parum dignis eſſe emerendam." WOLFIVS. — „Vide ad III. 14, 7. τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν." VPTON.

Verſ. 13. οὐκ ἀδιάφορα ταῦτα. „*Annon indifferentia iſta ſunt?* hoc eſt μέσα, & per ſe neque bona neque mala, ſed pro animo & prudentia utentis. Vide Tabulam Cebetis." VPTON.

Ibid. καὶ ὁ θάνατος οὐ κακός; „Videtur deeſſe οὐχί, ut ſit θάνατος οὐχὶ οὐ κακός;" MEIBOMIVS. — At percommode etiam particula negans οὐκ, ſuperiori quæſtioni præpoſita, ad hanc pariter, & ad ſequentem καὶ συγγενεῖς referri poſſe videtur. Poterant vero etiam verba hæc, καὶ ὁ θάνατος & quæ ſequuntur usque ad ἐληλύθαμεν, poſitive accipi absque interrogatione; quemadmodum conſentientibus noſtris msstis in ed. Ven. factum, & dein rurſus in Gen. Col. Cant. Lond. Baſileenſis editor poſt κακός interrogandi ſignum poſuerat, non poſt ἐληλύθαμεν. Vptonus utrobique illud ſignum poſuit, Wolfii verſionem ſecutus: cujus rationem & nos ſecuti ſumus. Pro κακός; malueram equidem κακόν; ſed vulgatum conſtanter tenent libri.

Verſ. 15. δοκοῦντες ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν. „Qui videntur *aliquam in nos habere poteſtatem.* Fortaſſis ἐφ' ἡμᾶς vel εἰς ἡμᾶς." WOLFIVS. — „Nihil ſine codicibus muto; exempla ſunt ubi ἐπὶ uſurpatur cum dativo pro κατά. vide apud H. Steph." VPTON. — Nempe illud Aeſchyli, ἐπὶ Θήβαις, *adverſus Thebas*, & ex Thucydide ἐπὶ Φίλοις, ἐφ' ἡμῖν, pro κατὰ Φίλων, καθ' ἡμῶν, citavit H. Steph. Theſ. T. I. col. 1210. ſub finem. Ejusdem videtur generis eſſe illud Noſtri, IV. 1, 86. οὓς (τυράννους) ἐφ' ἑκάστοις (intelligo ἡμῶν) καθ' ἡμέραν ἔχομεν. Quæ tamen exempla an iſti, de quo agitur, ſimilia ſint, dubitari poterit. Nec vero eo magis, quam Vptonus, vulgatam hoc loco ſcripturam temere damnare equidem ausim.

Ibid. ἄφες δείξωμεν. Tacite hoc correxit Vpt. ut eſt in pab. δείξομεν in indic. olim edebatur, & ſic habet pc.

Verſ. 16. Ἐμὲ δὲ ἐν τῷδε λέγειν. Cum ἐν τῷ λέγειν olim legeretur, hæc notaverat WOLFIVS: „*Me vero in dicendo.* Verba ἐν τῷ nihil ad ſenſum faciunt. Fortaſſe αὐτοῖς, *eis*; diſcipulis ſcilicet, *ego reſpondere deberem.*" — Ad quæ *Comes* SHAFTESBVRIENSIS ſic monuit: „αὐτοῖς λέγειν Wolf. non ut aliâs feliciter; quia ſupra

pra ὑμῶν, & ὑμᾶς μὲν ἔρχεσθαι λέγονσας." — Vulnus ſanavit VPTONVS, ἐν τῷδε ſcribens; monensque: „ἐν τῷδε λέγειν, *interea dicendum.* Ita noſter codex. Dubitavi olim, an non vox excideriť, & legendum ἐν τῷ μέρει, *vicißim.* Hæc autem reſpondent iis quæ præcedunt, [verſ. 12.] ὑμᾶς μὲν ἔρχεσθαι &c." — Ab olim vulgata ſcriptura non recedunt codices noſtri. Mox vero ὅτι, ante ἄνθρωποι, deeſt pc.

Ibid. "Ανθρωποι, ἐκδέξασθε τὸν Θεόν. ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ &c. — „Cicero Tuſc. Quæſt. I. 30. *Vetat dominans ille in nobis Deus, injuſſu hinc nos ſuo discedere.* [*demigrare.*] In Cat. Maj. [c. 20.] *Vetat Pythagoras injuſſu imperatoris, id eſt Dei, de præſidio & ſtatione* [*vitæ*] *discedere.* Idem de Repub. *Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non eſt ita. Niſi enim, cum Deus hic, cujus templum eſt omne quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberavit, huc tibi aditus patere non poteſt.* [Eſt e Somnio Scipionis ductus iſte locus, c. 3. ubi mox his verbis pergit: *Quare tibi & piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis: nec injuſſu ejus, a quo ille eſt vobis datus, ex hominum vita migrandum eſt; ne munus humanum, aſſignatum a Deo, defugiſſe videamini.*] Hoc autem in loco ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ idem eſt ac dicit I. 29, 29. ἐὰν δὲ σημήνῃ τὸ ἀνακλητικὸν, *ſi receptui caneretur.* [immo *caneret*, nempe *Deus:* nam & ibi, & locis mox citandis, τὸ ἀνακλητικὸν eſt accuſativus caſus.] Confer & III. 13, 13. III. 24, 91. III. 26, 29. Sic Marc. Antonin. III. 5. Ἀνατεταχότος ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου [εὔλυσος.] Vbi vide Gatakerum. Idem quoque lib. II. 17. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἵλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένονσα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. Et lib. V. 33. Τί οὖν οὐ περιμένεις ἵλεως τὴν εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν; *Quid ergo non placidus expectas vel extinctionem tui, vel demigrationem.* Sic locus iſte legendus videtur. Sed hæc ex Platone deſumta ſunt. Vide Phædonem p. 62. ed. H. Steph." VPTON.

Ibid. ἀνάσχεσθε. ἀνέχεσθε pa.

Verſ. 17. ὀλίγος ἄρα χρόνος οὗτος ὁ τῆς οἰκήσεως. Quatuor verba οὗτος ὁ τῆς οἰκ. deſunt codicibus pab.

Ibid. ποῖος γὰρ ἔτι τύραννος. „*Quis enim adhuc tyrannus?* Vt vitæ jacturam contemnere non adeo difficile ſit; (etſi difficile eſt:) tamen per exquiſitos crucia-

tus necari horribilius esse videtur, quam ut ab ulla philosophia contemni & æquo animo ferri possit, præterquam a Christiana; cujus martyres admirabili & plus quam humana constantia tyrannorum sævitiam vicerunt. Non dissimile est Anaxarchi exemplum, qui, cum in mortario contunderetur, dixisse tyranno fertur: *Anaxarchi saccum contundito; Anaxarchum enim non contundis;* ac demum, ne conscios nominaret, linguam præmorsam in os tyranni exspuisse." WOLFIVS.

Vers. 19. *νεκρὸς μὲν ὁ παιδευτής.* Vide ad I. 8, 5. & ad I. 8, 14. & hoc cap. ad vs. 12. Incommode pc. *νεκρὸς δ' ὁ παιδ.*

Ibid. *ὅταν χορτασθῆτε.* „Auctoritate nostri codicis reposui *ὅταν* pro *ὅτε*. Eodem modo *χορτασθήσεσθε* usurpatur apud Lucam, cap. 6, 21." VPTON. — Perperam *ὅτε* superiores editiones; & alio insuper errore *χορταστῆτε* ed. Ven. & Bas. In veram scripturam cum Vptoni cod. consentiunt nostri tres.

Ibid. *κλῴουσας* revocavi ex ed. Ven. & sic codd. pbc. qui tamen iota subscribendum neglexere. *κλαίουσας* ed. Bas. & seqq. cum pa. Conf. ad II. 16, 28.

Vers. 20. *ἐξελεύσῃ· ἤνοικται ἡ θύρα.* „*Exibis*, scil. e vita. *Aperta enim est janua*; ab *ἀνοίγω*." WOLFIVS. — Nempe, pro *ἤνοικται*, corrupte *ἤνικται* scriptum erat in ed. Ven. & Bas. Correxit editor Genev.

„Eandem allusionem vide I. 24, 20. *τὸ δὲ κεφάλαιον μέμνησο*, [Nos orationem sic distinximus: *τὸ δὲ κεφάλαιον· μέμνησο,*] *ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται.* I, 25, 18. *Καπνὸν πεποίηκεν ἐν τῷ οἰκήματι; Ἂν μέτριον, μενῶ. ἂν λίαν πολύν, ἐξέρχομαι. τούτου γὰρ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ κρατεῖν, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται.* II. 1, 19. *Ἂν σοι μὴ λυσιτελῇ, ἡ θύρα ἤνοικται.* III. 8, 6. *σοὶ τὴν θύραν ἤνοιξεν (ὁ Ζεύς.)* III. 13, 13. *τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνει, τὴν θύραν ἤνοιξε.* III. 22, 34. *Σοὶ ἡ θύρα κέκλεισται; οὐκ ἔξεστιν ἀποθανεῖν;* Ad eandem rem Seneca de Provid. c. 6. *Ante omnia cavi, ne quis vos teneret invitos. Patet exitus.* [Et Epist. 17.] *Sed si necessitates ultimæ inciderint, jamdudum exibit e vita, & molestus sibi esse desinet.* Epist. 24. *Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita, sed exire.* Epist. 91. *In eum mundum intravimus, in quo his legibus vivitur. Placet? pare. Non placet? quacunque vis, exi.* Nec absimile illud Virgilianum: [Aeneid. VI. 127.]

Noctes atque dies patet *atri* janua *Ditis.*

Plenius

Plenius apud Laërtium VII. 130. Εὐλόγως τέ φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν Σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γίγνηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. M. Anton. III. 1. Καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ, εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτὸν, ἐφιστάνων. Vbi conſule Gatakerum. Cato apud Ciceronem de Fin. III. [c. 18.] *Sed cum ab his (quæ ſecundum naturam ſunt) omnia proficiſcantur officia; non ſine cauſſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes; in his & exceſſum e vita, & in vita manſionem. In quo enim plura ſunt, quæ ſecundum naturam ſunt, hujus officium eſt, in vita manere: in quo autem aut ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſt, e vita excedere. Ex quo apparet, & Sapientis eſſe aliquando officium, excedere e vita, cum beatus ſit; & ſtulti, manere in vita, cum ſit miſer.*" VPTON. — De eodem argumento conſer, ſi lubet, quæ congeſſit Lipſius in Manud. ad Stoicam Philoſ. lib. III. diſſert. 22.

Ibid. ποῦ ἔτι τόπος δακρύων; „Sic noſter codex; alii δακρύοις. Vtrolibet modo recte." VPTON. — In δακρύων conſentit pb. & ſic fortaſſe primum etiam fuerat in pa. & pc. ubi, eraſo eo quod ſtatim fuerat in fine vocis, ex correctione demum οις ſcriptum eſt.

Ibid. ἢ τοὺς ἐν δυνάμει τεταγμένους. Cum nullum aliud adſit verbum, intelligendum e proxime præcedenti orationis membro fuerit θαυμάσει: quod per ſe quidem ferri poſſit, ſed ad id quod nunc hic agitur, & ad id quod ſequitur de *iracundia*, & quod *nocere hi nobis poſſe videntur*, nullo modo aptum eſt. Quare vide, ne interciderit verbum φοβηθήσεται, δείσει, ὀρρωδήσει, aut aliud in eam ſententiam, *timebit, metuet, expaveſcet.* Et enumerantur variæ animi perturbationes, quibus ſe abripi patiuntur iſti homines, *triſtitia, lacrymæ, adulatio, invidia, admiratio;* quibus ad extremum *metus*, ut videtur, adjungi debuit; cujus adfectus etiam deinde rurſus meminit vſ. 26. φοβούμεθα, δεδοίκαμεν. Φόβων etiam ſupra mentionem fecit vſ. 7.

Verſ. 21. τούτων οὐκ ἐπιστρεψόμεθα. Olim ἐπιστρεψόμεθα edebatur, quod Wolfius interpretatus eſt, *eis non permittemus.* ἐπιστρεφόμεθα conjeciſſe Shaftesburienſem refert VPTONVS; & „confirmat (inquit) hanc lectionem noſter codex." — Voluit autem puto ἐπιστρεψόμεθα dicere vir doctus; nam & ipſe ſic in contextu edi-

dit, & sic (in futuro tempore) vertendum ait, *non curabimus;* & hoc ipsum, ἐπιστρεψόμεθα, exhibent tres nostri codices. Eodem modo scribendum etiam monuerat Meibomius. Est autem admodum familiare Epicteto verbum hoc ἐπιστρέφεσθαι, ista notione constructioneque. Vide I. 7, 27. I. 22, 15. aliisque locis, in Indice colligendis.

Vers. 22. πῶς γὰρ ἄλλως; Particulam γὰρ ex ed. Ven. & Bas. revocavi, postquam in posterioribus perperam in δὲ esset mutata. Vide notata ad vs. 2. hujus capitis.

Ibid. ὅτι ἐστίν. Leve est, nec tamen prætereundum: ὅτι ἔστι scribebatur non modo in edd. omnibus, sed & in codd. nostris pab. accentu verbi ad penultimam syllabam retracto. Unus codex pc. ὅτι ἐστὶ dedit.

Vers. 23. Ἂν μοι λέγητε &c. „Verba sunt Socratis ex Platonis Apologia. Eadem repetit III. 1, 20.“ VPTON. — Non verba, sed sententiam fere eamdem habes in Apol. Socr. cap. 17. ed. Forster. p. 88 sqq.

Vers. 24. ταύτην δ' ἐγκαταλιπεῖν δεῖ ἡμᾶς. „Noster codex interrogative, δεῖ ἡμᾶς; Sed potius cum ironia quadam legendum. Hunc locum autem examinat Gatakerus in Notis ad M. Anton. lib. VII. sect. 45. ubi vult, aut δεῖ illud inducendum, ut τὸ ἐγκαταλιπεῖν ad ἀξιοῦτε referatur; vel posterius membrum ἐρωτηματικῶς enunciandum: quanquam etiam sic (inquit) suspensa manebit sententia.“ VPTON. — In scirpo nodum quæsivit doctus Antonini interpres. Verbum δεῖ, quod ei importunum visum erat, pendet ab eodem ὅτι, a quo pendet præcedens ἔδει. Ad connexionem orationis non adtendentes librarii, interrogandi signum post ἡμᾶς posuere. Sic certe & pab. ut Vptoni codex; pariterque pc. in quo quidem alio etiam errore ὑμᾶς pro ἡμᾶς scriptum. De repetita particula δὲ vide Not. ad I. 6, 24.

Vers. 26. Ἡμεῖς οὖν ὡς κοιλίαν &c. „Nos, scilicet qui adeo sumus solliciti de victu & de rebus corpori inservientibus. Vide supra [vs. 8.] πόθεν φάγω, & [vs. 19.] πόθεν φάγητε. Mox cum Meibomio forsan legendum οὕτω φοβουμ. Nota interea, φοβούμεθα & ἐπιθυμοῦμεν conjungi, uti apud Virgil. VI. [733.] *Hinc metuunt cupiuntque.* Quid vero, si pro ὅτι legas ἔτι, & paulo infra colloces? hoc modo: οὕτω φοβούμεθα, ἐπιθυμοῦμεν· ἔτι τοὺς &c. Vbi conjunctivæ quædam particulæ desiderantur: sed id non sine elegantia quadam,

dam, præsertim in familiari colloquio." VPTON. — Mihi quoque nata suspicio erat, pro ὅτι utroque loco οὕτω fortasse legendum. Sed, utcumque sit, ferendam vulgatam putavi, donec emendatiores codices certiora dederint. Particulam ὅτι equidem non desideraveram. Nihil in his mutant nostri libri. Initio versus, post Ἡμεῖς, particulam οὖν omittit pc.

Ibid. περὶ αὐτῶν διανοούμεθα, *de nobis cogitamus.* Pro αὑτῶν, quod erat editum, αὐτῶν scripsi, consentientibus tribus nostris codicibus. Valet autem αὐτῶν idem ac ἡμῶν αὐτῶν, ut apud Polyb. I, 3, 5. & alibi. Confer supra ad I. 1, 4. & infra ad I. 10, 8. & ad I. 12, 18. Sed vide rursus apud Nostrum I. 12, 17. & ibi not.

Vers. 27 *& seqq.* Ἐμέ τις ἤξίωκεν &c. „Hæc videntur ad alium pertinere locum: neque enim cohærent cum præcedentibus." VPTON. — Fuit quum & ego suspicarer, a superioribus hæc prorsus separanda esse, & cum eis, quæ sequuntur usque ad finem capitis, ad peculiare caput debuisse referri, cujus Titulus intercederit, quem Περὶ Ἐλέου, aut in aliquam ejusmodi sententiam fuisse inscribendum suspicabar. At nunc quidem mihi videntur haud absurde hæc eadem superioribus subjungi, tamquam exempla a contrario (ut ajunt) petita, quibus id ipsum, quod superioribus Cohortatione inculcavit discipulis suis Epictetus, de *Abjicienda anxia Cura rerum ad sustentandam vitam pertinentium, & de Abjicienda Humilitate animi ex aliorum hominum gratia pendentis*, confirmare voluerit.

Vers. 28. βοηθηθῆναί τι. Correxi errorem (βοηθῆναι) qui ex edit. Cantab. in Londinensem anonymam & in ipsam Vptonianam irrepserat. Pronomen τι deest pb.

Ibid. οὐχὶ ἐλεηθῆναι. Est notum Stoicorum præceptum, Sapientem non misereri; de quo vide Laërt. VII. 123. Lipsium in Introd. ad Stoic. Philos. III. 19. & Vptonum ad Nostri lib. I. 18, 2. At de illo quidem præcepto hic non agitur; quamquam & hoc loco juvabit meminisse eorum, quæ ibi a viris doctis monita sunt. Conqueritur homo ille, quem Epictetus dicit, ita de se in epistola illa commendatitia Romam data locutum esse Epictetum, tamquam *miser* esset, aut *miserum* certe se ipsum eo putaret, quod ea conditione esset, quæ *misera* vulgo videretur: quod ipse quidem minime voluit;

luit, neque concedere paratus est; bene scilicet gnarus, in rebus externis, sicut nec verum hominis bonum, sic nec malum aut miseriam inesse. Denique simillima est ejus querimonia ei, quam habes infra IV. 6, 2.

Ibid. οὐδέν ἐστιν. Sic vett. edd. cum pabc. quod posteriores editores præter rationem in οὐδέν ἐστιν mutarunt: quam licentiam & alibi sæpius in eodem vocabulo sibi sumserunt.

Vers. 29. Ῥοῦφος. Rufo præceptore Romæ usum esse Epictetum, jam vidimus I. 7, 32.

Ibid. πειράζων με, *tentandi mei caussa;* nempe, quo cognosceret, quid sentiam, quid responsurus essem, quid profecerim in usu præceptorum quæ in ejus schola mihi inculcata erant.

Ibid. συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο. „*Accidet tibi hoc & illud a domino.* Ex iis, quæ sequuntur, colligo, τὸ συμβήσεται in bonam accipi partem; quasi Rufus Epicteto spem fecisset, impetrandi alicujus beneficii ab Epaphrodito, hero ipsius.“ WOLFIVS. — Vtrum de re tristi, an de re læta accipienda sint ista verba, haud satis adparet. Conf. quæ mox ad versum seq. notamus.

Vers. 30. ὅτι ἀνθρώπινα. „*Esse humana;* hoc est, res externas, & non nostri, sed alieni juris, caducas & mutabiles, sive bonæ, sive malæ esse videantur. Significavit Epictetus, se heri sui liberalitatem erga se parvi facere, eaque carere posse.“ WOLFIVS. — Ambigue quodammodo, & obscure responsum, ad nostrum quidem sensum. Quod si vocab. ἀνθρώπινα ea notione accipias, qua in Enchir. c. 26. usurpatur; intelligendum fuerit illud συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο vs. præced. de *re tristi*, quæ in *malis* vulgo habetur. Cui tamen repugnare videtur id, quod proxime Rufus ait, Τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῶ, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος; ubi αὐτὰ λαβεῖν evidenter referri videtur ad illud ipsum, quod dixerat, συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο. Sed rursus in his ipsis etiam verbis, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος, difficultas inest, de qua mox videbimus. Etiam Wolfium impeditum se sensisse in interpretando hoc loco, ex adnotatione ejus intelligitur; quæ non satis expedire rem videtur. Tentavi alias notiones vocabuli ἀνθρώπινα. *Sunt hæc homine digna; sunt ejus viri, qui hominem se esse cogitat, & ita agit ut homine dignum est;* aut, *sunt hæc humana*, id est, *clementia*, ut ἀνθρώπινος

φρώπινος idem fere ac φιλάνθρωπος valeat; cujus notionis exempla nonnulla H. Steph. in voce ἀνθρωπίνως ex Demosthene citavit. Quæ omnia sic intelligi poterant, ut Epictetus significaret, *se heri sui liberalitatem non omnino parvi facere*, (ut Wolfius ait,) *sed agnoscere quidem, at non nimium spe ista sibi facta exsultare, aut lætitia efferri, verum æquo animo exspectaturum id quod tempus tulerit.* At, nisi de vera scriptura verborum proxime sequentium constiterit, nihil ne de hujus quidem responsi sententia definiri posse videtur. Germanicus interpres, in alia omnia hic discedens, sic convertit quasi esset: *ego nihil aliud volo vel desidero, nisi id quod homini est necessarium.*

Ibid. Τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῶ, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος. Ad παρακαλῶ adnotavit MEIBOMIVS: (non *Salmasius*, ut ait Vpton.) „παρακαλῆ forsan. *Quid itaque ipsum deprecaris?* Si τὸ παρακαλῶ ad Rufum referatur, etiam sequens δυνάμενος erit primæ personæ participium.“ — „Quid si, Τί οὖν ἔφη, ἐκεῖνον παρακαλῶ, σοῦ παρὰ σαυτοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυναμένου;“ VPTON.

Si id, quod Epicteto ab hero eventurum prædixerat Rufus, triste aliquid & incommodum fuerat; poterunt nunc hæc verba, absque mutatione, sic intelligi: *Quid ergo illum* (pro te) *deprecer? cum id ipsum* (quod ab illo petere pro te possem, sc. ne quid mali tibi accidat) *a te impetrare possim;* scilicet quum jam parum abesse te videam ab illa animi fortitudine & constantia, ut nihil, quod extrinsecus accidat, lædere te possit. Sed hæc quidem contorta nonnihil & coacta videtur interpretatio; & in eam sententiam saltem pro αὐτὰ videtur τὰ αὐτὰ vel ταὐτὰ fuisse dicendum. Sin faustum fuit quod prædixerat Rufus; (v. c. in libertatem mox ab hero manumissum iri Epictetum;) poterunt ea verba, de quibus nunc quærimus, in hanc sententiam accipi: *Quid ergo porro ego Epaphroditum pro te orem? cum id quod ab illo pro te petere possem*, (scil. ut stet promisso, ut expleat spem mihi de te factam) *a te ipso impetrare possim;* nempe ut tu ipse te in libertatem, in eam quæ unice vera libertas est, vindices. Sed fateor, ne hanc quidem interpretationem omni ex parte mihi satisfacere. Et utique incommodat verbum δυνάμενος, ad Rufum relatum, quod videbatur ad Epictetum debere referri. Neque vero Vptoni emendatio, quam adoptavit Germanicus

cus interpres, satis liquido fluere, omnemque difficultatem tollere videtur. Equidem nihil desinio; & e melioribus codicibus, si qui supersunt, lucem requiro: nostri quidem nihil hoc loco præsidii offerebant. Interim, rebus omnibus expensis, probabilior ratio videtur, ut illud συμβήσεταί σοι τοῦτο de *re tristi* accipiamus, & vocabulum ἀνθρώπινα eodem sensu, quo in Enchir. c. 26. accipitur, *res humanæ*, id est, *quæ in hominem cadere possunt, quæ homini non inexspectatæ esse debent.*

Vers. 31. ὃ ἐξ αὐτοῦ τις ἔχει. αὐτοῦ e superioribus editt. revocavi, cum citra necessitatem in ἀὐτοῦ esset mutatum ab anon. editore Lond. a quo Vptonus accepit. In αὐτοῦ cum vett. edd. consentit pa. & id quoque primo fuerat in pbc. sed in his deinde in ἀὐτοῦ mutatum.

Vers. 32. ἀγρὸν παρὰ σοῦ λάβω. „*Agrum a te accipiam?* Non intelligo istam magnitudinem animi, non accipientis ea quæ offeruntur, nisi forte jam ante iis abundes, & nemini quicquam debere videri velis. Ego certe panem acciperem esuriens, & sitiens potum, & nudus vestem, & pauper prædium, si nulla turpitudo, nulla fraus cum ea liberalitate conjungeretur. Idem Epicteto non invideo laudem constantiæ, si emori fame, quam alieno beneficio emori voluit.“ WOLFIVS. — Atqui non ita morosus fuit Epictetus, ut ejus præcepta offendere Wolfium debuerint. Pertinet hoc præceptum ad hominem ignavum & humilem, (vers. 33. & vs. 10.) qui, cum sui ipsius curam gerere, & honesto labore vitam sustentare bono cum Deo possit, (vs. 9.) angitur, cupit, invidet, miratur, timet, & ex aliena spe & ex hominum gratia unice pendet. (vs. 20 sq.)

Vers. 33. γράφειν ἐπιστολὰς ὡς ὑπὲρ νεκροῦ; &c. Respicit vs. 27. Simul vero adludit, ni fallor, ad morem imperatorum, qui, post cladem prælio acceptam, ab hostili imperatore missis literis atque nunciis petunt, ut sibi copia fiat sepeliendorum mortuorum. Haud satis mihi liquere profiteor: sed eodem pertinere videtur, quod proxime ait, Τὸ πτῶμα ἡμῖν χάρισαι τοῦ δεῖνος. Hominem, qui bona sua extra se in rebus ad corpus pertinentibus, non in se ipse & in animo suo quærit; quique adeo a rebus externis & ex aliorum hominum gratia & arbitrio pendet; hunc hominem *cadaver*, *corpus mortuum*, *corpus anima destitutum*, adpellat; corpus quod non aliam animam habet, nisi *vitam animalem*,

lem, quæ in *ſanguine* ineſt: quo & ſpectat quod addit, καὶ ξέστην αἱματίου. (Conf. mox vſ. 34.) Quæ locutiones, ad hanc ſententiam adaptatæ, neſcio an ex poëta aliquo ductæ ſunt. Illud video, ξέστην αἱματίου pro *vita* ſimiliter uſurpari in dicto illo, quod Cyrenaico Theodoro Seneca tribuit, de Tranq. Animi, c. 14. *Minabatur Theodoro philoſopho tyrannus mortem, & quidem inſepultam. Habes, inquit, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt. &c.* cujus tamen dicti nec apud Diog. Laërt. II. 102. nec apud Cicer. Tuſc. I. 43. ubi ejusdem comminationis fit mentio, veſtigium occurrit. Senecæ locum Vptonus in Indice ad voc. ξέστης indicavit.

Verſ. 34. εἰ δ' ἦν πλέον. Putares particulam δὲ rurſus hic, ut ſæpe aliâs, operarum vel editorum errore pro γὰρ irrepſiſſe; de quo errore ſupra ad vſ. 2. dictum. Sed nunc quidem in δὲ libri conſentiunt omnes; neque id male; nam ſic utique apud optimos ſcriptores Græcos nonnumquam illa particula uſurpatur, ut idem fere ac γὰρ valeat.

Ibid. ὅτι ἄλλος δ' ἄλλου οὐ δυστυχεῖ. „*Alium per alium non eſſe in calamitate.* Intelligitur, deprecatore igitur nihil eſſe opus.“ WOLFIVS. — Corrupte δ' ἄλλου pro δι' ἄλλον erat in Ven. & Baſ. Tacite correxit Wolf. in Notis, ubi hæc verba citavit; inde in ſeqq. editt. correctum. Verum tenent codices noſtri. Eſt autem δι' ἄλλον, *propter alium, alterius culpa.* cf. II. 16, 40. I. 28, 23.

CAPVT X.

Verſ. 1. συνετετάμεθα περὶ τὸ ἔργον. „συνετετάγμεθα, [nempe ſic olim ante Vptonum edebatur] *inſtructi eſſemus.* Malim συνετετάμεθα a συντείνομαι potius, unde σύντονος, quam a συντάττομαι.“ WOLFIVS. Sic etiam corrigendum monuit Salmaſius. In latina converſione utramque ſcripturam quodammodo conjunxit Wolfius: *ſi tanta nos contentione ad noſtra officia compararemus.* At aliud eſt παρατεταγμένος, I. 5, 3.

„Recte συνετετάμεθα noſter codex & ms. Par.“ VPTON. — Et in ipſo quidem contextu Vptoni συντετάμεθα expreſſum eſt, cum nudo augmento perfecti præt. non plusquamperf. Sed & ex ejusdem Adnotatione, quam protulimus, intelligitur, συνετεταμ. eum voluiſſe.

voluisse. Recte; nam etsi nonnumquam in plusquam. perf. activo omitti solet augmentum huic tempori proprium, ut ad I. 6, 3. vidimus; nescio tamen, an & in passivo perinde id fieri soleat; & hoc loco certe requirebatur illud augmentum, quo plusquamperf. a perfecto distingueretur. Sic vero scriptum in pab. In pc. vero συντετάγμεθα.

Vers. 2. Οἶδα ἐγὼ πρεσβύτερον — — — οἷα εἶπέ μοι &c. Hæc quum ita convertisset WOLFIVS: *Novi ego hominem — — — quænam is mihi dixit? ut priorem suam vitam exagitavit?* monuit deinde in Notis: „Potest sine admiratione & interrogatione verti, hoc modo: *Novi quæ mihi quidam me natu major — — dixerit.*“ — Ego, perspicuitatis caussa, *Memini*, pro *Novi*, posui.

Ibid. τὸν νῦν ἐπὶ τοῦ σίτου ὄνθα ἐν τῇ Ῥώμῃ. „Sic noster codex. Alii καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ σίτου ὄνθα ἐν Ῥώμῃ. Cæterum *Annonæ Præfectus* magistratus Romæ satis notus.“ VPTON. — Videndum, ne Vptoni codex hanc scripturam indicaverit, τὸν καὶ νῦν &c. Nostri libri hic nil mutant; nisi quod articulum τῇ, quo carent alii ante Ῥώμῃ, agnoscit noster pc. cum Vptoni codice. Est vero in ora pb. hoc loco Scholion: τὸν ὡριάρχην λέγει. Id nempe est, *horreis frumentariis præpositum.* Sunt enim Græcorum sequioris ætatis sermone ὥρια vel ὡρεῖα, *horrea frumentaria, granaria.*

Ibid. ἀναβάς. *In patriam reversum* interpretatus est Vpton: non male quidem hoc loco per se; sed id græce καταβάς sonat. Nec vero idcirco solicitandum vulgatum. Qui e Græcia in Italiam adpulit, & deinde ab ora *Romam proficiscitur*, is ἀναβαίνειν dicitur. Sic rursus III. 7, 13. Eodem modo ἀνέρχεσθαι, I. 11, 32. II. 6, 23. III. 9, 3. & ἀνεῖναι, III. 9, 1.

Ibid. σπουδάσει. „Noster codex habet σπουδάσει. Alii σπουδάσειν.“ VPTON. — Ad vulgatam olim lect. jam adnotaverat WOLFIVS: „Lego σπουδάσει, vel σπουδάσεις.“ — Et Meibomius σπουδάσει corrigere jusserat: neque aliter scriptum in nostris codicibus. In pa. videtur primum σπουδάσειν fuisse, sed & ibi σπουδάσει hodie legitur.

Ibid. Πόσον γὰρ ἔτι ἐστὶν ἐμοὶ τὸ λοιπόν; Mendose Ποσὸν ed. Vpton. cum accentu in ultima, errore ex ed. Cant. propagato. In ed. Col. alio errore prorsus omissus erat accentus. Recte superiores edd. cum msstis.

Vers.

Vers. 3. ὅτι χαίρων καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶν ὥσεται. εὐχαριστῶν ἔσεται dabant editiones omnes. Vbi hæc notarunt interpretes: „ἔσῃ dubio procul scripsit Arrianus.“ MEIBOMIVS. — „Verumenimvero frequens est hæc personarum mutatio, præsertim in familiari colloquio. Nota autem εὐχαριστῶν ἔσεται, pro εὐχαριστήσει. Phrasis est usitatissima apud Græcos, quam & Latini imitati sunt. Manil. V. 391. *erit capiens*, pro *capiet*.

Quisquis erit *tali* capiens *pro tempore vitam.*

VPTON. — Ego vero me fateor de veritate lectionis vulgatæ nondum satis esse certum. — Sic olim dubitabam, cum mihi non, ut Meibomio, tertia verbi persona suspecta esset; (quoniam percommode e superioribus intelligi ἔλεγον poterat, *dicebam ei;*) sed ipsum verbum ἔσεται importunum h. l. videretur, & tam languida atque frigida, quam insolita, dictio illa, εὐχαριστῶν ἔσεται. Ecce vero opportunissimam laboranti loco medicinam, trium nostrorum codicum consensu oblatam; ὥσεται, id est, *ingeret se, irrumpet, præcipitabit* se, *properabit*. Paulo ante, pro δίδωται, habet διδῶται pb. sed & in hoc prius δίδωται fuerat. Perperam δίδοται pc.

Vers. 4. ὃ βούλει. „Ita noster codex & ms. Par. Cæteri codices [nempe superiores editiones] βούλοι exhibent.“ VPTON. — In βούλει autem consentiunt pabc.

Vers. 5. εἰς τὴν πόλιν. „Sic *Vrbs*, pro Roma. Sed Πόλιν est lectio nostri codicis; nam alii Ῥώμην habent, quæ marginis explicatio videtur.“ VPTON. — πόλιν habet etiam noster pb.

Ibid. παρὰ Καίσαρος πινακίδες. „Synesius p. 109. [de Provid. lib. I.] τὸ πινακίδιον πέμψας. Vbi PETAVIVS: Πινακίδιον, *codicillus* seu *literæ Principis*, quibus alicui aut abrogatur imperium aut mandatur, aut exilium imperatur, aut ab eo revocatur.“ VPTON, *in Ind. voc.* Πινακίς.

Ibid. ὁ δὲ λαβὼν, πάντων ἐκείνων ἐξελάθετο. „Idem fere exemplum humanæ inconstantiæ, nec minore cum festivitate, videas licet apud Horatium, [Epod. 2. extr.] ubi, post longum sermonem de ruris otio,

— — — — *Foenerator Alphius,*
jamjam futurus rusticus,
omnem relegit Idibus pecuniam:
quærit Kalendis ponere.

VPTON. — Deeſt vocab. ἐκείνων pab. ſine damno ſententiæ. Nil vero cauſſæ erat, cur ſuſpectum eſſe verbum ἐξελάθετο debuerit Meibomio, ἐπελάθετο ſcribendum ſuſpicanti.

Verſ. 6. ὅτι πόσῳ σοῦ ἐγὼ. „Sic noſter codex; ms. Par. πόσου σου ἐγὼ. Alii πόσου ἐγώ.“ VPTON. — Caret ὅτι pc. πόσῳ σου cum Vptoni cod. dat noſter pb. πόσου σου pac.

Ibid. κομψότερος μάντις εἰμί. Nempe

Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Verſ. 7. Τί οὖν; ἐγὼ λέγω, ὅτι &c. Cum ſic diſtinguerent editi libri omnes, Τί οὖν ἐγὼ λέγω; ὅτι &c. monuit VPT. in Addendis ad Notas: „Fortaſſis, Τί οὖν; ἐγὼ λέγω, &c.“ — Eam diſtinctionem adoptare placuit; qua & uſus eſt noſter cod. pb.

Ibid. ὅτι ἄπρακτόν ἐστι τὸ ζῶον. „*Quid ergo ego dico? Animal eſſe otioſum?* Occupatio eſt, in hanc ſententiam: Occupationes & negotia non improbo: ſed illud improbo, quod ventrem ita curamus, animum vero prorſus negligimus.“ WOLFIVS.

„Minime ζῶον ἄπρακτον, ſed *in actu*, ut verbis Senecæ utar, [Epiſt. 8. & de Otio Sapientis, init. & ſub fin.] debet eſſe Homo. Ita Stoici; quibus contraria Epicurei docebant. Cicero de Fin. lib. V. [cap. 20 ſq.] *Apparet, nos ad agendum eſſe natos. Itaque appetit animus ſemper aliquid agere.* M. Antonin. V. 1. Ὀρθροι ὅταν δυσκόλως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. Τί οὖν; (ſic lego, pro ἔτι οὖν] δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; Mox Epicurea objectio: Ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. Cui Antoninus: Πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν; οὐ (ſic mallem pro ἢ) πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια &c. Καὶ σὺ οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; *Et tu nolis facere quæ hominis ſunt?* Καὶ σύ, ſic reſpondendum videtur. Idem VIII. 19. Ἕκαστον πρός τι γέγονεν, ἵππος, ἄμπελος. καὶ ὁ ἥλιος * ἐρεῖ, πρὸς τί ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ Θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί; τὸ ἥδεσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. Qui locus non tantum corruptus, ſed e loco ſuo quædam verba moventur: ſic autem corrige: Ἕκαστον πρός τι γέγονεν· ἵππος, ἄμπελος. Τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος, καὶ οἱ λοιποὶ Θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί γέγονας; πρὸς τὸ ἥδεσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. *Ad opus aliquod natum eſt unumquodque: puta, equus, vitis. Quid miraris? Sol etiam ipſe, & alii*

dii cæteri. (scil. fidera.) *Tu itaque ad quid natus es? ad voluptatem? Vide, an sensus communis id ferat.*" UPTON. — Mirum videri possit, τὸ ζῶον absolute positum, pro *homine.* Nempe intelligendum τοῦτο τὸ ζῶον, fere ut I. 2, 4. Itaque sententia hæc est: *cum omne animal ad agendum sit natum;* (cf. Cic. de Fin. III. 15. & 20.) *hoccine genus solum ego dico natum esse ad vitam in otio transigendam?* Ad ἄπρακτόν ἐστι notaverat MEIBOMIVS: „Quid si ἔστω?"

Ibid. Ἀλλὰ διατί ἡμεῖς &c. Nil mutant libri. Sed vide, ne sic scripserit Arrianus: μὴ γένοιτο· ἀλλὰ διότι ἡμεῖς &c. id est: *Absit: sed hoc dico, nos esse ignavos.* Sæpe & librariis & editoribus fraudi fuit particula διότι. Vide ad I. 7, 6. ad I. 11, 5.

Vers. 8. Εὐθὺς ἐγὼ πρῶτος. „*Statim ego primus:* sed quia hic græcismus durior est, a verbis nonnihil recessi. [Nempe sic verteus: *Nam ut alios taceam, ego, ubi diluxit, &c.*] Se nominat pro exemplo ignavi studentis. [cf. ad I. 8, 5.] Nam hac voce Fabius nostro more utitur: studiosus autem ignavus esse nequit." WOLFIVS.

Ibid. ἐμαυτῷ. ἐν αὐτῷ pc. quod non spernendum; potest enim esse pro ἐν ἐμαυτῷ, quemadmodum αὐτῶν I. 9, 26. pro ἡμῶν αὐτῶν positum.

Ibid. μικρὰ ὑπομιμνήσκομαι, τίνα ἐπαναγνῶναί με δεῖ. „*Nonnihil recordor quæ relegenda mihi sint.* τὸ ἐπαναγνῶναι ad repetitionem auditæ lectionis referri videtur; ut ἀναγνῷ præteriti, & non futuri temporis, significationem habeat. *Quid mea refert, quemadmodum ille legerit?* Si quis vero τὸ ἐπαναγνῶναι de *præmeditatione audiendæ lectionis*, quæ non minus & utilis & necessaria est, quam repetitio, intelligere maluerit, non impedio." WOLFIVS. — Haud dubie commodior veriorque posterior ratio. ἐπαναγνῶναι est *recitare, prælegere;* sic apud Lysiam, Orat. in Theomnestum, p. 360. ed. Reisk. & apud Synesium, de Insomniis, p. 139. Sigillatim vero etiam usurpatur, (sicuti hoc loco, & Enchir. cap. 49.) de *prælectione*, quæ fit a præceptore *docendi & explicandi caussa;* de qua conf. Quinctil. Instit. Orat. I. 8, 8 & 13. & II. 5, 23. Eam prælectionem Simplicius dicit, ἄλλῳ αἰτήσαντι παραναγινώσκειν, in Comment. ad Enchir. c. 73. ubi verbum hoc παραναγιν. e codicibus restituimus auctori, pro simpl. ἀναγινωσκ. quod ibi vulgatum erat. Cum qua prælectione Præceptoris conjun-

ctum sæpe & illud erat, ut præceptor pariter *discipulum audiret legentem* recitantemque & mentem auctoris pro suo captu exponentem; quo spectat quod mox ait, Τί δέ μοι καὶ μέλει πῶς ὁ δεῖνα ἀναγνῷ. conf. 1, 4, 14. ubi ἀναγινώσκειν non modo pro *legere* accipi debet, sed & pro *intelligere*, & præceptori ostendere quo pacto intelligas. Quin & idem simplex verbum ἀναγινώσκειν nonnumquam & de *prælectione & expositione præceptoris* usurpatur: sic certe nomen ἀνάγνωσμα II. 14, 1. accipiendum videtur; quamquam & ibi de *lectione vel prælectione discipuli* intelligi potest, *cui lectioni præceptor suas observationes, suas quæstiones, suam explicationem, admonitionesque suas adjungebat.* Conf. ad I. 26, 1.

Vers. 9. Καί τοι τί ὅμοια τὰ ἐκείνων πράγματα τοῖς ἡμετέροις; „*Quid autem res nostræ atque illorum habent simile?* Sententia est: Philosophiam sordido quæstu longe præstantiorem esse: majore igitur studio colendam esse. Reprehenditur autem ignavia scholasticorum, qui avarorum hominum industria longe vincantur. Sic Demosthenes noster doluisse fertur, si quando antelucana opificum opera vinceretur, cum longe majora, quam illi, suorum laborum præmia proposita haberet. Ingens autem præmium est, non aura popularis, sed patriæ conservatio.“ WOLFIVS.

Ibid. περί τινων προκοπῶν τοιούτων. *de aliis id genus profectibus.* Consulto utitur vocabulo προκοπὴ de *incremento rei familiaris*, & de *profectu* quem quis hoc in genere facit, adludens ad illam προκοπὴν cui intentus est sapientiæ studiosus.

Vers. 10. παρὰ Χρυσίππου ἐπισκέψασθαι. WOLFIVS, *ut apud Chrysippum consideres.* Vptonus, *ut juxta Chrysippum consideres.* Rectius, & ad verbum, *ut a Chrysippo requiras.* De re confer I. 17, 20.

Ibid. ποίαν τινὰ χώραν ἐν αὐτῷ ἔχει. „ἐν αὐτῷ, scil. κόσμῳ. Sic reposui monente nostro codice. Editi omnes ἐν αὐτῇ, structura adversante.“ VPTON. — ἐν αὐτῇ habent pabc. nec hoc male; scil. ἐν τῇ διοικήσει τοῦ κόσμου.

Ibid. ἐπίσκεψαι δὲ. Possis suspicari ἐπισκέψασθαι δὲ, ut sic connectatur cum superioribus. Sed nil opus est: ferendus imperativus modus, in quem consentiunt libri.

Vers. 11. „Ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστιν; ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς. *Hæccine illis similia sunt? An simili studio?* Negative hæc accipienda sunt. *Nequaquam tanto studio dignus*

dignus est quæstus, quanto sapientia &c. Multo turpius est negligere animum, quam quæstum." WOLFIVS. — „Deesse οὔ· ante ἀλλὰ videtur, hoc modo: Ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστιν; οὔ· ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς χρείαν ἔχουσα. *Hæccine illis similia sunt? Non: sed simile studium requirunt.*" VPTON. — Nil variant libri. Vix autem credibile est, positive (ut ajunt) & recta hoc dicere voluisse Epictetum, *simile* vel *par studium requirere* animi morumque curam, atque munus Præfecti annonæ, a quo petit is qui in frumento mercaturam facit, ut sibi liceat certam frumenti quantitatem Roma exportare. Sane, ex philosophi nostri mente, prius illud negotium multo majus atque impensius studium requirebat: &, in illo neglectim versari, multo turpius erat, quam in hoc. Quare non probare possum Vptoni rationem. Quæ si probanda esset, ne sic quidem opus admodum foret inserta particula οὔ· quæ simili in connexione frequenter solet omitti; de quo usu vide Adn. ad I. 29, 66. II. 8, 26. II. 24, 17. &c. Placet vero Wolfii ratio, quæ fere clarius etiam e Versione ejus, quam e Nota adparet: *Hæccine illis similia sunt? hæc simile studium requirunt? Num æque Turpe est, hæc atque illa negligere?* Quam in sententiam non solum post ὅμοιά ἐστιν; interrogandi signum posui, quod & Vptonus cum editore Cantab. & Londinensi anonymo fecit; verum etiam post ἔχουσα cum Londinensi, & post κἀκείνων cum Cant. & Lond. quibus duobus posterioribus locis signum illud consulto rursus delevit Vptonus. Turbaverat fortasse hunc interpretem ἀλλὰ particula adversativa. Sed hujus particulæ, si quid video, hic ea vis est, ut intelligatur, *at res quidem non sunt similes, sed studium tamen simile atque æquale requirunt?*

Vers. 13. ἐπεί τοι καὶ ἡμεῖς. Caret καὶ pa.

Ibid. προεθυμούμην. „Abest hæc vox προεθυμούμην ab editis codicibus, quam ope nostri codicis & ms. Par. restitui. Sed tamen adhuc male se habet hic locus, qui parva mutatione ita legendus: εἰ ἑώρων διεγηγερμένους καὶ προθυμουμένους, προεθυμούμην &c." VPTON. — Puto sic scribere voluisse virum doctum: εἰ ἑωρ. διεγ. καὶ προθυμουμένους, συμπροεθυμούμην ἂν συσπουδάζειν. Sic adcuratius hæc responderent illis, quæ superius dixit, συμπροθυμούμεθα καὶ αὐτοὶ συμπαίζειν. Et sic h. l. scriptum equidem malim; quamquam nec

vulgatam ſperno. προεθυμούμην habent Pariſini duo pab. idque pariter debuerat pc. in quo mendoſe προθυμοῦμεν.

Ibid. συσπουδάζειν correxit Vpton. cum anon. Lond. Et ſic mssti pbc. συνσπουδάζειν ſuperiores editt. cum pa.

CAPVT XI.

Verſ. 2. Πῶς τι οὖν χρῇ τῷ πράγματι; „Fortaſſe Πῶς σὺ οὖν &c. vel Τί οὖν; πῶς χρῇ &c.“ VPTON. — Sæpe quidem in his Diſſertationibus πλεοναστικῶς ponitur pronomen τι. Sed hoc loco utique malim, Τί οὖν; πῶς χρῇ &c. Recte vero χρῇ ſcripſit Vptonus, ut eſt in pab. pro χρῆ, quod dabant ſuperiores editt. cum pc.

Verſ. 3. ὅπως εὐδαίμονες. Caret h. l. ὅπως pc.

Verſ. 5. διότι Φυσικῶς. Mendoſe διί τι Ven. Inde διάτι (ſic) Baſ. Tum διὰ τί Gen. Col. Cant. Lond. Denique ὅτι VPTON. in contextu; ſed in Notis monuit idem Editor: „Lege cum noſtro codice & ms. Par. διότι.“ — Cui lubens obſecutus ſum. cf. ad I. 7, 6. Vidi vero deinde, id ipſum dare Pariſinos omnes.

Ibid. πᾶν τὸ κατὰ Φύσιν γινόμενον, ὀρθῶς γίνεται. „Juvenal. XIV. 321.

Nunquam aliud Natura, aliud ſapientia ſuadet.“ VPTON. — γενόμενον, non γινόμενον, pb.

Verſ. 9. ὅρασιν. Ita noſter codex & ms. Par. [Immo Pariſini tres.] Perperam nonnulli libri ὄρεξιν.“ VPTON. — Nempe ὄρεξιν habebant Ven. Baſ. Gen. Col. Hinc in ora Baſ. notatur ὄψιν, ex conject. editoris. ὅρασιν vero corrigere juſſit Salmaſ. Et id ipſum in contextu poſuerunt ed. Cant. & Lond. *Viſum* jam olim in verſione lat. ſcripſerat Wolfius.

Verſ. 10. τῶν κατὰ Φύσιν. „Addendum καὶ παρὰ Φύσιν, uti mox [vſ. 11.] καὶ τῶν παρὰ Φύσιν καὶ κατὰ Φύσιν.“ VPTON. — Facile ſane librariorum aberratione intercidere iſta verba potuerunt. Conf. Not. ad I. 18, 8.

Ibid. ποῖον θέλεις κριτήριον παρακλάβωμεν. „Κριτήριά φησιν (ſcil. Chryſippus) εἶναι αἴσθησιν καὶ πρόληψιν. Laërt. VII. 54. Et mox: Ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων Στωϊκῶν τὸν ὀρθὸν λόγον κριτήριον ἀπολείπουσιν.“ VPTON.

Verſ. 11. καὶ τῶν παρὰ Φύσιν καὶ κατὰ. καὶ τῶν κατὰ Φύσιν καὶ παρὰ pc.

Verſ.

Verſ. 12. *καὶ νῦν Ἰουδαίοις.* Ex noſtro codice [cum quo facit pc.] repoſui *καὶ νῦν*, pro *καὶ μὴν.*" VPTON. — Nempe *καὶ μὴν* dabant edd. omnes, cum pab. quod vide ne teneri debuerit.

Ibid. *καὶ Σύροις — — — περὶ τροφῆς.* „Syri a piſcibus abstinuere. Vide Porphyr. de Abstin. lib. IV. ſect. 15. & lib. II. ſect. 61. Et Lucian. de Dea Syria. [c. 14. & 45. T. III. edit. Amſtelod. p. 460. & 483.] Xenoph. Ἀναβ. ά. [p. m. 200. operum Xen. ed. Baſil. 1569.] Ovid. II. Faſt. 474.

Inde nefas ducunt, genus hoc imponere menſis,
ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Cic. de Nat. Deor. III. 15. *Piſcem Syri venerantur.* Totus ibi locus ita ſe habet: *Nec vero vulgi atque imperitorum inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur a Stoicis.* Sunt enim illa imperitorum. *Piſcem Syri venerantur:* &c. Verba iſta, *Sunt enim illa imperitorum,* ab aliis pro ſpuriis, ab aliis pro corruptis habentur: mihi autem e loco mota videntur, & elegantiam quandam præ ſe ferunt, ſi ad ordinem ſuum redigantur: *Nec vero vulgi atque imperitorum (ſunt enim illa imperitorum) inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur a Stoicis. Piſcem Syri venerantur:* &c." VPTON.

Verſ. 13. Ἀλλ' οἶμαι &c. Reſponderat alter, Καὶ πῶς οἶσθ' ὅτε; Tum pergit Epictetus, Ἀλλ' οἶμαι &c. Mox rurſus alter, Πῶς γὰρ οὔ; Rurſusque Epictetus, Ὅπου δ' ἄγνοια &c. Quæ omnia uni Epicteto tribuerat Vptonus. Quod ſi vel maxime illa, *πῶς οἶσθ' ὅτε; ἀλλὰ* &c. eidem Epicteto tribuas, ut infra vſ. 27. tamen deinde Πῶς γὰρ οὔ; verba ſunt patris.

Ibid. *εἰ καλῶς ἔχει.* Corrupte *εἰ καὶ ὡς* pc.

Verſ. 15. Σὺ οὖν, ἔφη. Cum ἔφην vulgo darent omnes, monuit VPTONVS in Notis: „Wolfius in verſione: *inquit,* ἔφη. Recte, ut videtur." — Immo recte; quemadmodum & ante, & poſt, toto hoc capite: quare id in contextum recipere non dubitavi. Eſt autem ipſum hoc ἔφη in noſtro cod. pc.

Ibid. *οὐδ' ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τὴν γνώμην ἕξεις, ἢ ὅπως τὸ κριτήριον τῶν κατὰ φύσιν καταμάθῃς, καὶ τούτῳ προσχρώμενος.* Noſter codex ad hunc modum: *οὐδὲ κατ' ἄλλο τι τὴν γνώμην ἕξεις, ἢ ὅπως τὸ κριτήριον ἐκεῖνο καταμάθῃς, ᾧ προσχρώμενος* &c." VPTON. — Quæ lectio non ſane ſpernenda. In *οὐδὲ κατ' ἄλλο τι* conſen-

tiunt pab. τὸ κριτ. ἐκεῖνο καταμάθῃς; ᾧ προσχρ. cum Vptoni cod. habet noſter pb. Pro καὶ τούτῳ, quod eſt in contextu, mendoſe in ed. Ven. & Baſ. καὶ τοῦτο erat, & ſic habet pc. Sed καὶ τούτῳ habet pa. ut correxerunt editores Genev. Colon. & ſeqq. Mox pro διακρίνῃς, quod cum pa. habent editi, διακρινεῖς ſcribitur in pbc. quod bene convenit cum eo, quod in pb. præcedit, ᾧ προσχρώμενος.

Verſ. 16. τὰ τοσαῦτα. Deeſt τὰ pc.

Verſ. 17. Τὸ φιλόστοργον δοκεῖ σοι κατὰ Φύσιν. „Ita Stoici. Diog. Laërt. VII. 120. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν φυσικὴν εἶναι αὐτοῖς, καὶ ἐν φαύλοις μὴ εἶναι. Cicero de Fin. lib. III. [c. 19.] *Pertinere autem ad rem arbitrantur, intelligi natura fieri, ut liberi a parentibus amentur.* M. Anton. I. 9. Ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον. & alibi.“ VPTON.

Ibid. κατὰ Φύσιν τε καὶ καλόν ἐστι. Sic bene edd. omnes. In tribus vero noſtris Pariſ. codd. deſunt duæ voces καὶ καλόν, in ſolo pa. ad oram notata a recentiſſima manu. Et pab. quidem cæteroquin nil mutant, pc. vero τι pro τε ſcribit, ſic: κατὰ Φύσιν τί ἐστι.

Ibid. τὸ δ' εὐλόγιστον οὐ καλόν; Ita exhibere ſuum codicem & ms. Par. teſtatur Vptonus, pro τὸ δ' εὐλόγιστον οὔκ; quod habent editi omnes & tenuit idem Vptonus. Ego vero illud recipiendum putavi; cum quod per ſe magis probabile eſt, temere omiſſum fuiſſe vocabulum καλὸν in eo codice, e quo expreſſa editio Veneta eſt, quam temere adjectum in duobus aliis codicibus; tum quod in ipſa vulgata lectione veſtigium iſtius lectionis conſervatum eſſe videtur. Nam aliàs in fine periodi, licet proxime ſequens oratio a vocali incipiat, non οὔκ· ſcribi ſolet, adjecta κ litera, ſed οὔ. ut mox verſu ſeq., ἢ γὰρ οὔ. & cap. præc. vſ. 12. in eadem etiam periodo, οὔ· ἀλλὰ πολύ, & ſic ſæpe aliàs. Denique in eamdem ſcripturam οὐ καλόν; conſentientes vidi tres noſtros manu exaratos codices. Pro εὐλόγιστον vero, quod præcedit, εὔλογον h. l. habet pb.

Ibid. Οὐδαμῶς. Non negat, honeſtum eſſe id quod ſit rationi conſentaneum: ſed negat quæſtionem, quæ negative erat expreſſa; adeoque adfirmat rem, & concedit eſſe id honeſtum.

Verſ.

Vers. 18. Μὴ τοίνυν μάχην ἔχει. Sic recte edd. At codd. omnes nostri ἔχῃ habent; in pa. tamen ἔχει primum fuerat, & ἔχῃ a recentiori manu scriptum.

Ibid. Εἰ δὲ μή. Ante hæc verba intelligi debet σὺ λέγεις, vel ὀρθῶς λέγεις, aut aliquid simile, quod in latina versione his verbis, *recte dicis*, expressi. Nam hoc Epictetus jam respondet ad illud, Οὐ δοκεῖ μοι.

Ibid. ἦ γὰρ οὕ; *Nonne ita se res habet?* Si sana & vera græca verba sunt, recte ἦ per gravem accentum scribitur, ut proprie sonet, *Aut nonne ita est?* i. e. *Aut tune aliter sentis?* (conf. Not. ad I. 2, 30.) Sed ubi ista ratione, in familiari sermone aut in dialogo, in fine orationis *Nonne* dicere volunt græci, absque negativa particula nude ἦ γάρ; dicunt, ubi ἦ circumflexo accentu notatur. Sic sexcenties apud Platonem; e cujus scriptis bene multa exempla hujus formulæ collegit Hoogeveen, in Doctrina Particul. c. 21. sect. 2. reg. 3. p. 487. Ac videndum, ne eodem modo hoc loco Arrianus scripserit, & οὐ ab insolito librario temere fuerit adjectum; qui eo facilius etiam ad id faciendum potuit induci, quod sequens vocabulum οὕτως ab eisdem literis *ου* incipit. Nihil vero mutant libri nostri. Neque, verum si quæris, opus admodum est, ut Epicteti oratio cum Platonis stylo exactissime consentiat.

Vers. 22. Οὐκοῦν ἔδει καὶ τὴν μητέρα. Deest καὶ in pa.

Ibid. Τί δ' ἡ τίτθη, στέργει αὐτό; „Supra, ἡ μήτηρ δ' οὐ Φιλοστοργεῖ τὸ παιδίον; Sic hic legendum videtur: Τί δέ; ἡ τίτθη οὐ στέργει αὐτό; vel, Τί δ' ἡ τίτθη, οὐ στέργει αὐτό; ut mox Τί δ' ὁ παιδαγωγὸς, οὐ στέργει αὐτό;" VPTON. — Parum interest: eadem sententia.

Vers. 24. ὅ τις αὐτῷ προσῆκον. Sic vett. edd. cum pb. αὑτῷ ed. Vpt. & sic pac.

Vers. 25. Φιλοστόργους οὕτως ἔχειν τοὺς προσήκοντας. Φιλοστόργως pc. quod & ipsum ferri poterat, constructionem verborum hanc intelligendo, ἠβούλου τοὺς προσήκοντας οὕτω Φιλοστόργως ἔχειν, *vellesne ut propinqui tui eo modo te diligerent.*

Vers. 26. μηδαμῶς ἔτι. οὐδαμῶς ἔτι pc.

Vers. 27. οὐδὲν ἦν τὸ κινῆσάν σε. „Sic emendavimus ex nostro codice & ms. Par. pro οὐδὲν ἦ." VPTON. — In verum consentiunt pabc. & corrigendum errorem monuerat jam Meibom.

Ibid. καὶ πῶς οἷόν τε; Possis hæc verba ab eodem Epicteto dicta intelligi; potuerunt vero etiam a patre responderi. conf. supra ad vs. 13.

Ibid. ὥστ' ἐγκαλύπτεσθαι, τοῦ ἵππου τρέχοντος. „*Vt se obtegeret, equo currente.* Præ pudore scil. si victus esset." WOLFIVS. — Quidni potius præ angore, pallidus & trepidans, cum, ne vinceretur, metueret? — „Notus est mos *se velandi & caput operiendi* in luctu, aut re aliqua atroçiore oborta. Horat. II. [Sat.] 3. vers. 37.

Nam male re gesta, cum vellem mittere operto
me capite *in flumen.* —

Plautus, Mostell. Act. II. sc. 1.

Capite obvoluto *ut fugeret cum summo metu.*

Sic Petrum, cum Dominum prodidisset, apud Marc. cap. XIV, 72. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *injecta capiti veste*, vel *capite operto flebat.* Vide Salmas. de Fœnore Trapez. [& alios, quos laudavit Jo. Christoph. Wolfius in Curis Philolog. & Crit. ad Marc. XIV. 72.] Vlysses apud Homerum Odyss. Σ', 85. & 92. faciem velat in luctu. Hunc autem morem hic respexisse videtur Epictetus." VPTON.

Ibid. ἵππου τρέχοντος ᾧ ἐσπουδάκει. Pro ᾧ dabant ὡς ἐσπουδάκει ed. Ven. & Bas. Quod WOLFIVS postquam convertit, *adeo in eam rem intentus erat;* monuit in Notis: „ὡς ἐσπουδάκει pro epiphonemate accipio; quasi dicat, tantilla re tantopere commovebatur. Quid enim? ipsene deterior fuit, si alterius equus antevertit." — „Fortasse legendum ᾧ ἐσπουδ. *cui equo favebat.*" COMES SHAFTESBVR. *in Notis Mstis.* — „Optime vir nobilis; atque ita noster codex: cæteri perperam ὡς ἐσπουδ. [neque melius Parisini.] Loquitur autem de favore certantium, & factionibus in Circo; de quibus alibi." VPTON. — „Est enim (ut idem VPTONVS *in Indice*, ad verbum Σπουδάζειν, monuit) σπουδάζειν *favere*, cum allusione ad factiones in Circo & theatris. Suetonius: *cum populus aurigam, cui ipse* favebat, *cavillatus esset*, &c. Martialis lib. IX. Epigr. 69. *Vincenti parmæ cum sua turba favet.* Capitolin. de Vero: *Amavit & aurigas, prasino favens.* Plinius lib. IX. Epist. 6. *favent panno.* Et sic scriptores istius ævi; hoc est σπουδάζειν." — Conf. Not. ad III. 4, 1. Scripturam quod adtinet loci in quo versamur; particulam ὡς, quæ erat in primis editis, prorsus omiserunt edd. Genev. Col. Cant.

&

& Lond. ᾧ ἐσπουδ. legendum, præter Shaftesburium, perſpecte viderat etiam Salmaſius.

Ibid. σπόγγων δεῆσαι αὐτῷ, *ſpongiis ei fuiſſe opus;* puta, aceto repletis aut ſpiritu odorato. cf. Matth. 27, 48. Johann. 19, 29. Paulo ante, pro νικήσαντος, perperam νικήσαντι habet pb. In eodem cod. mox deſunt verba πρὸς τὸ.

Ibid. λειποψυχοῦντα. „*Cum animo linqueretur;* ob inſperatam utique victoriam, præ repentino gaudio, quo nonnullos etiam extinctos eſſe legimus.“ WOLFIUS.

Verſ. 28. οὐ τοῦ παρόντος. Corrupte οὕτω παρόντος pc.

Ibid. τοῦ ἐπαίρεσθαι, ἢ συστέλλεσθαι. „Hæc vocabula ex Porticu ſunt. ἐπαίρεσθαι, *efferri;* & ἔπαρσις, *elatio animi*, vertente Cicerone. Laërt. in vita Zenonis, [VII.] 114. ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις. Et mox: χαρὰν — — εὔλογον ἔπαρσιν. Cicero Tuſc. Disp. IV. 6. *Cum inaniter & effuſe animus exſultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt; quam ita definiunt, Sine ratione, animi elationem.* Et mox: *Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.* Contra, συστέλλεσθαι, *contrahi;* συστολή, *contractio.* M. Anton. I. 17. ἐγυτάτω ἰδιώτου συστέλλειν ἑαυτὸν, ita ſe contrahere, ut ad privati ſpeciem proxime accedat. [Sigillatim] apud Stoicos συστέλλεσθαι, demitti contrahique animo. Laërt. in vita Zenon. ſegm. 111. καὶ τὴν μὲν λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον. Cicero Tuſc. Disp. IV. 6. *Aegritudo, animi adverſa ratione contractio.* Et mox: *Eſt ergo ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Apud Marcum Anton. II. 10. Ὁ γὰρ θυμούμενος μετά τινος λύπης καὶ λελῃθοίας συστολῆς, Φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος. *Qui enim iraſcitur, cum dolore quodam & contractione animi occulta, a rationis tramite declinare videtur.* τῷ συστέλλεσθαι opponitur διαχεῖσθαι, ſicut τῇ συστολῇ, *contractioni*, opponitur ἡ διάχυσις, *animi effuſio*, ſeu *diffuſio.* Huc pertinet illud Horatii, lib. I. Epiſt. 5. vſ. 20.

Contracta *quem non in paupertate* ſolutum?

ubi *ſolutum* refer ad διαχεῖσθαι, *contracta* ad συστέλλεσθαι. Pleraque Stoica non verba ſolum, ſed & dogmata habet Horatius. Sed de hoc aliàs.“ VPTON, *partim in Notis, partim in Indice.*

Verſ. 29. καὶ σοὶ — — σοὶ μὲν. καὶ σὺ — — σὺ μὲν pa.

Ibid.

Ibid. ἐλθεῖν. ἐλοεῖν pc. Librariorum hæc monstra sunt, sed memoratu non indigna, ut sciamus quam in partem proni fuerint illorum hominum lapsus.

Vers. 30. Οὐδέν. Ignorabant hoc vocab. superiores editiones ante Vptonum, qui e suo codice illam inseruit. Et habent quidem eamdem vocem h. l. nostri etiam codices tres pabc. (pac. quidem ἡμῖν οὐδὲν jungentes; pb. vero interposito interrogandi signo separans;) sed iidem omnes mox pro ἂν δ' ἄλλως ἡμῖν, nil aliud habent nisi ἀλλ' ὡς, quod ex ἄλλως est corruptum. Itaque vide, ne οὐδὲν illud ex οὐδ' ἂν detortum sit, quod pro illo opportune hic exhibent editi. Ac sane adjecta voce οὐδὲν nil erat opus. cf. ad I. 10, 11. ad I. 22, 12. ad II. 24, 17. Mox, pro τί ἂν ἄλλο, est τί οὖν ἄλλο in pb.

Vers. 32. τότε τοῦ φεύγειν. Articulum, cum neglexissent superiores, adjecit e codice suo Vptonus; cum quo facit noster pb.

Ibid. καὶ νῦν ἐν Ῥώμῃ ἀνέρχῃ. De verbo ἀνέρχεσθαι, *Romam* (e Græcia potissimum) *proficisci* significante, vide Not. ad I. 10, 2. Nota vero præpos. ἐν pro εἰς positam, ut II. 20, 33. Monuit ad hunc locum VPTON: „Hinc patet, Epictetum non Romæ hunc sermonem habuisse. Vide Præfationem nostram in initio.“ — At id quidem e bene multis locis harum Dissertationum abunde patebat. Pro ἀνέρχῃ in pa. primo fuerat aliud quid, forte ἀπέρχῃ, erasum deinde & correctum. Nudum verbum ἔρχῃ habet pb. In ἐν Ῥώμῃ nil mutant libri.

Ibid. κἂν μεταδόξῃ. „Noster codex μεταξὺ δόξῃ.“ VPTON. Nempe imperite sic in cod. illo scriptum. Eodem modo in pb. sed in hujus ora corrigitur eadem manu, μεταδόξῃ.

Vers. 33. οὔτε ἄλλο τι — — αἴτιόν ἐστι τοῦ πράττειν τι, ἢ μὴ πράττειν ἡμᾶς· ἀλλ' ὑπολήψεις καὶ δόγματα. „Non ex *perturbationibus*, sed ex *opinionibus*, oriri actiones humanas, existimabant Stoici. Id quod patet ex hisce Dissertationibus passim, & ex Marco Anton. VIII. 1. ἐπὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. Hinc apud eundem crebro ista occurrunt: Πᾶν ὑπόληψις, & Πάντα ὑπόληψις, & ὁ βίος ὑπόληψις. Seneca Epist. 78. *Omnia ex opinione suspensa sunt.*“ VPTON. Vide loca Epicteti nostri, in Indice ad vocabula ὑπόληψις & δόγμα collecta. Nota vero, græca hæc vocabula ejusmodi esse, ut per se etiam, sive vi originis, sive ex vulgato

vulgato usu, *actionem* aliquam *animi* significarent: nam ὑπόληψις est quasi *susceptio*, adeoque *opinio a nobis suscepta, in animum a nobis admissa*; δόγμα vero est *decretum*, qualia sunt *senatus decreta*, quæ ex actione sane animi, non passione, proficiscuntur.

Vers. 34. Πείθεις, ἔφη. „Deest ἔφη in aliis, restitui autem ex nostro codice. Mox, Οἷα δὴ τὰ αἴτια, &c. axioma in scholis: *Qualis caussa, talis est effectus.*“ VPTON. — ἔφη ignorant nostri libri cum editis. Pro οἷα δή, habet οἷα δὲ pb.

Vers. 36. ταὐτὸν τοῦτο. ταυτὸ τοῦτο pac.

Ibid. ἀποφανοῦμεν. Corrupte ἀποφανοῦμαι pb. sed superscr. εθα, ut sit ἀποφανούμεθα.

Vers. 37. πεπεισμένοι. πεπεισμένω pa. in duali.

Ibid. ἡμεῖς κύριοι. „ἐφ' ἡμῖν.“ VPTON. — Nempe sic Enchir. 1.

Vers. 38. οὐδὲν ἄλλο. οὐδὲ ἄλλο pa.

Ibid. Pro τὸν ἀγρὸν pc. in contextu τῶν ἀνδρῶν habet, sed in marg. γρ. οὔτε τὸν ἀγρὸν.

Vers. 39. σχολαστικόν σε δεῖ γενέσθαι· τοῦτο τὸ ζῶον &c. „*Scholasticus* est is, qui in pulvere literario vitam tantum agit, non ad forum accedens. Vita autem Stoici in actione, non in otio versari debet: ideoque vituperio vertitur Scholasticus. Sic IV. 1, 138. ἄχρον ἐκεῖνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν. Author de Caussis corruptæ Eloquentiæ: *At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas* Scholasticorum, *qui Rhetores vocantur*, &c. Petronius in Satyr. *Ideo ego adolescentulos existimo in* Scholis *stultissimos fieri, quia nihil ex eis quæ in usu habemus, aut audiunt, aut vident.* Hinc M. Antonin. I. 16. μήτι ὅτι σχολαστικός. ubi videas Gatakerum. Vide etiam Hieroclis Facet. edit. Needh. p. 460. & Casaub. Not. ad Histor. Aug. p. 188.“ VPTON.

Ibid. οὗ πάντες καταγελῶσιν. ὃ πάντες pab. male.

CAPVT XII.

TIT. Περὶ Εὐαρεστήσεως. Commode *de Animi Aequitate* vertunt; agitur scilicet de *Animo, qui in divina Administratione hujus Mundi placide adquiescit, & Providentiæ divinæ decreta cum hilaritate comprobat.* Ductus autem est Titulus (qui, sicut reliquæ Capitum Inscriptiones, ab Arriano adjectæ videntur) e verbis illis, vers. 8. πῶς ἂν εὐαρεστοίην τῇ θείᾳ διοικήσει; cf. vs. 20 sqq.

Idem

Idem verbum eadem notione habes apud M. Anton. I. 54. τῇ παρούσῃ συμβάσει θεοσεβῶς εὐαρεστεῖν. IX. 3. μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλ' εὐαρέστει αὐτῷ. cf. eumdem VIII. 32. quæ loca Vptonus in Indice indicavit.

Inseruit particulam hujus Dissertationis Eclogis suis Physicis Stobæus, p. 8. ed. Canteri; p. 100 sqq. ed. Heeren; scil. inde ab ipso initio, usque ad verba τῷ νόμῳ τῆς πόλεως. vs. 7. Et notatur ibi in ora librorum: Ἀρρίανοῦ Ἐπικτητείου (vel Ἐπικτητείου) ἐκ τοῦ (scil. λόγου περὶ Εὐαρεστήσεως. Nam quod περὶ ἐναρεστήσεως expressum est in edit. Heerenii, operarum culpa peccatum videtur.

Vers. 1. Περὶ Θεῶν οἱ μέν τινές εἰσιν οἱ λέγοντες. Sic scripsi cum pc. cui suffragatur Stobæus. Cæteri vulgo μέν τινές εἰσι λέγοντες.

Ad *Vers.* 1 *& seqq.* hæc commentatus est VPTONUS: „Varias Philosophorum de Diis sententias refert Epictetus.

„I. Eorum, qui dixerunt, *nullos esse Deos; μηδ' εἶναι τὸ θεῖον.* [Minus recte apud Stob. μηδὲν εἶναι τὸ θ.] Quorum in numero Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus, Democritus, cum aliis. Vide Cic. de Nat. Deor. l. 1.

„II. Eorum, qui *Deos esse* dixerunt, sed qui *omnino nullam habere* censerent *rerum humanarum procurationem Deos.* εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ μηδενός. Quales Epicurei; infra, lib. II. 20, 9. Sic autem Epicurus: *Quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* Cic. de Nat. Deor. I. 30. Laërt. X. 139. Velleius apud Cic. I. 8. vocat Πρόνοιαν, *Providentiam, anum fatidicam Stoicorum.* Lucretius de Divina natura: [II. 648.]

Nam privata dolore omni, sejuncta periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Ennius apud Cicer. de Divinat. II. 50. & de Nat. Deor. III. [32.]

Ego Deûm genus esse semper dixi & dicam coelitum:
sed eos non curare opinor. quid agat humanum genus.
Nam si curent, bene bonis sit, male malis: quod nunc abest.

„III. Eorum, qui *Deos esse* dixerunt, *& rerum procurationem habere; sed magnarum solummodo & coelestium. non item terrestrium.* εἶναι καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τῶν

τῶν μεγάλων καὶ οὐρανίων, τῶν δ' ἐπὶ γῆς μηδενός. [verſ. 2.]

„IV. Eorum, qui *Deos eſſe* dixerunt, *& rerum procurationem habere*, tum cœleſtium, tum terreſtrium; *ſed in univerſum tantum, non particulariter:* εἶναι καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων καὶ οὐρανίων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἀνθρωπίνων, εἰς κοινὸν δὲ μόνον, καὶ οὐχὶ δὲ κατ' ἰδίαν ἑκάστου. Vbi ἀνθρωπίνων, pro οὐρανίων, [quod dant editiones Arriani] repoſui ex Stobæo Ecl. Phyſ. lib. I. p. 8. cui etiam aſtipulatur noſter codex.“ — [Quod ſi certus eſſem, e codice quodam Arrianeo ductam eſſe illam ſcripturam ἀνθρωπίνων, quæ in ora libri Vptoniani notata eſt, non e Stobæo a viro quodam docto enotatam; in contextum eam recipere non dubitaſſem. Noſtri quidem libri pab. in οὐρανίων cum editis conſentiunt; in pc. vero omiſſa ſunt in hac regione plura quædam verba, in quibus eſt illud ipſum de quo quæritur. Itaque in ea incertitudine, vulgatam apud Arrianum ſcripturam, quam & Vptonus ipſe in contextu tenuit, loco movere nolui, præſertim quum per ſe nullo utique incommodo illa laboret. HEERENIVS, Stobæanam probans lectionem, differre monet τὰ ἐπὶ γῆς & τὰ ἀνθρώπινα, cum illa omnia terreſtria, hæc humana proprie comprehendant. In ejusdem Heerenii ed. Stob. ſic h. l. legitur: τέταρτον, οἱ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ τῶν ἀνθρωπίνων, omiſſo operarum puto culpa articulo τῶν ante ἐπὶ γῆς, quem & grammatica ratio ibi requirebat, & editio Canteri exhibet cum editionibus Arriani. τρίτον, & τέταρτον Stobæus habet, minus commode, pro τρίτοι & τέταρτοι, quæ Arrianei dant libri. Mox pro καὶ οὐχὶ δὲ κατ' ἰδίαν, apud Stobæum ſcribitur καὶ οὐχὶ καὶ κατ' ἰδίαν. In pb. vero οὐχὶ δὲ κατ' ἰδ. omiſſa particula καὶ ante οὐχὶ, qua & facile ſane carere poteramus.]

„Cæterum [ſic pergit VPTONVS] hæc fuit nonnullorum Stoicorum ſententia. Balbus apud Ciceronem de Nat. Deor. II. 66. *Magna Dii curant, parva negligunt. Magnis autem viris proſpere eveniunt ſemper omnes res.* Vide quæ ibi Daviſius. Ad hanc ſententiam autem reſpexit M. Antonin. VI. 44. Εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο. *Quod ſi de me ſpeciatim nihil Dii conſuluerint; at de rebus univerſis ſaltem omnino conſuluerunt.* Apud Juſtinum in Dial. cum Tryph. p. 183. [p. m. 218. ed. Pariſ. 1636.] quidam philoſophi memorantur, qui divinam

provi-

providentiam ad particularia non extendere perſuadere moliti ſunt: Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι πείθειν, ὡς τοῦ μὲν σύμπαν, ᾧ καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται Θεὸς, ἐμοῦ δὲ καὶ σοῦ οὐκέτι, καὶ τοῦ καθέκαστα· ἐπεὶ οὐδ' (ſcribe οὐδ' ἐπεὶ) ἂν ηὐχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. *Quin etiam nobis perſuadere moliuntur, univerſitatis quidem hujus, ac generum, ſpecierumque ipſarum curam gerere Deum; mei autem, & tui, & uniuscujusque ſingillatim non itidem: non quamquam imploraremus eum totis noctibus atque diebus.*"

„V. Eorum, qui etiam *ad Particularia extendere* [*ſe*] *divinam Providentiam* cenſerent. [verſ. 3.] Inter quos *Vlyſſes* Homericus. Sic enim Minervam alloquitur, Iliad. κ'. 278.

— — — — — Ἦ τε μοι αἰεὶ
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι· οὐδέ σε λήθω
κινύμενος. —

Quæ mihi ſemper in nullis non laboribus ades: neque te lateo cum moveor. Noſter codex etiam habet κινύμενος: [ſic & Stobæus, ut eſt apud Homerum; atque hoc in contextum recepit Vptonus, monitus etiam a Salmaſio:] cum cæteri κινούμενος exhibent. [Sic Pariſini omnes.] *Socrates* autem apud Xenoph. in Memor. lib. I. [c. 1.] Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πρατ[illegible]όμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλόμενα· [immo βουλευόμενα·] παντα[illegible]χοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων. Et apud Platonem in Phædone, p. 62. edit. Steph. [c. 6. p. 167. ed. Forſteri.] Οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ Θεοὺς εἶναι, ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῶν κτημάτων τοῖς Θεοῖς εἶναι. Propius accedit ad Homerica verba Hermogenes apud Xenoph. in Sympoſ. p. 887. ed. Francof. [p. m. 701. ed. Baſ. 1569.] Οὗτοι τοίνυν οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι Θεοὶ, οὕτω μοι φίλοι εἰσὶν, ὥστε διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί μου οὔποτε λήθω αὐτοὺς, οὔτε νυκτὸς, οὐδ' ἡμέρας· οὔθ' ὅποι ἂν ὁρμῶμαι, οὐδ' ὅ τι ἂν μέλλω πράττειν. Cicero de Nat. Deor. l. 2. *Sunt autem alii Philoſophi, & hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum adminiſtrari & regi cenſeant: neque vero id ſolum, ſed etiam ab iisdem vitæ hominum conſuli & provideri.* Ipſe Zeno apud Laërt. VII. 147. Θεὸν δὲ — — προνοητικὸν κόσμου τε καὶ

καὶ τῶν ἐν κόσμῳ. Confer [Epictetum noſtrum] II 14, 11. III. 24, 103. III. 26, 28." VPTON.

Verſ. 4. Tria verba, ἢ οὐχ ὑγιῶς, quæ deerant in ſuperioribus editionibus, e ſuo codice adjecit Vpton. Nullus e noſtris ea agnoſcit. Paulo ante vero, pro πότερα, habet εἰ ἄρα pb. Cæterum totus hic verſus, inde a principio, aliter legitur apud Stobæum, nempe in hunc modum: Εἴπερ οὖν ὑγιῶς λέγεται, τέλος εἶναι τὸ ἕπεσθαι θεῷ, ἀναγκαῖον περὶ ἑκάστου τούτων ἐπεσκέφθαι. Εἰ γὰρ μή εἰσι θεοί, &c. Quam lectionem Vir doctus, cui novam Eclogarum editionem debemus, etſi vulgatam apud Arrianum per ſe ferri poſſe fatetur, commodiorem tamen exiſtimat; quoniam in vulgata nexus deſideretur, qui conſtat, (ait) Stobæi lectione admiſſa. „Nam cum ſequitur (inquit) εἰ γὰρ μή εἰσι θεοί, πῶς ἔστι τέλος ἕπεσθαι θεοῖς, certe antea dici debuit, Dei imitationem propoſitam nobis eſſe debere." — At ex vulgata apud Arrianum lectione ſatis intelligitur, iſtam commemorationem variarum de Providentia ſententiarum factam ab Epicteto eſſe ea occaſione, cum quæſtio ageretur *de Fine quem ſibi homo propoſitum habere debeat:* ſimulque intelligi par eſt, de eadem hac quæſtione jam prius nonnihil diſputaſſe Epictetum, ſed priorem partem illius diſputationis non eſſe literis mandatam ab Arriano. Stobæus vero in eis, in quibus ab Arriano noſtro diſcedit, mihi non tam videtur diverſam ſui codicis lectionem eſſe ſecutus, quam ſuo arbitratu verba Arriani nonnihil immutaſſe, clariora redditurus. Eademque videtur Vptoni fuiſſe de iſta diverſitate ſententia; quare ille (quod miratur Heerenius) in ſuis ad Arrianum Notis ſcripturam Stobæi h. l. commemorare neglexit.

Verſ. 5. Εἰ γὰρ μή εἰσι Θεοί. Rurſus h. l. ex perperam accepto ſcripturæ compendio, quo in edit. Baſ. particula γὰρ erat expreſſa, temere δὲ invaſerat editiones Gen. Col. Cant. Lond. anonym. & Vpt. Vide ad I. 9, 2.

Ibid. τέλος, ἕπεσθαι Θεῷ. „Conf. I. 20, 15. & conſule Gatak. ad M. Antonin. VII. 31. Daviſ. ad Cic. de Fin. III. 22. Lipſ. Manud. ad Stoic. Phil. lib. II. diſſ. 16." VPTON. *h. l. & ad* I. 20, 15. — Ad Stobæum h. l. monuit HEEREN: „Solennis eſt hæc Stoicis loquendi ratio, ut finem bonorum in eo ponant, ut Deum ſequamur, ἐν τῷ ἕπεσθαι θεῷ. Sic Marc. Aurel. X. 11. ἀσχολίας δὲ πάσας καὶ σπουδὰς ἀφῆκεν, καὶ οὐδ-

ἐν ἄλλο βούλεται, ἢ εὐθεῖαν περαίνειν διὰ τοῦ νόμου, καὶ εὐθεῖαν περαίνουσι ἕπεσθαι τῷ θεῷ. Illud vero, *Deum sequi*, nil est aliud quam quod ab aliis dicitur, *naturæ convenienter vivere*, κατὰ φύσιν ζῆν vel ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Deus enim continet in se omnem naturæ rationem, unde ab iis *lex communis*, νόμος κοινός, appellari solet, ut in *Cleanthis* Hymno vs. 24.

Οὔτ' ἐσορῶσι θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε κλύουσιν.

Atque in loco incerti poëtæ, supra cap. 3. [Ecl. Phys. Stob.] fragm. 5.

Ὁ γὰρ θεὸς μέγιστος ἀνθρώποις νόμος.

Non sine causa objiciebatur hoc Stoicis, ut in verbis sæpius hærerent, & quæ revera eadem essent, aliis tantum verbis exprimerent." — Ego vero non tam vitio vertendum, quam gratias eis habendum putaverim, qui, si docere orsi fuerint, mihi demonstrare, *Finem homini propositum esse debere, Sequi Deum*, tum me doceant, hoc ipsum, *sequi Deum*, in eo inesse, ut *naturæ (& nostræ & Universi) convenienter vivamus:* rursusque eisdem, si, postquam exorsi erant me docere, *Finem homini propositum esse debere, Naturæ convenienter vivere*, tum pergunt ut me doceant, *Naturæ convenienter vivere*, idem esse ac *Dei legibus parere;* &, qui ex *Naturæ præscripto vivat*, & rectæ rationis præceptis obsequatur, eum hoc ipso *Deo parere*, auctori naturæ & progenitori nostro, qui Rationis vi nos instruxit ad pervidendum, quodnam sit Naturæ, id est, Ipsius Dei consilium atque voluntas.

Ibid. Εἰ δὲ εἰσὶ μὲν, μηδενὸς δ' ἐπιμελούμενοι. „Nemesius de Nat. Hom. p. 306. Εἰ γὰρ μὴ προνοεῖ θεὸς, — — τίς ἂν οὖν ἔτι προσευνήσειε θεὸν, μηδὲν εἰς ἡμῖν (lege ἡμᾶς) συλλαμβανόμενον." VPTON. — Quod ἡμᾶς pro ἡμῖν legere jusserit vir doctus, vereor ne minus recte. Immo, in legitimum ordinem restitutis verbis, corrige εἰς μηδὲν ἡμῖν συλλαμβανόμενον. Sic enim legitime construitur verbum συλλαμβάνειν vel συλλάμβανεσθαι.

Vers. 6. Εἰ μηδεμία διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ἐστὶν ἐξ αὐτῶν. Vptonus cum Wolfio vertit, *neque quidquam hominibus impertiunt.* Recte id quidem: sed ea impertitio, ut ita dicam, reciproca quodammodo est; unde *de Deo* I. 14, 9. ait, ἀπὸ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν. (vide ibi not.) Quare nec male Heerenius eadem verba apud Stobæum sic convertit: *si autem nulla communio exstat inter eos & homines.* Sic eisdem pæne verbis idem Epicte-

tus

tus noſter II. 20, 23. οὐδὲ κοινόν τι ἡμῖν ἐστι πρὸς αὐτούς. conf. II. 14, 28. Hoc loco διάδοσις τοῖς ἀνθρώποις ἐστιν ſcribit pa. pro εἰς ἀνθρώπους.

Ibid. καὶ νὴ Διά γε. Caret γε pb.

Verſ. 7. τὴν αὐτοῦ γνώμην. „αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ.“ VPTON. — Nempe ſicut frequentiſſime aliâs. αὐτοῦ vero habet h. l. pb. Pro γνώμην, temere γνῶσιν ſcriptum in pc.

Ibid. διοικοῦντι τὰ Ὅλα. τὰ πάντα h. l. habet Stobæus.

Ibid. καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως. „Ex præcepto Apollinis. Xenoph. Ἀπομνημ. lib. IV. c. 3. Ὁρᾷς ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται, νόμῳ πόλεως. Præcepit etiam Pythagoras, Νόμοις πείθεσθαι, item Νόμῳ βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν, ut ſcribit Laërtius, [VIII. 23.] & Jamblichus in Vita; apud quem hæc etiam verba ſunt, p. 148. ed. Küſt. Τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, κἂν ᾖ μικρῷ χείρω ἑτέρων. Τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους εἶναι καινοτομίας, οὐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον. Vbi legendum videtur τὸ γὰρ — — — νόμων καὶ οἰκείων, εἶναι καινοτομίας, οὐδαμῶς τ' εἶναι συμφ. καὶ σωτ. id eſt, *nam leviter diſcedere a legibus latis & propriis, eſſe eorum qui rebus novis ſtudent, & nequaquam conducere ad publicam utilitatem & ſalutem.* [Immo vero perbene habet vulgata, nullo modo ſolicitanda. οἰκεῖος καινοτομίας, eſt *novarum rerum ſtudioſus.* Ad οἰκείους εἶναι vero, ex præcedenti membro articulus τὸ intelligendus; καὶ (τὸ) οἰκείους εἶναι καινοτομίας, *& novis rebus ſtudere, ſtudium rerum novarum.*] Porphyrius de Abſtin. lib. III. p. 179. [immo lib. IV. c. 22.] Ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀττίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον· Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν οἰκῳ̃, * ἐμποένοις (leg. ἐπομένους) νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, * πελάνους ἐπετείους. (lege καὶ πελάνοις ἐπετείοις. nam ſic mox.) *Quin etiam Draconis lex memoratur hujusmodi: Lex perpetua Atticam incolentibus, ſemper rata: Deos colere & Heroas indigenas, publice ſecundum patrias leges, privatim pro facultate, cum fauſta acclamatione & fructuum primitiis, & libis annuis.* Vide Cicer. de Divinat. II. 16.“ VPTON. —

In Ciceronis loco, quem hic citavit Vptonus, nihil quod huc spectet reperias. Voluerat haud dubie *de Legib. II.* 16. scribere.

Vers. 9. ἐλεύθερος γάρ ἐστιν. „Vide lib. IV. c. 1. in initio.“ VPTON.

Vers. 10. εἰς ταὐτὸν. εἰς ταυτὸ pc.

Vers. 12. τὸ δ' ὡς ἔτυχέ με βούλεσθαι τὰ ὡς ἔτυχε δόξαντα γίνεσθαι. Vulgo omnes sic legunt: τὸ δ' ὡς ἔτυχέ με βούλεσθαι, τὰ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα γίνεσθαι &c. Quæ verba sic convertit Wolfius: *me autem temere velle, & temere decreta fieri: id adeo pulcrum non esse videtur*, &c. Vptonus: *me autem temere velle, & temere visa fieri.* &c. Quæ latina non magis, quam ista græca, ferri posse putavi. Deleta posteriori loco particula δὲ, & duobus, quæ fuerant, membris orationis in unum contractis, satis recte procedere oratio mihi visa est: *me temere velle ut fiant ea quæ temere mihi visa erant, id vero turpe est.* τὰ ὡς ἔτυχε δόξαντα sunt quæ modo ajebat πᾶν τὸ δοκοῦν μοι, κἂν ὁπωσοῦν δοκῇ. Pro ὡς ἔτυχε βούλεσθαι vero, mox rursus vs. 15. ὡς ἔτυχε θέλειν ait. A scriptura olim vulgata nihil hic discedunt libri nostri, nisi quod, pro τὰ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα, in pb. sit τὸ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα, prioribus verbis plane repetitis e superioribus.

Vers. 13. ἐπὶ γραμματικῶν. ἐπὶ γραμμάτων pc.

Ibid. Δίωνος ὄνομα. „Nomen *Dionis* θετικῶς usurpatur, idque ex more Stoicorum. Vide ad II. 2, 23.“ VPTON. — Non solum a Grammaticis *Dionis* nomen vulgo pro exemplo adhibebatur; sed & a Dialecticis, in propositionum & ratiocinationum exemplis.

Ibid. Οὔ. ἀλλὰ διδασκ. Deest Οὔ pb. ne sic quidem male, ut sæpe aliàs.

Vers. 14. Ante verba εἰ δὲ μὴ, e præcedenti versu intelligendum aut etiam diserte supplendum Ὡσαύτως, vel Οὐκ ἄλλως.

Ibid. εἰ ταῖς ἑκάστων βουλήσεσι προσηρμόζετο. „Nempe τὸ ἐπίστασθαί τι.“ VPTON.

Vers. 15. τὸ παιδεύεσθαι. „Nempe ἐφεῖται, *permissum* [*datum, concessum*] est.“ VPTON.

Ibid. μανθάνειν ἕκαστα οὕτω θέλειν ὡς γίνονται. „Omnino conf. Enchir. c. 8. Vide etiam II. 16, 42. II. 17, 21 sq. IV. 1, 89. In eandem mentem M. Anton. IV. 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐάρμοστόν ἐστιν, ὦ Κόσμε. *Quidquid tibi convenit, ô Munde, convenit & mihi.*

mihi. [Adde] ibid. sect. 34. & ejusdem libri sect. 26. Συμβέβηκέ σοι τι καλῶς; (lege κακῶς;) Ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαρτο καὶ συνελώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον. *Obvenit tibi mali aliquid? Ab initio tibi, quidquid contingit, ab Universo destinatum & fato certo assignatum est.*" VPTON.

Vers. 16. Διέταξε δὲ — — — καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν. „Pulcre hac de re Chrysippus, in libro περὶ Προνοίας. Extant autem apud A. Gellium: [lib. VI. c. 1.] at emendatiora & auctiora apud Lactantium, in Epitome, p. 75. edit. Davis. [cap. 29. *Ad ea Chrysippus, cum in libro* περὶ Προνοίας *quarto disereret:*] *nihil prorsus, inquit, istis insulsius, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque necesse est opposita esse inter se, & quasi mutuo adversoque fulta nisu consistere. Nullum adeo contrarium est sine contrario altero. Quo enim pacto justitiæ sensus esse posset, nisi essent injuriæ? aut quid aliud justitia est, quam injustitiæ privatio? Quid item fortitudo? non intelligi potest, nisi ex ignaviæ adpositione. Quid continentia; nisi ex intemperantiæ. Quo item modo prudentia esset, nisi foret contraria imprudentia? Proinde, inquit, homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit, & non sit mendacium. Namque itidem sunt bona & mala, felicitas & importunitas, voluptas & dolor. Alterum enim ex altero, sicut Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum; si tuleris unum, abstuleris utrumque.* Idem [Chrysippus] apud Plutarch. de Stoicor. Repugn. p. 1050. F. Ἡ κακία πρὸς τὰ λοιπὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον. γίγνεται γὰρ [καὶ] αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς Φύσεως λόγον. καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίνεται πρὸς τὰ ὅλα· οὔτε γὰρ τἀγαθὰ ἦν. Socrates apud Platon. in Theætet. p. 176. ed. Steph. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε· (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη·) οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι. τὴν δὲ θνητὴν Φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. *At fieri non potest, Theodore, ut ex hominum societate mala funditus expellantur:* (*contrarium enim aliquid bono semper esse necesse est:*) *malum tamen inter deos locum habere minime putandum est; mortalem autem naturam, & hæc nostra loca, necessario ambit & circumvagatur.*" VPTON.

Ibid. καὶ πάσας τὰς τοιαύτας ἐναντιότητας, ὑπὲρ συμφωνίας τῶν ὅλων. „Author de Mundo, c. 6. Ἴσως δὲ καὶ

καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον, οὐκ ἐκ τῶν ὁμοίων. M. Antonin. VII. 48. τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκοσμούμενον. Heraclitus apud Aristot. in Ethic. lib. VIII. c. 1. τὸ ἀνθίξουν συμφέρον· καὶ, ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν· καὶ, πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. Vid. Dissertatio [XXV.] Maximi Tyrii, Τοῦ Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ ποιοῦντος, πόθεν τὰ κακά. ubi hæc inter alia ad hunc locum pertinentia: ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθοράς, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης καλεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου. μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου, τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ὅλου. Vide infra ad I. 14, 2." VPTON.

Vellem equidem, quæstio *de Natura & Origine Mali* ex professo alicubi ab Epicteto nostro paulo uberius tractata supereresset. Puto, non tam frigide, ut plerique alii Philosophi, & ipsi præsertim Stoici, de hoc argumento fuisse eum dicturum. Mihi interim ex omnium numero paulo vetustioris memoriæ Philosophorum longe commodissime luculentissimeque eam quæstionem persecutus videtur Simplicius in Comment. ad Epicteti Enchirid. cap. 13. & c. 34. pag. 78 seqq. & p. 162 sqq. editionis Lugd. Batav.

Ibid. ἡμῶν τ' ἑκάστῳ. Sic rescripsi cum ed. Ven. & Bas. & codd. pab. ἡμῶν δ' ἑκάστῳ casu potius, quam certo consilio in editionem Genev. irrepsit, inde in Col. & sequentes propagatum. Conjunctiva particula prorsus deest in pc.

Vers. 17. οὐχ ἵνα ἀλλάξωμεν τὰς ὑποθέσεις. „Vide I. 29, 39." VPTON. ἵνα absque elisione scripsi cum pabc. Vulgo ἵν' ἀλλαξ.

Ibid. οὕτως ἐχόνθων τῶν περὶ ἡμᾶς. Articum τῶν, quem ignorant vulgo omnes, absorptum a præcedente verbo ἐχόντων, utique adjiciendum putavi.

Ibid. αὐτοὶ τὴν γνώμην. „Sic noster codex: [& pabc.] alii [aliæ editiones] corrupte πέφυκεν αὐτὸ, τὴν γνώμην." VPTON. — Editio Veneta, vestigium veræ lectionis conservans, comma post πέφυκεν posuerat, αὐτὸ ad sequentia trahens.

Ibid. τὴν αὐτῶν. τὴν αὐτῶν ed. Ven. & sequentes omnes ante Vptonum, non male. Vide ad I. 9, 26. Sed h. l. in αὑτῶν, quod sua quidem auctoritate Vptonus scripserat, consentiunt pabc. Quare hoc tenui; nec enim

enim opus est, ut in hoc minutiarum genere constantem ubique rationem teneamus.

Vers. 18. Ἀλλὰ συνόντας αὐτοῖς, ἐκείνους ἀλλάξαι. Sic pac. cum editis; sed συνόντας αὐτοὺς ἐκείνους ἀλλάξαι pb. quod verum videtur; ut ad συνόντας intelligatur αὐτοῖς, αὐτοὺς vero idem valeat ac ἡμᾶς vel ἡμᾶς αὐτοὺς, de quo usu dixi ad I. 9, 26.

Ibid. καὶ τίς ἡμῖν δίδωσι; Exspectabam καὶ τοῦτο τις ἡμῖν δίδωσι; Sed nil variant libri.

Vers. 19. Τί οὖν ἀπολείπεται; „Eodem sensu I. 11, 26. ὑπολείπεται, rectius forsan.“ VPTON. — Sed & eodem sensu pariter ἀπολείπεται habes in Ench. c. 49, 2. ubi tamen codex noster Argent. λείπεται exhibet, quod minime spernendum. At & alii eodem modo utuntur composito illo. Sic Laërt. VII. 85. ἀπολείπεται τοίνυν εἰπεῖν, *relinquitur, superest igitur, ut dicamus.* Et de itineris parte quæ conficienda *supererat*, Polyb. III. 39, 12. Verba τί οὖν ante ἀπολείπεται perperam desunt in pb. & in eodem pro ἢ τίς, quod sequitur, in ora εἴτις scribitur.

Ibid. Τίς εὑρίσκεται μηχανὴ πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν; Τοιαύτη, δι' ἧς ἔσ*c.* Vulgo conjungebant omnes ista πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν τοιαύτη, quæ sic convertit Vptonus cum Wolfio: *quæ ratio excogitari potest ad eorum consuetudinem sic apta.* In ed. Ven. autem τοιαύτῃ scriptum erat, cum jota sub η, quam scripturam Vptonus in Notis sic interpretatur: *quæ ars excogitari potest, ut cum iis versemur tali modo.* Ego post αὐτῶν signum interrogandi posui, & τοιαύτη ad sequentia retuli, ea sententia quam in versione expressi.

Ibid. ποιήσουσι. Corrupte prorsus τοιοῦτοί scripsit pc. Sed inter lineas notatur, γρ. ποιοῦσι. (sic.)

Vers. 20. Σὺ δ' ἀταλαίπωρος εἶ. Perperam Σὺ δὲ ταλαίπωρος pb.

Ibid. κἂν μὲν μόνος ἦς, ἐρημίαν καλεῖς τοῦτο. „Vide lib. III. c. 13. & IV. 4, 27.“ VPTON.

Vers. 21. ἡγεῖσθαι σαυτόν. αὐτὸν ed. Ven. & Bas. αὐτὸν pab. quorum utrumque ferri poterat, accipiendo pro σεαυτόν. Sed σαυτὸν correxit editor Genevensis, idque tenuere posteriores editores; & lubens ego quoque tenui, quum præsertim id ipsum exhibeat etiam noster cod. pc.

Ibid. ἑορτὴν καὶ πανήγυριν. „Vide ad II. 14, 23.“ VPTON.

Vers. 22. Τίς οὖν ἡ κόλασις &c. Vulgo ista connectunt, Τίς οὖν ἡ κόλασις τοῖς οὐ προσδεχομένοις τὸ οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι; & in fine signum interrogandi ponunt, vertuntque: *Quæ igitur poena est eorum, qui ita res esse nolunt, ut sunt?* Tum ad ista verba hæc notavit VPTON. „*Quæ igitur poena est eorum, qui ita homines sese habere nolunt, quemadmodum se habent?* Τὸ (τοὺς ἀνθρώπους) οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. Vel forsan: Τίς οὖν ἡ κόλασις τοῖς οὐ προσδεχομένοις; Τὸ οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. *Quæ igitur poena est eorum qui non admittunt? Ipsum istud non admittere.*“ — Ego rationem distinguendæ orationis, posteriori loco ab Vptono propositam, haud dubie veram judicavi: sententiam vero, quæ nec per se admodum obscura erat, & e sequentibus clare patebat, planius, (puto) quam ab Vptono factum, expressi.

Ibid. δυσαρεστεῖ τις τοῖς γονεῦσιν. Deest h. l. τὶς in pc. Potuit expelli a sequenti τοῖς; sed nec magnopere desiderabatur, quoniam præsertim paulo ante adest idem pronomen.

Vers. 23. Βάλλε αὐτὸν εἰς φυλακήν. Concise dictum, pro more. Intellige: *Tu putas hanc demum esse poenam, cum judex aut tyrannus jubet hominem in vincula abduci.* cf. IV. 7, 31.

Ibid. Ποίαν φυλακήν; „Hæ voces, Ποίαν φυλακήν; cum hucusque abfuerint, side nostri codicis, & sensu postulante, non dubitavi restituere.“ VPTON. Percommode vero: ignorant autem ea verba nostri mssti cum olim editis.

Vers. 24. Σκέλος οὖν μοι &c. „Se ipsum innuit.“ VPTON. De loquendi formula conf. ad I, 1, 18.

Ibid. πεπηρωμένον. *Pede né me esse mutilatum*, vertit Vpt. cum Wolsio. Quidni *claudum*? Apud Suidam quidem, in Ἐπίκτητος, verba illa, πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, pariter vulgo vertunt, *ob defluxionem altero crure mutilatus*; sed perspecte jam olim Lipsius, in Manud. ad Stoic. Philos. lib. I. dissert. 19. sic interpretatus est, *claudus e destillatione in eam partem corporis illapsa.* Quo & spectat, quod in Enchiridio ipse rursus Epictetus ait, χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον. Ad quæ verba Simplicius in Comment. p. 102, ed. Lugd. Bat.) scribit: Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας. *Epictetus & servus fuit, & infirmo corpore, & ab ineunte ætate claudus.*

claudus. Neque aliter intelligendum vocabulum πηρὸς, vel ἀναπηρός, in noto illo in Epictetum Epigrammate, quod in Antholog. sub finem lib. III. p. 289. ed. H. Steph. (T. III. p. 272. num. 576. ed. Brunck.) his verbis legitur:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος·
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Vbi pro σῶμ' ἀνάπηρος legit σώματι πηρὸς A. Gellius II. 18. & ex eo Macrob. Saturnal. I. 11. γέροντα χωλὸν se ipsum dicit Epictetus I. 16, 20. conf. I. 8, 14.

Ibid. σκελύδριον. Sic editi omnes cum pa. in quo tamen prius fuisse videtur σκελίδριον, quod & est in pc. σκελύδιον pb. Ego prope absum ut hæc omnia corrupta putem, & σκελίδιον scripsisse Arrianum mihi persuadeam, quod analogia requirere videtur. In animo habuisse videntur librarii vocabulum σκελύθριον vel σκελίθριον, quod huc nil pertinebat, *sellulam tripedem* significans.

Ibid. οὐκ ἀποστήσῃ. Revocavi superiorum editionum ante Vptonum scripturam. Quam cum in ἀποστήσεις mutasset VPTONVS, hæc adnotavit: „Editi ἀποστήσῃ. At noster codex ἀποστήσεις. Sed quisnam hujus loci sensus? Vertit Schegkius: *atque ab ea* (universitate rerum) *te non removebis?* Wolfius: *non cedes?* Equidem credo hic aliquid librarium omisisse, & legendum, οὐκ ἀποστήσεις τῶν ἐντός; *non a rebus externis te abduces?* Hanc emendationem firmant quæ legas I. 4, 18. Εἴ τις ὑμῶν ἀποστὰς τῶν ἐντὸς, & Enchir. c. 31. [al. 38.] ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Aliter tamen contextus reformari potest: ἆρ' οὖν ἀποστήσῃ; *te a rerum universitate, cujus pars es, sejunges,* ἐξ *desertorem te reddes?* Firmat M. Anton. II. 16. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, μάλιστα μὲν ὅταν ἀπόστημα καὶ οἷον φῦμα τοῦ κόσμου ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γενομένων, ἀπόστασίς ἐστι τῆς Φύσεως, ἧς ἐν μέρει ἕκαστον τῶν λοιπῶν Φύσεις περιέχονται. Et lib. IV. 23. Ἀπόστημα κόσμου, ὁ ἀφιστάμενος καὶ χωρίζων ἑαυτὸν τοῦ τῆς κοινῆς Φύσεως λόγου. Vtro accipias modo, sensus orietur Stoico accommodatissimus." —

Immo vero nulla prorsus causa fuerat vulgatam deserendi scripturam, nedum illam cum ea permutandi, quæ ipsa gravissimis premeretur incommodis. Nam ut omittam, quod ad ἀποστήσεις omissa verba quædam statuerit ipse Vptonus, ne adjectis quidem illis verbis, τῶν ἐκτὸς,

ferri ullo pacto verbum ἀποστήσεις in activo genere posset, sed ἀποστήσῃ in medio requirebatur. Neque enim ejusdem generis sunt exempla ista, ab Vptono ex I. 4, 18. & ex Enchir. c. 31. citata; ubi ἀποστὰς & ἀποστῇς in aoristo secundo posita sunt, qui passivam vel neutralem aut reciprocam significationem habet, secus ac futurum activi generis, quod numquam non activum habet significatum. Quare non dubito, illud ipsum ἀποστήσεις ex imperiti librarii aut nescio cujus parum docti hominis ingenio esse natum, qui hujus verbi terminationem verbo præcedenti verbisque proxime sequentibus assimilandam putaverit. In οὐκ ἀποστήσῃ consentiunt mssti nostri omnes; quod perspecte Wolfius *non cedes?* interpretatus est. Intelligendum vero αὐτοῦ, scil. τοῦ σκελυδρίου, *non cedes illo? non illud omittes? missum facies?* Atque ita eamdem notionem in futuro medii obtinebit hoc verbum, quam habet in aor. secundo in exemplis ab Vptono prolatis. Eodem modo I. 19, 15. τί ἐκδέχῃ; ἵνα τις ἀποστῇ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἰδίου συμφέροντος; *quid exspectas? ut je ipsum & suam utilitatem aliquis deferat, omittat, abjiciat? ut sua utilitate cedat?* Neque ulla vel umbra difficultatis in ista, quam revocavi, scriptura inesse mihi visa est. Quod si exemplis præterea opus esset ad probandum, ἀφίστασθαι (in pass. vel medio) idem significare ac ἀποστῆναι, in aoristo secundo activi generis; provocarem ad I. 7, 18. coll. cum vs. 19. ad I. 18, 4. coll. cum III. 11, 3. Sed hæc vel tironibus nota. Cæterum quod ἀποστήσῃ hic dicit, alibi ἐκστήσῃ ait, IV. 1, 107. οὐκ ἐκστήσῃ τῶν ἀλλοτρίων;

Vers. 25. ἃ ἐκεῖνος μετὰ τῶν Μοιρῶν παρουσῶν καὶ ἐπικλωθουσῶν — „Ex Homero forsan, apud quem Telemachus Odyss. γ'. 208.

Ἀλλ' οὔ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον.

Od. π'. 64.

— — ὣς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τάδε δαίμων.

& alibi sæpius. Eodem modo M. Antonin. III. 4. καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ. *sibique ab universo destinata cogitat assidue.* Lib. II. 2. οὐκ ἄνευ φύσεως καὶ συγκλώσεως. & aliis in locis. Tacitus Annal. lib. VI. c. 22. *Contra alii* (Stoici) *fatum quidem congruere rebus putant; sed non e vagis stellis, verum apud principia, & nexus naturalium caussarum.*" VPTON.

Vers. 26. ἡλίκον μέρος πρὸς τὰ Ὅλα; „Lucretius, lib. VI. [652.]

Et

Et quota pars homo ſit terrai totius unus.
Sic autem II. 5, 13. II. 5, 26. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; μέρος πόλεως. II. 10, 3. & ſæpius alibi. Nec aliter M. Anton. II. 4. Δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰσθέσθαι, τίνος κόσμου μέρος εἶ. quod quidem paſſim inculcat; juxta illud Perſii, III. 71.

— — — — *quem te Deus eſſe*
juſſit, & humana qua parte locatus es in re.

Hinc illud apud Stoicos præceptum: nullo modo nosmet ipſos disjunctos & ſeorſim ab Vniverſo conſiderare; nam membra ſumus corporis magni. Homo, quanquam per ſe non perfectus, eſt tamen quædam particula perfecti. Referamus nos itaque πρὸς τὸ Ὅλον. Ex hac Stoicorum doctrina locus apud M. Anton. XII. 17. illuſtrari atque emendari poteſt, qui nunc hoc modo ſe habet:

Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς. εἰ μὴ ἀληθές ἐστι, μὴ εἴπῃς. ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔστω. *

§. 18. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾷν. τί ἐστιν αὐτὸ &c.

Ita diſtingue:

Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς. εἰ μὴ ἀληθές ἐστι, μὴ εἴπῃς. ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔστω εἰς τὸ Πᾶν ἀεὶ ὁρᾷν. id eſt: *Eo te tuus impetus ferat, ut in omnibus actionibus obſerves* τὸ Πᾶν, οὗ μέρος εἶ. Mox nova periocha incipit: Τί ἐστιν αὐτὸ &c.“ VPTON.

Ibid. κατά γε τὸν λόγον οὐδὲ χείρων τῶν Θεῶν &c. „*Ratio*, quatenus eſt ratio, non ſuscipit magis aut minus. Vide ad II. 16, 42.“ VPTON.

Verſ. 27. καθ' ἅ. καθὰ pc. quod perinde eſt.

Verſ. 28. τῇ δεῖνι. „Excepto noſtro codice cum edit. Salmant. alii exhibent τῇ δεῖνα. male.“ VPTON. — Nempe τῇ δεῖνα ed. Ven. Baſ. & ſeqq. Sed τῇ δεῖνι pab. τὴν δεῖνα pb. ſed & in hoc ſuperne τῇ δεῖνι ſcriptum.

Ibid. ἵνα ἐγὼ γένωμαι. Perperam γένομαι ed. Ven. & Baſ. Correxere poſteriores editores; & verum habent pabc.

Verſ. 29. Οὐκ ἐδίδοτο. „Seneca de Brevit. Vitæ, c. 15. *Solemus dicere, non fuiſſe in noſtra poteſtate, quos ſortiremur parentes. (ſorte nobis datos.) Nobis vero ad noſtrum arbitrium naſci licet.* Quas voces uncis incluſimus, e gloſſa natas arbitror.“ VPTON.

Ibid. εἶτα οὕτω γεννηθῆναί σε. Cum pronomen σε ignorarent vulgo omnes, illudque ne Vptoniana quidem agnoſceret, obſecutus ſum VPTONO, in Notis monenti:“ Repone γεννηθῆναί σε, uti noſter codex docet.“ —

Forte

Forte οὕτω σε γεννηθῆναι scripsit Arrianus. Pronomen cum olim editis ignorant nostri mssti.

Vers. 30. δυστυχὴς ἂν ἦς. Perperam ἂν ἦν editt. vett. ἦς primus correxit editor Cantab. & sic nostri pabc.

Ibid. προσαγόνζων σοι τῶν χρωμάτων. „προσαγομένων, *Meibom.* Passive accipi potest.“ VPTON. — Scio equidem, de *hominibus* usurpatum verbum προσάγειν, non semper active *adducere*, *admovere* significare, sed & subinde intransitive, ut ajunt grammatici, vel neutraliter aut reciproce, *advenire*, *adpropinquare*. An de *rebus* pariter id obtineat, dubito: & utique προσαγομένων cum Meibomio malim, quemadmodum & mox vs. 31. προσάγεται in pass. legitur. cf. I. 17, 25. & Ench. 51, 3. Nil frequentius, quam errata ista in terminationibus verborum admissa, quæ per intricatos scripturæ nexus plerumque efferri a librariis solebant. Nihil vero hic variant libri.

Vers. 31. Προσάγεταί σοι τὰ παράλληλα τῇ δυνάμει ἣν ἔχεις. „Confer Enchir. cap. 10.“ VPTON. — Id caput in Wolfiana recensione est num. 12.

Ibid. τότε μάλιστα. Deest τότε pb. & pa. a prima manu, adjectum ibi a manu recentissima.

Ibid. ἔχειν ἔδει. Mendose ἔδῃ ed. Ven. quod jam in Bas. correctum.

Vers. 32. μόνον δ' ὑπεύθυνον ἀπέφηναν τῶν ἐπὶ σοί. Super μόνον in pb. inter lineas notatur μόνων eadem manu. Conf. ad I. 9, 5. Conjunctionem δὲ ignorat pa. non male. Pc. in neutram partem testis advocari potest, quia nonnulla etiam alia hic in eo prætermissa. Pro ἀπέφηναν hoc loco pa. (ut paulo inferius) ἐποίησαν in contextu habet, sed lineis inferne notatum ut spurium, & ἀπέφηναν in ora. Verba ista cum Wolfio sic vertit Vptonus, *earum duntaxat rerum a te rationem repetunt*. Moxque rursus *Vers.* 34. Τίνος οὖν ὑπεύθυνον σε ἐποίησαν; *Cujus igitur a te rei rationem reddere jubent?* Ego vocabulo *obnoxius* utendum putavi, quamquam videri poterat ambiguitatis nonnihil habere. Nempe eadem græci vocabuli ὑπεύθυνος ratio est; quo simul duæ notiones comprehensæ nunc videntur: primum quidem, quod *adstrictus sit* homo *ad rationem reddendam* modi, quo iis rebus utitur; sed & insuper illud potissimum, quod *vel fructum vel damnum ex iis capiat*.

Vers.

Vers. 34. ὑπεύθυνον ἐποίησαν; Perperam ἐποίησεν Ven. quod correctum in Bas. & seqq.

CAPVT XIII.

Vers. 1. Πυθομένου ὁέ τινος. Particulam δὲ, quam ignorabant superiores editiones, tacite adjecit Vptonus, a suo tamen codice, ut videtur, oblatum; habet certe eamdem & noster codex pb. quemadmodum libri omnes eam agnoscunt c. 14, 1. Hoc vero loco ignorant eamdem pac. & pc. insuper Πυνθανομένου pro Πυθομένου scribit.

Ibid. πῶς ἐστιν ἐσθίειν ἀρεστῶς Θεοῖς. „Magna apud veteres *reverentia mensæ*, uti loquitur Juvenalis Sat. II. 110. Synesius Epist. 57. [p. 192.] Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος. Hac de re occurrunt passim præcepta. I. 4, 20. IV. 4, 8. Ench. c. 15. [al. c. 21.] Confer autem Xenoph. Ἀπομνημ. lib. III. cap. ult. & lib. I. c. 3. s. 5." VPTON. — ἀρεστῶς τοῖς Θεοῖς scribit pc. quod verum videtur.

Ibid. εἰ δικαίως ἐστὶν. ἐσθίει pro ἐστὶν volebat Meibomius; moxque rursus οὐκ ἐσθίει, pro οὐκ ἔστι. Quæ novatio minime necessaria.

Ibid. κοσμίως. Sic in Enchir. c. 15. [al. 21.] κοσμίως μεταλαβε." VPTON.

Vers. 2. χλιαρώτερον ἐνέγκῃ. „Eadem de re Seneca de Ira, lib. II. c. 25. *Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui; — — ad ista concitari, insania est.* & lib. I. c. 12. *Idem faciunt, si calida non bene præbeatur.*" VPTON. — χλιαρώτερον pa. κλιαρώτερον ed. Gen. operarum errore, quem repetiit Col. corrigendum autem monuit Meibom.

Ibid. μηδὲ ῥήγνυσθαι. „Ῥήγνυσθαι, ut *rumpi* apud Latinos. Horat. I. Serm. 3. vs. 136. *Miserque* rumperis, *& latras.* Martialis lib. VIII. epigr. 61.

Livet Carinus, rumpitur, *furit, plorat.*

M. Anton. VIII. 4. κἂν σὺ διαῤῥαγῇς, *licet tu rumparis.*" VPTON.

Vers. 3. τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καταβολῆς. VPTONVS, postquam Wolfio præeunte sic hæc converterat, *eodemque superne nititur fundamento*, commodius in Indice, *ex eadem coelitus fatione* interpretatus est. Ibidemque porro hæc monuit: „Καταβολή, *jactus qui fit ex alto deorsum, jactus seminis, satio.* Vide Epist. ad Hebr. c. XI. vs. 11. Synesius, Dione p. 48. Εἰ μή τις εὐγένεια τύ-

χοι

χοι ψυχῆς ἄνωθεν ἕλκουσα τὴν καταβολήν, id est, interprete Petavio, *cujus prima initia quasi fundamenta e coelo demissa sint:* nisi malis magis ad verbum, *ex alto ducens sationem suam.*" — Scilicet ἡ καταβολὴ partim *fundamentum* significat, a verbo καταβάλλεσθαι, *fundamenta jacere;* partim *sationem, satum*, a καταβάλλειν τὸ σπέρμα, *semen spargere;* a quarum significationum utraque ducitur illa magis generalis, qua denotat *initium, ortum, originem.* De quibus significatibus hujus vocabuli passim in Adnot. ad Polybium dixi, (cujus loca in Lexico Polyb. indicata sunt,) & paulo latius in Emendationibus & Observat. in Suidam, p. 65 seqq. De καταβολῇ τοῦ σπέρματος, & ea notione quæ huc maxime spectat, magnum numerum exemplorum e variis scriptoribus collegit Wetstenius ad Epist. ad Hebr. XI. 11. quibus adde illum Plutarchi, ab eodem Wetstenio laudatum locum ad Matth. XIII, 35. ex libello Πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, p. 956. ἐξ ἀρχῆς καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων, *ab initio & a prima statim origine* (vel, *a prima satu*) *hominum.*

Vers. 4. οὐ μεμνήσῃ τίς εἶ. Cum τί εἶ vulgo ederetur, quod & in Vptoniana servatum; monuit VPTONUS in Notis: „Potius τίς εἶ, cum nostro codice, & edit. Salmant." — Sic & noster cod. pb.

Ibid. καὶ τίνων ἄρχεις. Sic recte ed. Lond. anon. & Vpt. cum codd. pabc. Perperam ἄρχοις superiores editiones; quod corrigere jusserat etiam Salmasius.

Ibid. ἀδελφῶν φύσει. Caret φύσει pb.

Vers. 5. τούτους νόμους τοὺς τῶν νεπρῶν. Caret τούτους pc. Caret τοὺς pb.

Ibid. οὐ βλέπεις. Quod οὖν βλέπεις legebatur in ed. Vpt. id operarum errore factum erat, quem corrigere jussit editor in Notis.

CAPVT XIV.

Hoc Caput, inde ab initio usque ad vers. 10. extr. suis *Eclogis Physicis* inseruit STOBAEVS, cap. 5. p. 6 sq. ed. Canteri; p. 74 sqq. ed. Heerenii.

Vers. 1. τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων. Temere πραττόμενος sola ed. Bas. operarum errore.

Vers. 2. οὐ δοκεῖ σοι, ἔφη, ἠνῶσθαι τὰ πάντα. „Cicero de Orat. lib. III. [c. 5.] *Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo complexi, multo plus etiam vidisse*

disse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia hæc, quæ supra & subter, VNVM esse, & una vi atque una consensione naturæ constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum a cæteris per se ipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint. Seneca Epist. 92. [p. m. 379. ed. Lipsiensis, 1702.] *Totum hoc, quo continemur, & VNVM est, & Deus; & socii ejus sumus & membra.* Et Epist. 95. [p. m. 418.] *Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, VNVM est: membra sumus corporis magni.* Apud Laërtium in vita Zenonis, VII. 140. Ἓν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ΗΝΩΣΘΑΙ αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συμπάθειαν. M. Anton. VI. 10. Ἡνωμένων, — — ἡ ΕΝΩΣΙΣ καὶ τάξις καὶ πρόνοια. Et VII. 9. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνθεσις ἱερὰ, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. Et IV. 40. Ὡς ΕΝ ζῷον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν. Quem locum respicere videtur Julianus Orat. IV. Ὁ σύμπας κόσμος ΕΝ ἐστι ζῷον, ὅλον δι' ὅλου ψυχῆς καὶ νοῦ πλῆρες, τέλειον ἐκ μερῶν τελείων. Adde illud Heracliti, citante authore de Mundo cap. 6. Ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Huc respexit Socrates apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 1. s. 14. Τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων τοῖς μὲν δοκεῖν ΕΝ μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δ' ἄπειρα τὸ πλῆθος. Hinc capta occasione, duobus in locis Ciceronem de Nat. Deor. corrigere & illustrare in promptu est. Lib. II. c. 7. *Hæc ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus non possent, nisi eà VNO, divino, & continuato spiritu continerentur.* Ita locum distingue. Ibidem c. 32. *Sed nos cum dicimus, natura constare administrarique mundum, non ita dicimus, ut glebam aut fragmentum lapidis aut aliquid ejusmodi nulla cohærendi natura; sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, & artis quædam similitudo.* Qui quidem locus male ab interpretibus accipitur. Τὸ Πᾶν natura constat singulis inter se concinentibus partibus; non ut lapidum fragmenta, quæ arte, non natura constare possint; neque in iis eadem est partium relatio & conspiratio, ac in arbore aut in animalibus. Cæterum confer Lockium nostratem, de Humano Intellectu lib. IV. c. 6. s. 11." ΥΡΤΩΝ. — Conf. omnino Sextus Empir.

Empir. loco mox laudato ab Vptono, nempe IX. 78 sqq. Scripturam quod adtinet hujus loci, nescio Meibomius quid spectarit, ἤνωται pro ἠνῶσθαι scribere jubens.

Ibid. συμπαθεῖν τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις. „Laërt. VII. 140. Ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἠνῶσθαι αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συνῳδίαν. Vide Sext. Empir. adv. Phyſ. p. 569. 570. ed. Lipſ." VPTON. — Pro τοῖς οὐρανίοις, apud Stobæum τοῖς οὐρανοῖς legebatur in ed. Canteri; ſed οὐρανίοις e msstis reſtituit Heeren. Pro συμπαθεῖν h. l. συμπαθεῖ ſcribit pc.

Ibid. Δοκεῖ, ἔφη. Δοκεῖ h. l. perperam omiſſum apud Stob. Canteri. Codices vero Stob. quos conſuluit Heerenius, Δοκεῖ μοι ἔφη dant.

Verſ. 3. Πόθεν γὰρ οὕτω &c. Ante hæc verba intelligi debet Ναί. aut Εὖ, Καλῶς, vel Ὀρθῶς λέγεις· *Recte, bene ais! Vnde enim* &c. Nam hæc ipſa, Πόθεν γὰρ & quæ dehinc late disputantur, ſane non ab auditore dicta intelligemus, cujus ſunt verba proxime præcedentia, Δοκεῖ, ἔφη. Sed tota hæc conſequens disputatio Epicteti eſt.

Ibid. Ὅταν πάλιν ἀποβάλλειν, ἀποβάλλει; καὶ Φυλλορροεῖν, Φυλλορροεῖ. E Stobæo hæc ſupplevi. Apud Arrianum vulgo omnes ſic dabant, Ὅταν πάλιν ἀποβάλλειν καὶ Φυλλορρόειν. tum ſtatim καὶ αὐτὰ εἰς αὐτὰ &c. Neque e ſuo cod. aut e ms. Pariſ. ac ne e Stobæo quidem, quod mireris, quidquam hic adnotavit Vptonus. Et ferri quidem iſta utcumque fortaſſe potuiſſent, niſi mox eadem ratione, qua ſupra, pergeret Epictetus: μένειν καὶ ἀναπαύεσθαι, μένει καὶ ἀναπαύεται; Eodem igitur tenore hic quoque progredi debuiſſe orationem, cum per ſe ſuſpicari licuerat, tum ſcriptura quæ apud Stobæum Canterianum exſtabat, quamquam & ipſa mutilata, ſatis plane indicabat: ibi enim ſic legebatur, ἔτ' ἂν ἀποβάλλειν, ἀποβάλλει· καὶ Φυλλοροεῖν καὶ αὐτὰ εἰς αὐτὰ &c. Denique prorſus ſuccurrit Heerenianus Stobæus, in quo e probato cod. msto verbum etiam Φυλλοροεῖ ſuppletum. Quæ duo verba Arriano noſtro reſtituere non dubitavimus. Verbum Φυλλορροεῖν, perperam per ſimplex λ ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. recte cum dupl. λλ efferunt poſteriores edd. cum msstis noſtris. Φυλλοροεῖ cum duplici ῥῥ ſcripſimus, quod & uſus poſtulabat, & in infinitivo Φυλλορρόειν in Arriani editionibus jam erat obſervatum.

Ibid.

Ibid. αὐτὰ εἰς αὐτὰ συνειλούμενα. αὐτὰ εἰς αὐτὰ Stobæus Canteri, cum leni ſpiritu; quod vulgato non deterius. Sic & noſtri codd. pac. Tum συνειρούμενα Stobæus Canteri; ſed συνειλουμ. e codicum ſuorum conſenſu apud Stobæum quoque reſtituit Heeren, quemadmodum apud Arrianum dabant omnes.

Verſ. 5. ἀλλὰ τὰ φυτὰ μὲν. Apud Arrianum vulgo omnes τὰ φύλλα hic dabant; quod & VPTONVS tenens, in Notis demum monuit: „Repone φυτὰ, ex Stobæi auctoritate Ecl. Phyſ. lib. I. p. 7. Et ſic ſupra [vſ. 3.] τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν.“ — Cui obſequendum putavi, licet in φύλλα conſentiant pabc.

Ibid. ἐνδέδεται τοῖς ὅλοις. Perperam ἐνδέχεται pc. ἐνδέδυται Stobæus: — „quod etſi per ſe ferri poſſit, (ait HEEREN.) locum tamen habere nequit ob ἐνδεδεμένα quod ſtatim ſequitur.“ — Quare & apud ipſum Stobæum ἐνδέδεται ex Arriano recepit hic Editor.

Ibid. πολὺ πλέον. πολλῷ πλέον pc.

Verſ. 6. ἅτε αὐτοῦ μόρια οὖσαι καὶ ἀποσπάσματα. „Ἀποσπάσματα, non *avulſæ*, ſed potius *hauſtæ*, *delibatæ*, *decerptæ*. Atque ita Cicero, Tuſc. Diſp. V. 13. *Humanus autem animus*, decerptus ex mente divina, *cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, (ſi fas hoc eſt dictu) comparari poteſt.* Idem, de Senect. c. 21. *Audiebam, Pythagoram Pythagoreosque — — nunquam dubitaſſe, quin ex univerſa Mente divina* delibatos *animos haberemus.* Idem, de Divin. I. 49. *A qua*, (natura Deorum) *ut doctiſſimis ſapientiſſimisque placuit*, hauſtos *animos*, & libatos (potius, delibatos) *habemus.* Vide M. Antonin. V. 27. & ibi Gataker. Hinc Jupiter ad Epictetum, I. 1, 12. μέρος τι ἡμέτερον. Et ſic II. 8, 11. Σὺ δὲ προηγούμενον εἶ, σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ· ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνου. Vide & I. 17, 27. Horat. Serm. lib. II. 2. vſ. 79.

Atque adfligit humo divinæ particulam auræ.

Vide Lipſ. Phyſ. Stoic. lib. III. diſſ. 8. Hinc obiter explicandus Xenoph. Ἀπομν. lib. I. c. 4. ſ. 8. Νοῦν δὲ μόνον ἆρα οὐδαμοῦ ὄν]α σε εὐτυχῶς πῶς (ſcribe πως enclitice) δοκεῖς συναρπάσαι; Huc reſpexit Cicero de Nat. Deor. II. 6. III. 11. non verbum verbo reddens: neque adeo πόθεν cum Daviſio legendum.“ VPTON.

Verſ. 7. ἀλλὰ σὺ μὲν περὶ τῆς θείας διοικήσεως. „Conf. Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 4. ſ. 17.“ VPTON.

Ibid. περὶ ἑκάστου τῶν θείων. περὶ τῶν ἑκάστου θείων pa.

Ibid. τῶν θείων, ὁμοῦ δὲ καὶ περὶ τῶν θείων ὁμοῦ, καὶ περὶ Stobæus.

Ibid. ἅμα μὲν αἰσθητικῶς — — κινεῖσθαι. „*Simul ſenſu moveri;* hoc eſt, αἰσθάνεσθαι, ſentire, videre, audire, contrectare &c. κινεῖσθαι διανοητικῶς, pro διανοεῖσθαι. Sic & reliqua adverbia declarentur: συγκατατιθετικῶς, id eſt συγκατατίθεσθαι: ἀνανευστικῶς, id eſt ἀνανεύειν: ἐφεκτικῶς, id eſt ἐπέχειν. WOLFIVS. — Mendoſe ἀνανευστηκῶς, pro ἀνανευστικῶς, ed. Ven. & Baſ. ἀνανευτικῶς pb. ἀνεστικῶς pc. Verum tenuit pa. & Stob.

Ibid. ἅμα δὲ τοῖς μὲν συγκατατ. Verba τοῖς μὲν, quæ aberant vulgo, e Stobæo ſupplevi. — „τοῖς μὲν male excidit in ed. Arr. quod ſequens τοῖς δὲ facile docet. Sunt enim duæ theſes, quarum utraque plura membra continet. *Res externæ, quas percipimus, afficiunt & ſenſus,* (κινούμεθα αἰσθητικῶς) *& mentem;* (διανοητικῶς·) *porro vel adſentimur,* (συγκατατιθετικῶς) *vel abnuimus,* (ἀνανευστικῶς) *vel amplius pronuntiandum cenſemus.* (ἐφεκτικῶς.) Mirum, editores Arriani veram lectionem a Stobæo, quem tamen ante oculos habebant, ſervatam, negligere potuiſſe.“ HEEREN.

Verſ. 8. τύπους δὲ τοσούτους &c. „*Formas rerum,* quas animus a ſenſibus abſtrahit, intelligo: ut formam domûs, navis, equi, &c.“ WOLFIVS.

Ibid. ἐν τῇ σαυτοῦ ψυχῇ. In hanc ſcripturam conſentiunt non modo Arrianei libri, ſed & codd. mssti Stobæi, quibus HEERENIVS uſus eſt: ſed ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ dat Stobæus Canteri; quam ſcripturam præferre ſe alteri ait vir doctus: „ut nempe ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ ſit *in una eademque anima.* Mirum nempe eſſe, in anima, quæ tamen una ſit, contineri formas rerum diverſiſſimarum.“

Ibid. καὶ ἀπ' αὐτῶν κινούμενος, (corrupte κρινόμενος Stob. Canteri) εἰς ἐπινοίας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτεις τοῖς πρώτως τετυπωκόσι. „*Et formis illis impellentibus, in cogitationes conformes iis, quæ primum animo impreſſæ fuerunt, incidis.* Sententia eſt, opinor, ut res exemplo fiat clarior: Cum equi imago ſemel oculorum miniſterio impreſſa menti fuerit, ea imagine unius excitari cogitationem multorum equorum: & effici, ut, ubicunque viſi fuerint, ex illa imagine agnoſcantur. Τύποι hic idem eſſe, quod apud dialecticos τὰ εἴδη καὶ αἱ ἰδέαι, videntur.“

WOL-

WOLFIVS. — Conf. II. 23, 3. Sic vero & τυπούμεθα ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, I. 6, 10. *formæ vel ſpecies nobis imprimuntur a rebus ſenſilibus.* Pro πρώτως κινουμ. apud Stob. ex ed. Canteri πρώτοις ſcribitur, quod corruptum judicavit Heeren, & πρώτως reſtituit, neſcio e ſuisne codd. an ex Arriani editionibus. Apud Noſtrum tamen πρώτοις agnoſcit etiam pc. Prorſus mendoſe in pb. eſt τοῖς τέχναις τετυπωκόσι.

Verſ. 9. καὶ ἀπὸ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν. „*Et ab omnibus aliquam habere distributionem:* hoc eſt, ſenſum ſeu intelligentiam rei pervenire ad Deum poſſe: ſentire & intelligere Deum ſingula.“ WOLFIVS.

„Vertit Schegkius: *& quandam penes ipſum omnium rerum diſpenſationem habere?* Διάδοσις eſt *traditio quæ fit per manus;* & διάδοσις θεοῦ, citante Stephano ex Dionyſ. Areop. *impertitio providentiæ.* Hoc loco ſenſus eſt: *Deum aliquam tenere partem ſibi traditam:* vel, *ab omnibus rebus aliquam habere impertitionem, quippe qui omnia ſentit.* Male autem apud Stobæum, τινὰ ἰσχὺν δίδωσιν.“ YPTON.

Ad eadem verba apud Stobæum, ex Arriani codicibus h. l. correctum, ſic commentatur HEEREN: „ἴσχειν διάδοσιν, *notitiam aliquam habere,* ita ut nexus quidam inter res ipſas & eum intercedat. διάδοσις proprie *traditio per manus:* inde *notitia quam ab aliis traditam accipimus.* Arr. I. 12. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὄνῳ (τῶν θεῶν) καὶ ἐπιμελουμένων, εἰ μηδεμία διάδοσις εἰς ἀνθρώπους [ἐστὶν] ἐξ αὐτῶν, &c. i. e. *ſi nulla communio exſtat inter homines & Deos, unde in cognitionem eorum pervenire poſſint.*“ — Propria ac pervulgata notio vocabuli διάδοσις hæc eſt, ut *distributionem* ſignificet. Quam in ſententiam διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ἐκ τῶν θεῶν, I. 12, 6. intelligi poteſt *quidquid hominibus a Diis tribuitur;* pariterque apud M. Antonin. I. 17. (quem locum Vptonus in Notis citavit) αἱ ἐκεῖθεν, ſcil. ἐκ τῶν θεῶν, διαδόσεις, *quæ mihi a Deo tributa ſunt;* ubi Gatakerus quidem *ſuggeſtiones* vertit. Nunc vero, cum viciſſim etiam *Deum habere* ait Epictetus *aliquam ab omnibus rebus* διάδοσιν, vocabulum illud paululum diverſa notione accipi par eſt, ſcil. quod *ab omnibus rebus aliquis veluti ſenſus ad Deum perfertur; quod nihil ſit, quod eum non aliquo modo tangat, ad eumque pertineat.*

Verſ. 10. ἀλλὰ φωτίζειν μὲν οἷός τε ἐστὶν. Particulam μὲν, quam ignorabant ſuperiores, tacite inſeruit

Vpton. An ſuo e codice, neſcio: perſpecte vero. Et legitur eadem apud Stobæum; eamdemque noſter habet cod. pb.

Ibid. ἀπολείπειν. Sic Stob. & noſter pb. Vulgo ἀπολιπεῖν. Præferendum vero illud cum Heerenio judicavi, quum præſertim præceſſerit verbum φωτίζειν, præſenti tempore. Pro ἐπέχεσθαι, perperam ἀπέχεσθαι dant Stobæi codices. Pro ὁ δὲ καὶ, habent ὁ δέ γε iidem, non male: nec καὶ, nec γε habet pc.

Ibid. μέρος ὂν ἀὐτοῦ μικρὸν ὡς πρὸς τὸ Ὅλον. „Lege αὐτοῦ, ſcilicet τοῦ θεοῦ: *qui ſol parva Dei pars eſt, ſi cum univerſitate rerum comparetur.* Mundum & Deum hic confundere videtur Epictetus. Sed rectius τὸ αὐτοῦ omitti videtur, aut ſubintelligi ποιημάτων, *parvam ſuorum operum partem.*" WOLFIVS. — „Probe αὐτοῦ, *ſui ipſius*, ſc. Dei. Mundus eſt Deus: ſol itaque pars Dei. Vide Cic. de Nat. Deor. [II. 14 ſq.]" VPTON. — Sive αὐτοῦ ſcribas, (quod adoptavit Vptonus,) ſive αὐτοῦ, perinde ad Deum referri poterit: quare reſtitui hoc, quod nil opus fuerat mutare, in quod Stobæus etiam & codd. noſtri omnes conſentiunt. In ὂν elisa litera α pariter cum edd. conſentiunt libri noſtri. *Sol*, Stoicorum ſermone, *pars Dei eſt*; quatenus eſt pars Vniverſi, cujus mens & anima Deus eſt. Sed Deus non modo eſt anima mundi, adeoque & ſolis: verum etiam, (ut modo ajebat Epictetus noſter) ὁ τὸν ἥλιον πεποιηκὼς καὶ περιάγων, *is qui fecit ſolem, eumque circumagit.*

Verſ. 11. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν. „De verbo φησὶν vide ad I. 4, 9." VPTON. — Hoc quidem loco ſatis aperte refertur hoc verbum ad eum hominem, de quo vſ. 1. dictum.

Ibid. Τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις. „Variant codices in lectionibus. Cod. Baſil. [nempe ed. Baſ.] τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις, ὅτι &c. Atque ita noſter codex. [Sic quoque noſtri pabc. & editiones omnes poſt Baſ. excepta Salmant.] Edit. Ven. τοῦτο δέ σοι καὶ λέγεις τις ὅτι. Editio Salmant. τοῦτο δέ σοι καὶ λέγεις. τίς εἶ; ὅτι." VPTON. — Eſt illa formula familiari ſermoni propria, τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις, *hocne vero tibi dicit aliquis?* Sic τίς οὖν σοι λέγει, ὅτι &c. IV. 1, 75. τίς δέ σοι εἶπε. IV. 1, 73. καὶ τίς λέγει τοῦτο. I. 17, 13. Quibus in locis omnibus ſimul illud obſervandum, τίς vel τις quodammodo pro ἐγὼ, *ego*, eſſe poſita; ſicut II. 18,

15.

15. IV. 4, 35. IV. 11, 33. Enchir. 24, 2. Eodem pertinet formula, ἐγώ σοι λέγω, I, 15, 8. ubi primam perſonam expreſſam habes.

Verſ. 12. Ἀλλ' οὖν οὐδὲν ἧττον. „Forſan Οὔ· ἀλλ' οὐδὲν &c. quæ loquendi formula Epicteto familiaris, ubi aliquid cum ironia quadam negatur. Niſi hoc modo ſcribas, pendere videtur oratio: *Anne aliquis iſtud tibi dicit*, &c. *Non: ſed nihilo minus* &c." VPTON. — Equidem nec neceſſitatem vidi quidquam mutandi, nec quid juvet emendatio a viro docto propoſita. Hoc dicit Epictetus: *Tu utique non parem Deo vim habes. Verumtamen & tibi ipſi Deus aliquis ineſt.*

Ibid. ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε, τὸν ἑκάστου Δαίμονα. „Menander:

Ἅπανθ' ὁ Δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

M. Anton. V. 27. ποιοῦσαν [τὴν ψυχὴν] ὅσα βούλεται ὁ Δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. Atque ita paſſim. Cebes in Tabula: Ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. Cæterum vide, ſi lubet, Lipſium in Phyſ. Stoic. lib. I. Diſſert. 19. & Laërt. VII. 151. atque ibi Menagium." VPTON. — Conf. mox ad vſ. 14.

Ibid. & vſ. 13. τὸν ἑκάστου Δαίμονα — — Τίνι γὰρ ἄλλῳ &c. „*Cujusque Genium.* &c. Nota opinio, de Genio cujusque, bono & malo. Minantur & magi neſcio quam Genii excantationem, ſi cujus veram geneſin norint. Sed per *Genium* videtur hic intelligenda cujusque conſcientia; præſertim ſi τίνι γὰρ ἄλλῳ interrogative legas: *Cui enim potentiori & diligentiori cuſtodi quemque commendaſſet?* Sed τινὶ γάρ, cum gravi: *Cuidam enim* &c. ut ad ſententiam Platonis alludat, qua homines pecudibus, hominibus genios præeſſe dicit." WOLFIVS. — Vtique tenenda interrogativa ſcriptura, τίνι γὰρ, quam & editiones omnes agnoſcunt. Et *genius* intelligendus, ut Antoninus ait, *Mens & ratio;* &, quemadmodum bene Wolfius præcepit, ea potiſſimum Mentis humanæ vis quæ *Conſcientia* vulgo audit, & magis generali ac ſignificantiore nomine *intimus Boni & Mali Senſus*, &

Sensus Moralis, a probatissimis Philosophis adpellatur. Conf. mox ad vs. 14. In verbis vero proxime sequentibus, ut ea prodeat sententia, quæ utique inesse videtur, *Cuinam alii —— commisisset* vel *commendasset*, bene VPTONVS monuit, deesse videri particulam ἄν. Quam quidem ille post παραδέδωκεν ponendam suspicatus erat, ut παραδέδωκεν ἄν legeretur; ego proxime post Τίνι γὰρ positam fuisse ab Arriano putem, Τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ, & deinde per librariorum errorem neglectam omissamque.

Vers. 13. οὐ γὰρ ἐστέ. οὐδὲ ἐστέ editt. Gen. Col. Cant. & Lond. anonyma; ex perperam accepto scripturæ compendio, quo particula γὰρ in ed. Bas. efferebatur. Veram lectionem h. l. restituit Vpt. qui sæpe aliâs eumdem cum superioribus errorem erravit. Vide ad I. 9, 2.

Vers. 14. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστὶ. „*Dominans ille in nobis Deus;* uti loquitur Cicero Tusc. Disp. I. 30. Seneca Epist. 41. *Prope est a te Deus; tecum est; intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator & custos: hic, prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat.* M. Anton. III. 5. ὁ ἐν σοὶ θεός. *qui in te residet Deus.* & ita passim. Laërtius VII. 119. Θείους τε εἶναι· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν. τὸν δὲ Φαῦλον, ἄθεον. Ovid. Fastor. lib. VI.

Est Deus in nobis, agitante calescimus ipso:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Confer autem II. 8, 12 sqq. & II. 16, 33." VPTON.

Ibid. τούτοις χρεία. χρεία τούτοις pc.

Vers. 15. Τούτῳ τῷ Θεῷ. „Sic legendum, non τῷ τούτῳ Θεῷ." WOLFIVS. — „Edit. Ven. Basil. & Salmant. Τί ποιεῖτε τῷ. τούτῳ θεῷ &c. Noster autem codex exhibet eodem modo ac Wolfius legendum voluit." VPTON. — Et sic jam ediderunt Genev. Col. & seqq. consentientibus nostris msstis.

Ibid. ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. „Respexit plane Epictetus non modo ad sacramentum militare, sed ad novam istam formulam, quam omnibus sacramentis adjecit Caligula: NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CHARIORESQVE HABEBO, QVAM CAJVM HABEO ET SORORES EJVS. Sueton. in Calig. c. 15. Et Dio p. 742. [lib. LIX. c. 9.] Περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τοῦτε Γαίου τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο, καὶ ὅτι σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμωσαν. *De Augusto*

& Cajo reliqua pro more [facta,] juratumque ab omnibus, Cajum se ejusque sorores se ipsis & liberis suis antehabituros." VPTON.

Ibid. ὑμεῖς δὲ, οἱ τοσούτων &c. Veteres edd. omnes sic dabant, ὑμεῖς δὲ δέον τοσούτων. Vnde WOLFIVS: „δέον (ait) nihil ad sententiam facit." Quare legendum suspicor θεόθεν, *divinitus*, vel *a Deo.*" — VPTONVS vero: „Recte noster codex, ὑμεῖς δὲ οἱ τοσούτων." Et sic ille primus edidit, adsentiente nostro cod. pb.

Vers. 16. ἄκονϑας ποιήσειν. Revocavi hoc ex vett. edd. a quibus sine caussa & invitis msstis discesserunt Cantab. Lond. anon. & Vpt. ἄκονϑας scribentes. Vide notata ad Polyb. V, 100, 10.

Ibid. In μέμψασθαι cum editis consentiunt msstι; quod ferri posse videtur, licet alia verba in futuro præcedant sequanturque. In pa. tamen videri potest primum scriptum fuisse μέμψεσθαι, sed id pariter in μέμψασθαι mutatum.

Vers. 17. Ὁμοιός γε ὅρκος οὗτος ἐκείνῳ; „Interrogative legendum. Significat enim, dissimillimum & plane contrarium esse jusjurandum." WOLFIVS. — „Recte: nam & eodem modo supra cap. 10. καί τοι τί ὅμοιον, &c." COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Interrogandi signum primus adposuit Vptonus.

Ibid. αὐτοῦ μὴ προτιμήσειν ἕτερον. Recte αὐτοῦ edidit Vpt. e suo puto cod. quamquam id non declaravit. Sic & noster pc. Perperam ceteri msstι & editi αὐτῷ μὴ πρ. licet mox in genit. ἁπάντων consentiant omnes. De corrigendo errore monuerat Meibomius.

Ibid. ἐνταῦϑα δ' αὐτοὺς ἁπάντων. „ἐνταῦϑα δ' αὐτοὺς ἁπάντων, scilicet προτιμήσειν ὀμνύουσι. *Hic jurant, se pluris facturos esse sese, quam cæteros omnes;* cessuros esse nemini: hoc est, se sorte sua fore contentos, & optime secum agi testaturos esse." WOLFIVS. — Mihi videtur in philosophi verbis, de quibus agitur, hujusmodi quædam sententia perspicue inesse: Debere quemque hominem suam mentem, utpote Dei particulam & ipsum in se Deum, pluris quam cæteras res omnes æstimare, magisque quam homines omnes revereri; mentis suæ culturam aliis omnibus curis negotiisque anteponere; suæ mentis, suæ conscientiæ, suæ Rationis intimique sensus monita atque præcepta pluris facere quam omnium hominum leges atque præcepta. Scripturam quod spectat, restitui e superioribus editio-

nibus αὐτοὺς, quod citra neceſſitatem in αὑτοὺς mutaverat Vptonus, Wolfium ſecutus, qui in Notis ita ſcripſerat. αὑτοὺς dat pc. cum Vpt. αὐτοὺς pab.

CAPVT XV.

Verſ. 1. πῶς τὸν ἀδελφὸν πείσῃ. „Ita noſter codex: alii πείσει.“ VPTON. At nec πείσει male, in indicativo: ſic enim & optimi ſcriptores, & noſter eodem modo uſurpare ſolet. Vide I, 13, 1. & Not. ad I. 16, 3. Et in πείσει h. l. conſentiunt pab. πείσῃ vero cum Vptono habet pc. Poterat in eadem connexione pariter in optativo poni verbum, cum ἂν particula; ut hoc ipſo cap. vſ. 6. I. 14, 1. & ſæpe aliâs.

Verſ. 2. ὡς γὰρ τέκτονος ὕλη. Vulgo omnes ἡ γὰρ. „Noſter codex ὡς γάρ.“ VPTON. — Id ego adoptandum putavi, ut referretur ad ſequens οὕτω. At noſtri quidem codd. nihil a vulgata ſcriptura discedunt.

Ibid. τῆς περὶ βίον τέχνης. „Cicero de Fin. III. 2. *ARS eſt enim Philoſophia VITÆ.* Et cap. 21. *Recte igitur, ſi in omnibus rebus temeritas ignoratioque vitioſa eſt, ARS ea, quæ tollit hæc, virtus nominata eſt.* Vbi male nonnulli codices pro *ars ea*, habent *ab his ea.* Idem Tuſc. II. 4. *Philoſophus in vitæ ratione peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cujus magiſter eſſe vult, labitur, ARTEMque VITÆ profeſſus, delinquit in vita.* Seneca Epiſt. 95. [p. m. 406.] *Omnes iſtæ artes circa inſtrumenta vitæ occupatæ ſunt, non circa totam vitam. — — — At hæc, quæ ARTEM VITÆ profeſſa eſt,* &c. Idem Ep. 1. [immo Ep. 90. ſub finem:] *ARS eſt, bonum fieri.* Hanc μεγίστην τέχνην vocat Epictetus I. 20, 13. & alibi τὴν ἐπιστήμην τοῦ βίου. [ἡ ἐπιστήμη τοῦ βιοῦν. IV. 1, 63. ἡ περὶ τὸν βίον ἐπιστήμη. IV. 1, 118.] M. Antonin. XI. 5. Τίς σοῦ ἡ τέχνη; Ἀγαθὸν εἶναι. Τοῦτο δὲ πῶς καλῶς [f. ἄλλως] γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ Ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. *Quænam tua eſt ars? Bonum fieri. Hoc vero quomodo aliter fit, quam documentorum* [præceptorum, perceptorum] *ope, quorum alia de Univerſi natura, alia de hominis propria conſtitutione?*“ VPTON.

Verſ. 3. ὑγείᾳ. Sic pbc. cum edit. Cantab. & ſqq. Olim ὑγίᾳ edd. cum pa. pro quo ὑγείᾳ ſcribendum monuit Salmaſ.

Ibid.

Ibid. εὐδοξίᾳ. εὐξείᾳ pa. in textu; sed alterum in marg.

Vers. 4. τὸ ἡγεμονικόν. Vide Not. ad I. 20, 11.

Ibid. Τὸ τίνος; Sic inde ab ed. Cant. recte vulgatum est ex Wolfii mente; atque ita jusserat etiam Salmasius. Olim ἔχον τὸ τινὸς, edd. cum pab. Sed in ora pb. τίνος. Magis vero corrupte pc. ἔχονζος τινὸς.

Ibid. ἐν ᾧ εἰμί. *In quibus sum*, nempe ego, Philosophia. Hæc enim loquens inducitur.

Vers. 5. Πῶς οὖν ἐκεῖνός μοι μὴ ὀργίζηται; Cum μὴ ὀργίζεται olim ederetur, μὴ delendum censuerat Salmasius; Vptonus vero suo e cod. μὴ ὀργίζηται in subjunctivo edidit, cui suffragantur nostri codd. pbc. De locutione conf. II. 16, 13. & IV. 10, 10. De re, quæ hic agitur, conferre idem Vptonus jussit IV, 5. 5.

Vers. 6. Εἰπόνζος — — ὅτι, Τοῦτο ζῆτω. Vulgo olim alii ἔτι τοῦτο ζῆτω. ὅτι pro ἔτι e cod. suo adoptavit VPTON. Dubitat tamen rursus in Notis, dicens: „Fortasse autem rectius ἔτι τοῦτο.“ — Mihi vero satis ὅτι placuit. Et in hanc scripturam consentiunt pabc.

Vers. 7. Οὐδὲν τῶν μεγάλων ἄφνω γίνεται. „Vide I. 2, 32. IV. 8, 35 sq.“ VPTON.

Ibid. Cum σύκον penacute & h. l. & vers. sq. scriberent vulgo omnes, monuit Vpton in Notis, σῦκον cum circumflexu pingendum. In σύκον tamen consentiunt & mssti nostri, nisi quod priori loco, alio errore, σῆκον scripsit pc.

Ibid. εἶτα προβάλῃ τὸν καρπὸν. προβαλεῖ ante Vptonum dabant vulgo omnes; quod, etsi præcedit sequiturque subjunctivus modus, teneri fortasse poterat, quoniam futurum tempus in subjunctivo fere non est in usu, pro quo futurum indicativi usurpatur. Vptonus προβαλῇ edidit, idque suo e codice, ut docet in Notis, quod ipsum & noster codex pa. in contextu, & pc. inter lineas habet, ubi προβαλεῖ in contextu. Et προβαλῇ Salmasius pariter scribere jusserat. At non passivo verbi generi hic locus erat, sed activo; quare προβάλῃ correxi, quod ipsum dein in nostro pb. sic scriptum reperi. Paulo ante, pro ἀνθήσῃ, ἀνθήσει habet solus pc.

Vers. 8. Εἶτα. „Vide ad I. 4, 30.“ VPTON.

Ibid. γνώμης δ' ἀνθρώπου καρπὸν. Hunc ad locum respexisse videtur M. Antonin. lib. IX. s. 10. & lib. XI. s. 1.“ VPTON.

Ibid. εὐκόλως. εὐλόγως pc. male.

Ibid. μηδ' ἂν, ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. Ista verba quum vulgo nullis interpositis post ἂν, & post λέγω, distinctionis signis ederentur, sic citavit WOLFIVS in Notis, ut comma non nisi post λέγω poneret, quasi verbum λέγω a particula ἂν penderet; hoc modo: „Μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. *Etsi ego tibi dixero, virtutem brevi parari posse, noli credere.* Hunc sensum esse puto. [Sic & in ipsa versione: *tametsi ego tibi dixero, ne exspecta.*] Sed si quis ita distinguere maluerit, μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα: [voluerat utique comma etiam post μηδ' ἂν positum.] *Equidem confirmo tibi, id ne expectandum quidem esse.*" — Hinc VPTONVS: „Vertit Schegkius: *id vero moneo ego, ne expectes.* Inclusive, ἐγώ σοι λέγω. *Ne vero tu (id ego tibi dico) expectes.* Neque displicet Wolfii interpretatio: *Etsi ego tibi dixero,* (virtutem brevi parari posse) *ne expectes.*" — Confidenter vero tenere Vptonus debebat eam rationem, quam & in contextu, & in latina versione tenuit; a qua nos quidem non recessimus. Vsitata in familiari sermone formula, ἐγώ σοι λέγω, *ego tibi dico:* cui vicina illa, τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις; I. 14, 11.

CAPVT XVI.

Vers. 1. πόματα. „Sic noster codex: alii πόμα." VPTON. — In πόματα consentit pc. & pb. sed hic quidem nonnisi a sec. manu.

Vers. 2. οὐκ αὐτῶν ἕνεκα. Istam scripturam ex ed. Ven. & Bas. restitui, consentientibus nostris msstis; pro qua temere οὐχ αὑτῶν dedit editor Genev. quod tenuere sequentes. Conf. ad I. 1, 4. I. 4, 1. &c. Pariter *vers. seq.* περὶ αὐτῶν refcripsi pro περὶ αὑτῶν, quod iidem editores præter rem invexerant. Et περὶ αὐτῶν habent pbc. περὶ ἑαυτῶν vero pa.

Vers. 3. πῶς ἐνδύσηται, καὶ πῶς ὑποδήσηται. E codice suo hæc a se reposita docet Vpton in Notis, pro ἐνδύσεται & ὑποδήσεται, quæ prius edita erant. Sed & hæc in futuro indicativi teneri potuisse puto, licet sequantur subjunctivi φάγῃ & πίῃ in secundo aoristo. Conf. ad I. 15, 1. Sic & post ὅπως: IV. 5, 5. οὐχ ἵνα κινῇ τούτους — — — ἀλλ' ὅπως — — αὐτὸς μηδὲν ἧττον κατὰ Φύσιν ἕξει καὶ διεξάξει. Et post eamdem particulam πῶς, simillima ratione atque hic positam: IV. 7, 37.

7, 37. σοὶ μέλει, πῶς ἂν ἐν λιθοστρώτοις οἰκήσετε, πῶς παῖδες — — διακονῶσι, πῶς — — Φορῇς. Et h. l. in ἐνδύσεται & ὑποδήσεται cum vett. edd. consentiunt nostri codd. pab. sed subjunctivum cum Vptono præfert pb.

Vers. 4. ὑποδεδεμένοι recte ed. Genev. & seqq. cum nostris msstis, pro ὑποδεδομένοι, quod erat in Ven. & Bas.

Vers. 5. Οὕτως ἐν παιδίου &c. „Fortasse Sophocleum illud respexit in Ajace, vers. 1270.

Ἀλλ' οἱ Φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι παντὸς χοῦ.
Μέγας δὲ πλευρὰν βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Sed qui recta sapiunt, ubique vincunt.
Bos autem magno-latere ab exiguo tamen
flagello rectus in via incedit.

Vbi versu secundo πλευρὰν pro πλευρὰς reposui ex ms. Oxon. ut κακοφωνία vitetur." VPTON.

Vers. 6. Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφέντες &c. „Obscurus & dubius locus, sed hanc ejus sententiam esse reor: *Gratias esse agendas Deo, quod pecudes nostris usibus serviant, quamvis eis non magnam curam impendamus; tantam certe nequaquam, quantam nobis ipsis. Nos vero propter nos ipsos succensere Deo:* hoc est, moleste ferre occupationem quærendi victus, parandique cultus, &c. Vulgo sic dicunt: Cur non æque expeditum nobis victum & cultum esse voluit, ac pecudibus? Respondet Epictetus: Immo gratias agite Deo, quod non bestias etiam vobis utiles, æque ac vosmetipsos, curare necesse habetis. Est inversio quædam: Doleo, me non etiam altero onere levatum esse. Immo gaude, alterum etiam tibi non esse impositum. Quod si cum Deo expostulas; quid proficis, nisi ut & impius sis, & majori calamitate dignus." WOLFIVS. — „Verte: *Nunc vero propter hæc* (animantia) *nosmet gratos exhibere negligentes, quoniam non eodem & pari modo curamur, quo illa curantur, propter nosmetipsos Deum incusamus.*" VPTON. — Atqui multo & per se expeditior, & græcis verbis convenientior, haud dubie est Wolfii interpretatio. Cæterum græca usquequaque sana & integra esse, præstare equidem non ausim.

Vers. 7. νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς Θεούς. „Vide Aristoph. Plut. vers. 1. atque ibi Scholiast." VPTON.

Ibid.

Ibid. ἀπήρκει recte edit. Genev. & seqq. εὐπήρκει ed. Ven. & Bas. Editor vero Bas. ex conj. ἐπήρκει ad oram notavit, quod verbum (nescio quam recte) supra I. 6, 14. eadem notione, qua aliàs ἀπαρκεῖ, positum vidimus. Sed hic quidem in ἀπήρκει consentiunt nostri libri. Cæterum notum est, quam similis sit figura literæ α nexui illi scripturæ quæ diphthongum ευ indicat; quo minus mirum, sæpe ista inter se a librariis aut a primis editoribus permutata.

Vers. 8. ἀναισχ. καὶ ἀναισθησίας. Inverso ordine pc. ἀναισθησ. καὶ ἀναισχ.

Vers. 10. τριχῶν τῶν ἐπὶ γενείου. Sic recte edidit Vpt. e suo cod. cum quo facit pb. Cæteri τριχῶν τοῦ ἐπιγενείου.

Vers. 11. ἄλλο μηδὲν ζήτει. μηδὲν rescripsi cum vett. edd. & codd. pac. Temere μηδὲν ed. Col. & seqq. Sic tamen & pb.

Vers. 12. ὅτι, Ανήρ εἰμι. Interrogandi signum vulgo omnes post hæc verba ponebant; quod delere jussit Vpton in Notis. Teneri autem poterat, modo ne ad sola verba Ἀνήρ εἰμι referretur interrogatio, sed ad totam phrasin præcedentem. Nota, paulo ante, τὸ ζῶον rursus sigillatim de homine usurpatum, ut I. 10, 7. & I. 2, 4.

Vers. 13. Πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ σύμβολον. „Vide ad I. 2, 29. Pulcritudinis simul & virilitatis signum barbam putabant. Vide Musonium apud Stobæum [Serm. VI.] p. 83, Cynicus in Lucian. [Tom. III. ed. Amstelod. Reitz. p. 547.] *idem esse* dixit, *leoni jubam, ac barbam viro tondere.* Athenæus lib. XIII. p. 565.

Τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς (l. ἡμᾶς) πρὸς θεῶν,
ὃν ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται;
Εἰ μή τι ταύτας ἀντιπράττεσθ' ὑπονοεῖς.

Διογένης δὲ, ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, ἔφησεν· Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ Φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε, καὶ οὐ γυναῖκα; VPTON.

Vers. 15. Ταῦτα μόνα ἐστὶν ἔργα ἐφ' ἡμῶν τῆς Προνοίας; καὶ τίς. „Hæc omnia authoritate nostri codicis in contextum revocavi: quæ cum in aliis desiderarentur, [excepta voce ταῦτα,] nihil miror, hunc locum interpretes vexasse, cum tantam haberet lacunam.“ VPTON. — Idem defectus in pabc. qui in vett. edd. Nempe sic isti omnes: ταῦτα ἐξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι.

Ibid.

Ibid. τίς ἐξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι. Nescio an græce ὁμοίως dicatur hac notione, *digne, pro merito.* Neque vero video, quid lucremur magnopere, si, ut Salmasius voluit, ὅμοιος, pro ὁμοίως legamus. Vocem autem αὐτὰ restitui e superioribus editionibus, cum omissa esset in ed. Vpt. non consilio (puto) editoris, sed operarum errore. Ignorat tamen eamdem noster codex pb. sed agnoscunt pac.

Ibid. ἄλλο τι ἐδει ἡμᾶς ποιεῖν. ἄλλο τί pingere jussit Vpton in Notis; scil. τί cum accentu, ut sit *quid? quidnam aliud?* Sed eodem redit ἄλλο τι; *aliud quiddam?* interrogative pronunciatum. Et magis hoc placet.

Ibid. ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπέρχεσθαι τὰς χάριτας; „*Quam Numen celebrare, & laudare, & ordine illius beneficia percurrere?* Vide III. 26. 29. M. Anton. V. 33. Τί οὖν οὐ (sic lege) περιμένεις ἕως τὴν εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν; ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο [ἢ] θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν; &c. *Quid igitur non propitio animo mortem expectas, sive ea destructio est, sive demigratio? Donec vero istius tempus obvenerit, quid sufficerit? Quid aliud, nisi ut Deos colas celebresque?*“ VPTON. — Verbum εὐφημεῖν in ἐφ' ἡμῖν detorsit pc.

Vers. 17. ὄργανα τοιαῦτα. Commode sic edidit Vpt. e suo cod. Nostri omnes cum ceteris editt. ταῦτα, quod & ipsum ferri poterat.

Ibid. ἐργασόμεθα. ἐργασώμεθα pc.

Vers. 18. δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτοις. Vulgo omnes τούτων. Et sic quoque pabc. Sed quoniam in suo codice τούτοις legi docuit Vptonus, recipiendum hoc putavi, quod requirere videbatur grammatica ratio, & usus Epicteti; nam adjectivum verbale adscisicit verbi sui casum. Sic χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις. I. 1, 5 & 12. & id genus alia.

Ibid. ὁδῷ χρηστικῇ. „Ὁδὸς est *certa ratio atque methodus.* Vide ad I. 4, 29. Sic usurpatur II. 1, 33. M. Anton. III. 11. ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἐλέγχειν, *certa ratione modoque* (ut verbis utar Horatii) *discutere.* Et I. 9. ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικόν. Vbi Gatakerus: „Formula „admodum familiaris, qua *certa ratione methodoque* ali„quid institutum designatur.“ Vtitur quoque Plato in lib. IV. de Legibus: Ἀλλ', ἔφη, καθ' ὁδόν τε λέγεις, *recte atque certo ordine dicis.* καθ' ὁδὸν est etiam proverbialis formula. Dionys. de Struct. Orat. c. 11. ἵνα μοι

καθ'

παθ' ὁδὸν, ὥς φασι, χωρῇ ὁ λόγος. *Arte & via dicere*, apud Cicer. de Clar. Orat. c. 46. Idem de Nat. Deorum II. 22. *Zeno igitur ita Naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem VIA.* Πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν, apud Laërt. VII. 156. Sic Virgil. Georg. II. 22.

Sunt alii quos ipse viâ sibi repperit usus.

Vbi Servius: *viâ*, i. e. *ratione.* Apud Paulum Apost. ad Roman. 2, 33. ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ, *viæ Dei imperveſtigabiles.* Vbi ὁδοὶ sunt *rationes istæ atque via, qua divina Providentia omnia dirigit.* Idem 3, 17. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Optime Hesychius: ὁδὸν εἰρήνης, τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν." VPTON.

Verſ. 19. καὶ ὑπὲρ πάντων ᾄδουσα τὸν ὕμνον. Vulgo omnes διαδιδοῦσα. Sic & VPTON; qui tamen in Notis docet, in ipsius codice διδοῦσα legi. Iam cogita unciales literas ΔΙΔΟΝΤΑ, nec dubitabis esse hoc ex ΑΙΔΟΝΤΑ corruptum, præsertim si & reliqua verba spectes, & connexionem cum superioribus: quare hoc ex conjectura adoptare non dubitavi. Noster pc. διαδόντα habet; reliqui duo διαδιδοῦσα, ut edd.

Verſ. 20. γέρων χωλὸς. „Vide supra I. 8, 14." VPTON. — Adde I. 12, 24. not. & I. 9, 10. not.

Verſ. 21. οὐδ' ἐγκαταλείψω τὴν τάξιν. „Vide I. 9, 24. & ibi quid hanc ad rem Socrates." VPTON.

Ibid. ταύτην post τὴν αὐτὴν caret pc.

CAPVT XVII.

TIT. Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. — „Τὰ λογικὰ *rationem disserendi* intellige. λόγος & *ratio* & *oratio* est; unde τὰ λογικὰ dicuntur, quam utramque cum uno verbo complecti non possimus, minus perspicua hæc sunt. Sententia est: unam esse Disserendi artem, quæ doceat ambigua primum videre, deinde distinguere: rationemque habeat, ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur: eaque, quæ de Bonis & Malis dicimus, ut tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte quemvis arbitramur a vero abduci fallique posse. Cicero de Finibus. [III. 21.]" WOLFIVS.

„Laërtius in vita Zenonis: VII. 46. Αὐτὴν δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ἀρετὴν ἐν εἴδει περιέχουσαν ἀρετάς. Cicero de Finib. III. [c. 21.] *Dialecticam etiam adjungunt, & Physicam, easque ambas virtutum nomine*

nomine appellant. Vide etiam ad I. 7, 21. Vide etiam lib. II. cap. 25.“ VPTON.

Τὰ λογικὰ nihil esse aliud, nisi *Logicam*, quam dicere consuevimus, aut *Dialecticam Artem*, non obscurum esse debebat Wolfio. Vocabulum habes in ipsa hac disputatione, vs. 6. & vs. 10. rursusque II. 25, 1. Commodior autem Titulus huic capiti præfigi potuerat, Πῶς (id est, *quomodo* vel *quatenus*) ἀναγκαῖα, sicut II. 25. quam Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. Habet enim duas partes hæc disputatio; quarum prior ostendit, necessariam utique certo respectu esse Logicam artem, *vers.* 1 — 12. altera docet, multum abesse, ut per se & propter se æstimanda, & præcipuo loco habenda ea ars sit. *vers.* 13 usque ad finem capitis.

Vers. 1. λόγος ἐστὶν ὁ διαῤῥῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπά. *Ratio reliquas res omnes explicat & perficit.* διαῤῥοῦν est *articulatim distinguere, enodare, evolvere, enucleate explicare, explanare* ea, quæ involuta, complicata, confusa erant. (Vide exempla in Ind. collecta; & conf. Adnot. ad vers. 3. in fine. ἐξεργάζεσθαι, *elaborare, excolere, perficere.* In loco, qui obscuritatis nonnihil habere videri potest, aliorum interpretum versiones ad verbum adponere, non alienum fuerit. Sic igitur Wolfius: *Quia ratio est, quæ reliqua explanet atque expoliat, eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam explicabitur.* Vptonus: *Quandoquidem ratio est, quæ reliqua formet perficiatque: eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam formabitur?* De qua Vptoni versione confer quæ monemus in fine Adnotationum ad vers. 3.

Ibid. ἔδει δ' αὐτὸν μὴ ἀδιάῤῥωτον εἶναι, *oportebatque ipsam non esse confusam.* Hæc sic, uti scripta sunt, connectuntur cum superioribus, & ex communi pendent a conjunctione caussali ἐπειδή, ut apodosis orationis (per interrogationem expressa) insit in verbis sequentibus, ὑπὸ τίνος διαῤῥωσθῇ; Suspicatus eram olim, apodosin inesse in ipsis his verbis, ἔδει & quæ sequuntur; hac sententia: *Quoniam Ratio reliqua omnia explicat evolvitque & perficit; non debebat ipsa confusa & involuta, inexplicata, manere:* id est: *Quia Rationis ope omnia explicantur & efficiuntur in hac vita; oportebat, ut ipsa etiam Ratio fieret objectum nostræ contemplationis, ut indagarentur evolverenturque principia atque elementa & veluti partes, quibus illa constat; explicareturque via, quâ in*

cogno-

cognoscendo, judicando, tuendoque vero progredimur, & quæ sunt id genus alia. Sic vero superflua erat particula ἔδει, & vicissim post ὑπὸ τίνος requirebatur aliqua particula, v. c. οὖν vel δή, in hunc modum: Ὑπὸ τίνος οὖν (vel δή) διαρθρωθῇ; Sed nolim equidem urgere quidquam in his mutandi necessitatem. Ac possumus etiam percommode hæc, uti scripta sunt, sententia quoad caput causiæ eadem manente, ita interpretari: *Quoniam reliqua omnia explicat perficitque Ratio, & quoniam* (nempe ad illud expeditiore certioreque via præstandum) *opus erat ut ipsa etiam explicaretur; a quonam explicari illa debebit?* Sic, quod *explicare rationem*, διαρθροῦν τὸν λόγον dicit, eodem modo intelligi debet, quem paulo ante dixi. Est nempe tota Ars logica διάρθρωσις λόγου, i. e. *evolutio, articulatim instituta explicatio Rationis*, & prorsus ea ipsa operatio, quam vernaculo sermone dicimus *l'Analyse de l'Entendement humain*, *l'Analyse des Facultés de l'Ame*. Quo spectat, quod IV. 7, 38. ait: μή τι τοῦ λόγου τοῦ σεαυτοῦ μεμέλληκέ σοι; μή τι οἶδας, ἐκ τίνων μορίων συνέστηκε, πῶς συνέγεται, τίς ἡ διάρθρωσις αὐτοῦ, τίνας ἔχει δυνάμεις, καὶ ποίας τινάς; Et IV. 8, 12. γνῶναι τὰ τοῦ λόγου στοιχεῖα, ποῖόν τι ἕκαστον αὐτῶν ἐστι, καὶ πῶς ἁρμότθεται πρὸς ἄλληλα, καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθά ἐστιν. Ejusmodi διαρθρώσεως τοῦ λόγου, id est explicationis partium quibus constat Rationis facultas, breve exemplum atque specimen habes apud Nostrum I. 6, 10. tum apud M. Antonin. XI. 1. (de quo loco vide mox ad vers. 3.) apud Diog. Laërt. VII. 52 sq. apud Sextum Empir. adv. Math. III. 40 sqq. &c. Quare & tertiam illam philosophiæ partem, sive tertium Locum, in quo elaborat philosophus, quem locum alias τὸν περὶ τὰς συγκαταθέσεις adpellat, II. 17, 15. IV. 1, 69. & in ipso nostro cap. vs. 22. (qui locus in ipsa Logica arte inest; conf. III. 2, 5 sq.) eumdem in Enchir. c. 51. τὸν διαρθρωτικὸν τόπον vocat idem noster Epictetus.

Ibid. ὑπὸ τίνος διαρθρωθῇ; „Forsan διαρθρωθήσεται, ut in versione: [ubi nempe Wolfius non male vertit, *a quonam explicabitur?*] mox διαρθρώσει. Legit Salmasius ἐδιαρθρώθη.“ VPTON. — At nil opus erat, vulgatum solicitare. διαρθρωθῇ, aoristus subjunctivi, in ea connexionem idem valet, ac futurum indicativi διαρθρωθήσεται, *a quonam illa explicabitur?* vel *explicari debebit?* Sed & eodem modo latine in subjunctivo dicere licebat, *a quo-*

a quonam illa explicaretur? Sic τί σοὶ ἐντείλωμαι; *quænam tibi præcepta dabo*, vel *darem?* I. 25, 3. εἶτα τούτου ἕνεκα ἀπολίπωσιν οἱ νέοι τὰς πατρίδας; *deinde juvenes patriam suam deserent?* sive, *desererent? deserere debebunt?* III. 21, 8. conf. ad I. 15, 5. Quod ἐδιαρθρώθη Salmasius suspicatus est; voluerat puto, debuerat certe, si præteritum imperfectum malebat, διηρθρώθη scribere.

Vers. 2. ὅτι ἢ ὑφ' αὑτοῦ, ἢ ὑπ' ἄλλου. ἤτοι οὖν λόγος &c. Sic recte edit. Ven. & Bas. quemadmodum restituit Vptonus. Perperam vero in ed. Genev. indeque in Col. Cant. & Lond. anon. particula ἢ post ὅτι, & οὖν post ἤτοι, sedes suas inter se permutaverant, hoc modo ὅτι οὖν ὑφ' αὑτοῦ, — — — ἤτοι ἢ λόγος. In scripturam ab Vpt. restitutam consentiunt mssti, nisi quod οὖν post ἤτοι caret pa.

Ibid. ἤτοι οὖν λόγος ἐστὶ κἀκεῖνος. Postremam vocem, sua-ne, nescio, an codicis sui auctoritate, tacite sic edidit Vptonus. Superiores omnes editiones ἐστὶν ἐκεῖνος dabant, excepta Londinensi anonyma, in qua est ἐστὶν ἐκεῖνο, quod & habet noster codex pc. Teneri ἐστὶν ἐκεῖνος potuerat, in quod consentit pa. atque id ipsum habet noster pb. quare & suo e cod. id hausisse Vptonus videri debet. Sed aspernandum utique non fuit ἐστὶ κἀκεῖνος, quod sane commodius. De re ipsa, & de argumentatione quam hic concludit Epictetus, mox dicam ad vers. 3. postquam, quid alii interpretes in hunc locum commentati sint, viderimus. Et ad ista quidem verba, ἤτοι οὖν λόγος ἐστὶν, hæc monuit WOLFIVS: „*Aut igitur ratio est.* Supra, cap. 1. exposuit, mentem ac rationem, tum alia omnia, tum semet ipsam quoque contemplari. Idem fere hic dicit: ubi a ratione discesseris, & quæ a ratione profluit oratione, nihil esse reliquum, quo res explicari dijudicarique possint. Quæ rerum explicatio & dijudicatio cum in Logicis tradatur, aut discendam esse Disserendi artem, aut fieri non posse quin ejus ignarus, male affectato compendio, in maximum dispendium incidat.“

Ibid. ἢ ἄλλο τι κρεῖσσον τοῦ λόγου. Vulgo omnes κρεῖσσόν ἐστι τοῦ λόγου. Delevi ἐστι cum cod. pb. Sic enim commodius fluit oratio.

Ibid. ὑπὲρ ἀδύνατον. „*Quod fieri nequit.* Nam mente & ratione ipsum quoque Jovem negat quicquam habere præstantius: etsi humana mens, divinæ menti collata,

quid est aliud quam exstinctus carbunculus, soli meridiano si conferatur? Non negat, Rationem sui esse judicem & explanatricem. Id enim supra, ut dixi, affirmavit cap. 1. & post c. 20. affirmabit. Sed posterius tantum membrum, esse quicquam ratione præstantius, negat." WOLFIVS.

Vers. 3. Ante Vptonum editiones omnes cum nostro cod. pa. ita hæc, quæ hoc versu continentur, exhibebant: εἰ λόγος, ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθρώσει; εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται, καὶ οὗτος, ἢ ἄλλου δεηθησόμεθα, ἄπειρόν ἐστι τοῦτο, καὶ ἀκατάληπτον εἶναι. Quæ Wolfius ita latine reddidit: *Si ratio; quis est qui illam explanet? Aut enim ipsa sese explanare potest, aut alterius egebimus: atque ita nullus terminus, nullus finis reperietur.* In Notis vero, postquam græca verba ita, ut supra scripta sunt, repetiit, (excepto quod δεησόμεθα pro δεηθησόμεθα scripsit,) sic in ea commentatus est idem WOLFIVS: „Locus obscurus, &, ut existimo male distinctus, & nonnihil corruptus. Quem, uti certam sententiam sequi liceret, sic emendandum existimavi, donec liber correctior nobis contigerit: εἰ λόγος· ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθρώσει; *Si ratio; quis eam tandem explanabit?* ἢ γὰρ αὐτὸς [ἢ etiam pro εἰ h. l. jam ad marg. ex conject. sua notaverat Basileensis editor.] ἑαυτὸν δύναται καὶ οὗτος, ἢ ἄλλου δεησόμεθα. ἄπειρον δ' ἔστω τοῦτο καὶ ἀκατάληκτον. *Aut enim ea quoque ratio ipsa sese explanabit, aut alia nobis erit opus: atque ita nullus terminus, nullus finis reperietur.*"

„Hæc mea sententia est: [sic pergit WOLFIVS:] quam sequatur qui volet, ac nihil melius habebit. Quanquam autem (in hoc quidem Opere) Stoici sumus; tamen ab Academia in obscuris locis non recedimus. Nam MOIBANVS noster hunc locum aliter accepit, cujus verba subjicere visum est.

Ὁ λόγος ⎧ὑπ' ἄλλου, ὃ τοῦ λόγου κρεῖσσον· ὅπερ ἀδύνατον.
διαρθρω- ⎨ὑφ' ἑαυτοῦ, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται· καὶ οὕτως
θήσεται, ⎩ ἄλλου δεηθησόμεθα. ἄπειρον δὲ ἔστω τοῦτο,
ἢ καὶ ἀκατάληκτον.

„Quæcunque explicationem requirunt, pro incertis habentur: sunt autem explicanda per ea, quæ illis sunt certiora. Nunc si ratio se ipsam explicet, incertum incerto explicari dicetur; quod est absurdum. Videtur ita etiam, hac dilemmatum parte negata, innuere, τὸν λόγον

γον non indigere διαρθρώσει, quatenus διάρθρωσις accipitur pro *explicatione* vel *probatione*: sed satis esse, eam προτάσσεσθαι ὥσπερ μέτρον, ζυγὸν, κανόνα, γνώμονα, ἢ καὶ βάσανον τῶν ἄλλων διακριθησομένων. Nec videtur hæc sententia pugnare cum illis quæ primo capite dixit, ἢ καὶ αὐτὴν θεωροῦσα καὶ τἆλλα πάντα, δύναμις λογικὴ· cum aliud videatur esse θεωρεῖν quam διαρθροῦν; quorum hoc ad probationes & consequentias rationum referendum; illud ad genuinum hominique innatum lumen, quo per se sibi, atque eo ipso aliis etiam lucet." — Hæc *Wolfius*, cum amico suo *Moibano*. SALMASIVS pro εἰ γὰρ αὐτὸς, sicut Wolfius & editor Basileensis, ἢ γὰρ αὐτὸς legendum censuit, quod ipsum & noster codex pc. scriptum exhibet, qui in cæteris cum vett. edd. & pa. consentit. Quod vero mox idem Salmasius, pro ἑαυτὸν δύναται, ἑαυτοῦ δύναται corrigi voluit, id quo pertineat, mihi non liquet. Multo vero minus MEIBOMIVS satisfacit, qui ad scripturam olim vulgatam nihil aliud adnotavit, nisi, pro οὗτος ἢ ἄλλου legendum sibi videri οὕτως ἄλλου.

Difficultatem obscuritatemque hujus loci, quatenus e scripturæ existebat corruptela, pæne omnem minimo momento levavit Vptoni codex, εἰ δὲ λόγος dans, pro εἰ λόγος, & εἰ δὲ ἄλλου δεηθησόμεθα, pro ἢ ἄλλου: in quibus consentientem ille habet nostrum pb. Quæ, uti par erat, adoptans VPTONVS, latinam versionem sic concinnavit: *Apparet enim aut a semet ipsa, aut ab alio. Aut igitur illud ratio est, aut aliquid aliud ratione præstantius: id quod fieri nequit. Si vero ratio, quis est rursus qui illam formet?* [Nam & in superioribus verbum διαρθροῦν *formare* interpretatus est.] *nam si illa ratio se formare atque perficere potest, hæc etiam potest: si vero alterius egebimus, hoc est in infinitum atque indesinenter progredi.* In Notis vero nihil præterea illustrandi hujus loci caussa adjecit. Ego vero, in cæteris tenens Vptoni lectionem, *comma*, quod ille cum superioribus editionibus post δύναται posuit, ante hoc verbum reject; ut cohæreant hæc, εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν, scil. διαρθροῖ, tum illa, δύναται καὶ οὗτος, nempe διαρθροῦν ἑαυτόν. Quamquam hoc leve est, facileque concedo, ad ipsam sententiam non multum interesse, si ita accipias, εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται, scil. διαρθροῦν· καὶ οὗτος, nempe δύναται. Sed illam prætuli rationem, quæ mihi & expeditior, & sermonis usui visa est convenien-

tior. In fine vero periodi resecui verbum εἶναι, quod in contextu retinuerat Vptonus; de quo ad vers. 4. monebimus.

Est autem argumentatio, quam hoc versu & præced. concludit Epictetus, Dilemma hujusmodi: *Ratio hominis aut a se ipsa explicatur evolviturque; aut ab alio. Quod si ab alio; erit illud vel rursus Ratio;* (nempe aliena;) *vel aliquid Ratione præstantius. Sed nec hoc, nec illud. Non hoc: nam ratione nihil est præstantius in rerum natura. Non illud: nam, si aliena Ratio meam explicat & evolvit, quis illam? Si illa ipsa se; poterit & mea Ratio se ipsa explicare. Si statuis, illam rursus indigere alia; res in infinitum rejicitur, adeoque ad absurdum redit. Non ergo ab alio evolvitur explicaturque Ratio nostra; sed a se ipsa.* Est autem utique, quemadmodum Wolfius monuit, sententia hæc conjuncta cum ea, quam cap. 1. hujus libri, & cap. 20. professus est Epictetus, docens, τὸν λόγον vel τὴν λογικὴν δύναμιν esse ἑαυτῆς θεωρητικήν. Ac fortasse nunc, ubi de Logicæ Artis usu & necessitate disputabat, ratiocinatione ista, & præcepto quod ex ea collegit, ita usus est, ut ostenderet, id quod in Logica Arte vere utile sit, non esse difficiles nugas, longo & laborioso studio in schola magistri, lucri cupidi, edisscendas; sed præcepta, quæ e contemplatione observationeque sui haurire possit homo debeatque: posse quidem bonum prudentemque præceptorem attentos nos reddere ad nos ipsos & ad mentis nostræ operationes, posse eum nos excitare, ut ipsi nos contemplemur observemusque; at cogitandi artem, & omnino facultate Rationis recte utendi, non posse nec doceri nec edisci ab alio; quemque eam se ipsum docere oportere. Subinde in his Epicteti Disputationibus usu venit lectori, ut haud satis liquido adpareat connexio partium, aut ratio qua præcepto quoque usus est philosophus ad efficiendum id quod voluit. Quod quidem non magnopere mirabitur is qui meminerit, non modo ex tempore & subito plerumque habitos esse hos sermones, sed ne sic quidem integros illos semper & omnibus numeris absolutos literis consignare potuisse aut voluisse Arrianum; & ea ipsa, quæ ab Arriano literis mandata sunt, fugiente calamo, dum provehebatur oratio, fuisse ab illo (admodum tum etiam, ut videtur, juvene) excepta.

Ipsa

Ipsa illatio seu conclusio argumentationis, qua usus est Epictetus, scilicet hæc enunciatio, *Ergo a se ipsa explicatur evolviturque*, Ὑφ' αὑτοῦ οὖν διαρθροῦται, vel Ὑπολείπεται οὖν, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ, non diserte quidem illa expressa adest, sed satis e superioribus intelligitur. Eamdem perspicue expressam apud M. Antonin. habes, loco supra citato, XI. 1. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς. ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ. Vbi vide, satis-ne recte Gatakerus converterit, *se cernit, se fingit artatque*; posterioribus verbis, ut ipse docet, e Plauti Captiv. II. 2. adscitis. Gatakeri rationem secutus Vptonus videtur, cum verbum διαρθροῦν in tota hac disputatione *formare* est interpretatus, nisi quod ἀδιάρθρωτον εἶναι *confusam esse* vertit. At *formandi* notionem nusquam alibi, nec apud Epictetum, nec apud Antoninum, nec apud alios philosophos, (quorum loca nonnulla in Indice collegimus) verbo διαρθροῦν inesse observavi; nisi quodammodo huc trahere volueris illum Medicorum usum, quem Foesius in Oeconomia Hippocratis, sub voce Διάρθρωσις adnotavit: apud Hippocratem & Galenum τὴν διάρθρωσιν, docente, dici *ossium artuumque naturalem conformationem & junctūram*; verbum vero διαρθρώσασθαι apud eosdem idem fere valere ac διορθώσασθαι, (variantibus etiam librorum scripturis,) & usurpari de *conformandis*, id vero est, de *restituendis* & *componendis membris corporis luxatis vel ossibus fractis*. Cæterum apud Epictetum hoc loco notionem *formandi*, quæ Vptono placuit, commendare fortasse poterat illud, quod ἐν τῷ διαρθροῦν nunc simul comprehenditur quodammodo τὸ ἐξεργάσασθαι. Nam quoniam sic cœperat dicere, Ἐπειδὴ λόγος ἐστὶν ὁ διαρθρῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπὰ, debebat adcurate loquendo deinde etiam utrumque verbum conjungi, ἔδει ὁ αὐτὸν μὴ ἀδιάρθρωτον μηδὲ ἀνεξέργαστον εἶναι, & ὑπὸ τίνος διαρθρωθῇ καὶ ἐξεργασθῇ; Pro quibus uno verbo διαρθροῦν fuit contextus. Est autem ἐξεργάσασθαι τὸν λόγον, *excolere, expolire, perficere*, atque adeo (si ita vis) *formare, rationem*. I. 7, 30. III. 9, 20.

Vers. 4. — — Ναί· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον &c. „ἀκατάληκτον εἶναι. Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν καὶ τὰ ὅμοια. Hic plane desiderantur quædam, non supplenda nisi ope codicum meliorum. ἀκατάληκτον. Ναί· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν * * * καὶ τὰ ὅμοια. Verba sunt discipuli. Ναί· ἀλλ' ἐπείγει &c. cujus verba quidem partim sunt omissa a festinante librario; haud male

ab Wolfio suppleta." VPTON. — Nempe ad eumdem locum hæc notaverat WOLFIVS: „Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεῦσαι [sic imprudens ille scripsit, pro θεραπεύειν, quod in contextu habent libri omnes] καὶ τὰ ὅμοια. Est & hic locus suspectus, nisi forte θεραπεῦσαι [rursus θεραπεύειν debuerat volueratque] absolute ponatur, pro *mederi animo*. Sed videntur accusativi prætermissi, τὰς ὑπολήψεις, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ὅμοια. *Magis opus est, mederi opinionibus, & appetitionibus, & affectionibus, & si qua sunt alia ejus generis.* Adversarius Dialecticam elevat, ut sine qua viri boni esse possimus: eique doctrinam morum anteponit. [conf. ad vs. 11.] Sed Epictetus monet, qui Dialecticus non sit, eum nec doctrinam morum satis percepturum esse."

Ego, quum corruptam haud dubie scripturam, ἀκατάληπτον εἶναι in contextu conservasset Vptonus, perspectam emendationem ab eodem in Notis propositam, Ναί· ἀλλ' ἐπείγει &c. in contextum recipere non dubitavi. conf. vs. 9. Signa hiatus post θεραπεύειν non adposui; non quod sanam integramque orationem esse mihi persuaserim; sed quod ferri utcumque posse vulgatam putavi, verbum θεραπεύειν cum Wolfio absolute positum statuendo, pro *mederi animo*. Et eodem fere modo illud habes II. 21, 15. Τίς γὰρ ἔρχεται εἰς σχολήν; τίς γὰρ ὡς θεραπευθησόμενος; Sed quæ adjunguntur nunc verba, καὶ τὰ ὅμοια, indicare utique videntur, interciditse ante hæc alia nonnulla, in accusativo casu posita, qualia supplere suasit Wolfius; ubi tamen, pro τὰς ὑπολήψεις, commodius fortasse τὰ δόγματα conjectare licuerit, quo Epictetus noster utitur loco modo citato, II. 21, 15. τίς γὰρ ὡς θεραπευθησόμενος; τίς ὡς παρέξων αὐτοῦ τὰ δόγματα ἐκκαθαρθησόμενα; Conf. II. 21, 23.

Vers. 5. ὅτι, οὐκ οἶδα. Caret h. l. ὅτι pb. minus commode.

Ibid. ἀλλ' ἐρῶ σοι· Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον. „Repetit discipuli verba præcedentia, Ναί· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν." VPTON.

Vers. 6. Διὰ τοῦτο γάρ, οἶμαι, προτάττουσι λογικά, καθάπερ τῆς μετρήσεως τοῦ σίτου προτάσσομεν τὴν τοῦ μέτρου ἐπίσκεψιν. *Eam ob causam, puto, Logicam artem primo loco ponunt; quemadmodum mensuræ considerationem ante frumenti dimensionem collocamus.* Vix dubito, quin τὰ Λογικά, cum articulo, scripserit Arrianus,

nus, ſicut verſ. 10. & in tit. hujus cap. rurſusque I. 27, 6. II. 25, 1. Rem vero & ſententiam quod attinet; pugnare cum his, quæ nunc Epictetus dicit, videri poſſunt ea quæ III. 26, 17. ait: *Oſtende mihi primum, quid teneas, quid metiaris, aut quid ponderes: tum deinde oſtende mihi libram aut modium.* At nempe ibi diſputat cum homine, qui Logicam artem, aut, rectius ut dicam, meram Dialecticam, id eſt ſubtiliter diſſerendi & acutis quæſtionibus ſpinoſisque ratiocinationibus adverſarium premendi artem, reliquis omnibus artibus & reliquæ omni ſcientiæ, quæ in hominem cadere poteſt, anteponebat. Hoc loco cum eo homine diſſerit, qui, Antiſthenis Cynici atque etiam Socratis exemplo niſus, (cf. vſ. 12.) moralem Philoſophiæ partem unice excolendam cenſebat, inutilemque operam in Logica arte poni contendebat. Tum vero notemus, verbum προτάττειν, quo h. l. utitur Epictetus, non eſſe *anteponere*, tamquam quod ſit *majoris momenti*; ſed ad *docendi ordinem* ſolum pertinere, qua altera doctrina *præmittitur* alteri, & *ante illam docetur*. Præterea obſervemus, non dicere Epictetum, *ſeſe artem Logicam primo loco ponere*; ſed *de aliis* eum hoc dicere, & de eo loqui quod in Stoicorum ſcholis vulgo fieri ſolebat. Vide Diog. Laërt. VII. 40. & quæ ad eum locum ex Sexto Empir. & Plutarcho protulit Menagius. Scilicet nec ipſe quidem diffitetur, neceſſe eſſe, ut is, qui moralem philoſophiæ partem certa quadam via rationeque perdiſcere velit, Logicæ artis prima quædam principia percepta habeat. vide vſ. 5. hujus cap. tum II. 24, 13 ſq. II. 25. Sed ad uberiorem ſubtilioremque hujus artis tractationem quod ſpectat, & potiſſimum ad illam diſſerendi disputandique artem, in qua plurimum ſe jactabant vulgo philoſophi; quid de illa Epictetus noſter ſenſerit, ſatis perſpicue diſſerteque ipſe quavis occaſione declarat: nempe, eſſe eam in trium numero partium Philoſophiæ, quas numerare ille ſolet, cum diſcendi ordine, tum & utilitate dignitateque, tertio demum poſtremoque loco habendam: I. 4, 12. III. 2. ita quidem, ut partim ne neceſſaria quidem magnopere ducenda ſit ei, cui non per profeſſionis ſuæ conditionem neceſſe ſit ſubinde cum aliis hominibus congredi, qui in iſta arte egregie exercitati ſint, eaque abutantur ad capiendos turbandosque incautos; I. 7, 1 ſqq. & ibid. vſ. 22 ſqq. partim ita, ut vaniſſimi ineptiſſimique mortalium habendi ſint ii, qui, neglectis

cæteris philoſophiæ partibus, huic uni maxime operam navent. vide III. 2, 6 ſqq. III. 26, 13 ſqq. adde II. 17, 26 ſq. II. 21, 15 ſqq. II. 23, 40 ſqq. &c. Conf. quæ Wolfius monuit ad I. 26, 1. Pro τὴν τοῦ μέτρου ἐπιστ. eſt τὴν τοῦ σίτου in pa. ſed in ora corrigitur μέτρου.

Verſ. 7. μετρῆσαί τι ἢ στῆσαι. μετρῆσαί τι ἢ στῆσαί τι pc. Vtrobique τι caret pa.

Verſ. 8. δι' οὗ τἄλλα καταμανθάνεται. „Ita edit. Salmant. [& noſter cod. pb.] Alii καταμανθάνετε.“ VPTON. — In pa. quoque fuerat primo καταμανθάνεται, ſed eraſa iſta eſt terminatio, & ε ſcriptum illius loco. καταμανθάνεται vero ex conjectura ſcribere juſſerat Meibomius. Perperam vero etiam poſt καταμανθάνετε interpungebant olim orationem; quo pertinet Salmaſii nota: „Dele τελείαν.“ nempe, tollendam majorem diſtinctionem.

Ibid. „Pro ἀκριβῶσαι καὶ καταμαθεῖν, exhibet noſter codex ἀκριβῶς καταμαθεῖν.“ VPTON. Sic & pab. percommode. Vulgatum vero tenet pc.

Verſ. 9. In contextu verba hujus verſus, cum ſuperioribus editionibus, ſic diſtinxerat VPTONVS: Ναί· ἀλλ' ὁ μόδιος ξύλου ἐστί; καὶ ἄκαρπον, ἀλλὰ μετρητικὸν σίτου. καὶ τὰ λογικὰ ἄκαρπά ἐστι· καὶ περὶ τούτου μὲν ὑψόμεθα. In Notis vero monuit, ab adverſario illa urgeri, Ναί· ἀλλ' &c. atque ita diſtinguenda eſſe verba, ut nos in contextu fecimus. Itaque hanc interpretationem in eisdem Notis ille adjecit: „Adv. *Eſto: ſed modius lignum eſt & ſterile.* Epict. *Ejusmodi tamen, quo frumentum metiri queas.* Adv. *Eſt & Logica ſterilis.* Epict. *De eo quidem videbimus, &c.*“

Verſ. 10. στατικά. „Ita noſter codex, & ms. Par. Alii ταικτικά, minus recte, ut e præcedentibus liquet.“ VPTON. — In στατικὰ conſentiunt duo codd. pab. Et ſic e conjectura jam ſic corrigere juſſerat Salmaſius; ubi minus perſpecte Meibomius adſcripſit: „retineo ταικτικά.“

Verſ. 11. μόνος Χρύσιππος &c. Sic primus edidit Vpton. Olim ſic legebatur: μῶν ὡς Χρύσιππος καὶ Ζήνων καὶ Κλεάνθης, Ἀντισθένης δ' οὐ λέγει; Ad quæ COMES SHAFTESBVR. ex conject. monuit: „Lege μόνος Χρ. καὶ Ζην. καὶ Κλεάνθης; erotematice.“ — Quæ referens VPTONVS: „Recte; inquit. Confirmat noſter codex.“ — Cui adſtipulatur noſter pb. Eamdem emendationem propoſuerat Meibom.

Verſ.

Vers. 12. Ἀντισθένης δ' οὐ λέγει; Intelligitur hinc, eum, qui Logicæ artis utilitatem negaverat, cum quo nunc disputat Epictetus, Cynismum esse professum, & Antisthenis auctoritate nisum. Repudiasse Cynicos Logicam & Naturalem philosophiæ partem, docet Laërt. VI. 103.

Ibid. Σωκράτης — — ἤρχετο ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψεως, *&c.* „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. IV. 6. Ὧν ἕνεκα σποπῶν σὺν τοῖς συνοῦσιν, τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, οὐδεπώποτε ἔλεγε. Et supra, ejusd. libri cap. 5. s. 12. ἔφη δὲ καὶ, τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συνόδους [συιόντας] κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα. δεῖ οὖν πειρᾶσθαι ὅτι μάλιστα πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἕτοιμον παρασκευάζειν, καὶ τούτου μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι· ἐκ τούτου γὰρ γίνεσθαι ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους. Ex hoc loco lege supra, cap. 3. in initio, [nempe apud eumdem Xenoph. Memorab. lib. IV.] Τὸ μὲν οὖν διαλεκτικοὺς, pro λεκτικούς. Vide etiam [ibid.] I. 1, 6. & lib. III. cap. ult. sect. ult. ubi agit de etymologia vocis εὐωχεῖσθαι. Extat hac de re Platonis dialogus, qui inscribitur Cratylus. Audi Dionys. [Halicarn.] de Struct. Orat. c. 16. [f. de Compos. Verbor. T. V. ed. Reisk. p. 95 sq.] Τὰ κράτιστα δὲ νέμω ὡς τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰσάγοντι [εἰσαγαγόντι] λόγον, Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. *Laudem vero præcipuam Platoni Socratico, ut primo nominum ad origines suas reductori, equidem assigno, qui hac de re cum sæpe alias, tum potissimum in Cratylo disputat.* Inprimis Stoici Etymologiæ studuerunt. Cicero de Offic. lib. I. [c. 7.] *Audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta.* Et de Nat. Deor. III. 24. *Magnam molestiam suscepit & minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commentitiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati sint, caussas explicare.* Vide Balbum apud eundem lib. II. c. 25, 26. &c. Scripsit Chrysippus περὶ Ἐτυμολογικῶν, teste Laërtio in ejus vita [VII. 200.] Ipse Epictetus infra, II. 14, 14. Πόθεν οὖν ἄρξασθαι δεῖ; Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι, ὅτι πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. Confer lib. II. c. 10. & M. Antonin. III. 11." VPTON.

Ibid. περὶ τίνος γράφει Ξενοφῶν. Veteres omnes edit. γράφοι dabant. Id primus correxit anonymus edi-

tor Londinensis, γράφει substituens; quod tenuit Vptonus, nihil de codicis sui scriptura monens. Sic vero dant nostri pabc.

Vers. 13. Ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστι τὸ μέγα καὶ τὸ θαυμαστὸν, *&c.* Postquam docuit, necesse esse, ut, qui in philosophiae studio cum successu elaborare voluerit, is Logicae arti aliquatenus saltem det operam; nunc ei homini, quicum haec disserit, qui ad Cynicorum inclinabat rationem, (conf. ad vs. 12.) vicissim ostendit, se, quod ad caput caussae adtinet, non adeo longe ab ipsius sententia abesse. Nam quum Rationalem & Naturalem Philosophiae partem repudient Cynici, se non aspernari quidem has partes, at vanam atque inutilem judicare operam in eis positam, nisi ad mores & ad vitae usum actumque omnia referantur. Lubens vero arripere hanc occasionem videtur Epictetus, ut simul reliquis suis auditoribus, veluti aliud agendo, inculcet id praeceptum, de quo saepe eos admonet, ne pravo aliorum exemplo abripi se patiantur, qui in Philosophiae studio negligentes id, quod unum omnium maximi est momenti, quo referri cætera omnia debent, in eis artibus, quae per se ipsae, nisi illuc referantur, nihil valent, omne studium ponunt, in eisque unice gloriantur. In verbis, leve est, notemus tamen, articulum τὸ ante θαυμαστὸν deesse in vett. editt. ab Vptono demum adjectum, praeeunte puto codice ipsius; agnoscit vero eumdem ibi noster pc.

Ibid. νοῆσαι Χρύσιππον. „Vide supra I, 4, 6 sqq. & conf. Enchir. cap. 49. ubi notatur Chrysippus, ἀσαφῶς, *obscure scripsisse.* Et Seneca de Benef. lib. I. c. 3. *Chrysippus quoque, penes quem subtile illud acumen est, & in imam penetrans veritatem, qui rei agendae caussa loquitur, & verbis non ultra, quam ad intellectum satis est, utitur.*" VPTON. — Ad rem confer Nostrum, II. 17, 34 & 40. III. 2, 13 sqq.

Vers. 13. τὸ βούλημα τῆς Φύσεως. „Vide Enchir. c. 26. M. Antonin. IV. 49. Ἀπόστευγμα δὲ τῆς Φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναί σοι δοκεῖ, ὃ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς Φύσεως αὐτοῦ ἐστι; τί οὖν; (sic distingue.) τὸ βούλημα μεμάθηκας; *Frustratio vero naturae hominis tibi esse videtur, quae non sit contra voluntatem naturae illius? quid igitur? voluntatem didicisti?*" VPTON. Conf. III. 20, 13.

Vers. 14. διὰ σεαυτοῦ. διὰ σαυτοῦ pb.

Ibid.

Ibid. πάντας ἀκούσας ἁμαρτάνειν. „Vide ad I. 28, 4.“ VPTON.

Vers. 16. τί λέγει οὗτος ὁ ἐξηγητὴς τῆς Φύσεως. Conf. I. 10, 10. — „Horat. Carm. lib. I. Od. 28.

— — — *Non sordidus auctor*
Naturæ verique.

Id est, *Naturæ, verique explicandi.* Sed, ut obiter moneam, alia sunt in hoc carmine Horatii, quæ interpretatione egeant. Nauta loquitur: *Te maris & terræ*, &c. — — *morituro.* Archytas: *Occidit* &c. — — *admissus.* Nauta: *Habentque*, &c. (cum ironia quadam) — — *atræ.* Arch. *Judice te*, &c. Sed hæc obiter.“ VPTON. — Vocem οὗτος perperam interpositio puncto superiori a præcedentibus verbis separaverant editt. Ven. & Bas. (sic & codd. pac.) quod commovit fortasse Basileensem editorem, ut οὕτως pro οὗτος scriberet. οὗτος ex ed. Ven. restituerunt editor Genev. & Colonienſis, sed importunam distinctionem retinuerunt, quam Cantabrigiensis demum delevit, & delendam notaverat etiam Meibomius. Sic igitur posteriores editiones τί λέγει οὗτος ἐξηγητής. Articulum vero ὁ post οὗτος dedit ph. quem adjiciendum utique putavi.

Ibid. Ἰδὲ, ἐπίσυρον &c. Sunt verba Interpretis, profitentis se omnia plane perspicueque explicaturum. ἐπίσυρον scribit pc.

Vers. 17. Ποία οὖν ἐνθάδ' ὀφρὺς τοῦ ἐξηγουμένου. — „*Quale igitur hoc supercilium?* hoc est: Is solus merito multum sibi tribuit, qui naturam sequitur. Qui vero naturam declarat, si naturam non sequitur, Grammaticus est potius quam Philosophus, nec habet quo glorietur. Quanto ergo minus eum superbire decet, qui obscuriora illius Grammatici verba declarat? Egregia est hæc extenuatio eorum, qui stylo & lingua plus valent, quam vita & moribus.“ WOLFIVS. — Conf. I. 4, 14 sqq.

Ibid. οὐδ' αὐτοῦ Χρυσίππου δικαίως. „οὐδ' αὐτοῦ. ita scrib.“ SALMASIVS. — Immo vero nihil in vulgata scriptura desiderabatur.

Ibid. πόσῳ πλέον τοῦ ἐκεῖνον ἐξηγουμένου. „Scilicet οὐκ ἔστιν ὀφρὺς δικαίως. *Si Chrysippus ob sua scripta caussam efferendi sese non habet; quanto minus commentator Chrysippi?* Addere licet: quanto minus interpres græcæ orationis? Cur igitur, Wolfi, te fatigas in re adeo

adeo tenui? Cur non historicum potius aut poëtam legis? Respondeo simpliciter & vere: Volo hæc præcepta mihi ipsi inculcare: cupio eadem plurimis esse nota. Atqui jam ista nota sunt! Innotescent pluribus. Hactenus enim fragmenta Epicteti sunt, non totus Epictetus." WOLFIVS.

Vers. 18. *χρείαν ἔχομεν δι' αὐτόν*, & mox, *τοῦ θύτου δι' αὐτόν*. Vtrobique *δι' αὐτόν* e superioribus editionibus restitui, cum in *δι' αὐτὸν* temere mutasset Vpton. Sic deinde *δι' αὐτά*, quod in *δι' αὐτὰ* mutaverat idem. Quibus locis cunctis uno consensu codices nostri veteribus editionibus suffragantur.

Ibid. *ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνων σημαίνεται.* „*σημαίνεται* impersonaliter; nisi legas, *ἀλλ' ὅτι τι σημαίνεται.*" VPTON. — Nil vetat impersonaliter accipere, præsertim quoniam & mox *τὸν σημαίνοντα* absolute absque regimine ponitur. Nec variant libri.

Vers. 19. *οὔτε τὸν κόρακα θαυμάζομεν.* Conf. III. 1, 37. & Xenoph. Memor. I. 1, 3 sq.

Ibid. *τὸν Θεὸν τὸν σημαίνοντα.* „Habes articulum *τὸν* [ad *σημαίνοντα*] ex codice nostro." VPTON. — Eumdem exhibebat noster pb.

Vers. 20. *ἐπὶ τὸν ἐξηγητὴν τούτων, καὶ θύτην, ad interpretem harum rerum & vatem*; sc. *ad philosophum*, naturæ rimatorem & interpretem. vs. 16. & vs. 29.

Ibid. *ὅτι ἐπίσκεψαί μοι.* „Vide ad I. 2, 18." VPTON. Scil. de usu isto particulæ *ὅτι*. De re vero conf. I. 10, 10.

Vers. 22. *ἐπὶ τοῦ συγκαταθετικοῦ τόπου, καὶ τοῦ ὀρεκτικοῦ.* „*In loco assensionis & appetitionis. Locos* appellat opinor, quod peculiariter & seorsim de his agere soleant Stoici." WOLFIVS. — „De tribus locis in Philosophia, vide lib. III. c. 2." VPTON.

Ibid. *κωλύσαι. ἀναγκάσαι* pa. in contextu, sed altera scriptura in marg.

Vers. 24. *Καὶ τίς ὁρμὴν νικῆσαι* &c. „Ad oram edit. Salmant. scribitur *νικῆσαι*." VPTON. — Vulgo orationem hoc versu sic distinguebant omnes, & in hunc modum legebant: *Καὶ τίς ὁρμὴν νικῆσαι δύνατα; Ἡ ἄλλη ὁρμή. Τίς δ' ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν; Ἡ ἄλλη ὄρεξις καὶ ἔκκλισις.* Mihi vero nec articulus *ἡ* ad vocem *ἄλλη* facile ferendus visus erat, & cæteroquin planius fluere oratio videbatur, *ἤ* pro *ἡ* utrobique substituendo. Atque eodem modo in nostro pb. scriptum deinde inveni. Ad *τίς* intel-

lige

lige ἄλλος, ut ad τίς ἄλλος referatur particula ἤ, *quis alius nisi*, vel *præterquam*. De illo usu particulæ ἤ vide notata ad I. 7, 16. De tota vero phrasi confer locum huic fere parallelum, ubi completa absque ellipsi oratio, I. 29, 12. προαίρεσιν δὲ οὐδὲν ἄλλο νικῆσαι δύναται, πλὴν αὐτὴ ἑαυτήν.

Ibid. Pro ἔκκλισιν & ἔκκλισις, mendose ἔκκλησιν & ἔκκλησις habet ed. Ven.

Vers. 25. Ἂν μοι, φησὶ, προσάγῃ θανάτου φόβον. Exspectaveram Ἀλλ' ἄν μοι. Ac potuit facile altera vox ab altera absorberi suaque sede depelli. „Nota φησὶ, formulam objiciendi; quod semel atque iterum monuisse satis. Vide ad I. 4, 9. Ita M. Antonin. V. 28. Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος λόγον ἔχει φησί. Et Dio in Orat. XLVIII. p. 532. l. 6. Sed latuit interpretes. Confer autem [de re ipsa, Epictetum nostrum] I. 24, 12.“ VPTON. — Adde Enchir. c. 5.

Ibid. ἀναγκάζις με. „Sic noster codex: alii dant ἀναγκάζει με.“ VPTON. ἀναγκάζει με pc. cum vett. edd. ἀναγκάζεις με pa. ut Vptoni codex. ἀναγκάζει σ pb. in fine lineæ, & super σ superscripta litera ε, ut sit ἀναγκάζει σε. male.

Vers. 27. Εἰ γὰρ τὸ ἴδιον μέρος, ὃ ἡμῖν ἔδωκεν ἀποσπάσας ὁ Θεὸς. „*Nam si eam sui partem, quam nobis impertiit avulsam Deus.* Τὸ ἴδιον μέρος ad Deum referri potest, ut in verbo ἀποσπάσας intelligatur ἑαυτοῦ. Horatius:

Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Est & hæc hyperbole ardore disputationis expressa. Neque enim ita est ὁ Νοῦς ἀπόσπασμα τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τὸ σπέρμα ὅλου τοῦ σώματος, ut ait Hippocrates: neque cum Deo injuriarum agi posset, etiamsi aliam humanæ mentis conditionem esse voluisset. Potest, inquam, sic intelligi τὸ ἴδιον μέρος, ut referatur ad Deum. Nam supra quoque cap. 14. scripsit, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ μὲν οὕτως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι καὶ συναφεῖς τῷ Θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μόριαι οὖσαι καὶ ἀποσπάσματα. Sed simplicius esse puto, ut τὸ ἴδιον μέρος peculiaris & propria hominis pars intelligatur; & participium ἀποσπάσας, pro ἐὰν ἀποσπάσῃ τοῦ ἀνθρώπου. *Si Deus eam partem, quam homini propriam dedit, ei eriperet, talemque faceret* &c.“ WOLFIVS. — „Male Wolfius. Vide supra ad I. 14, 6.“ VPTON.

Ibid. οὐκέτι ἦν Θεὸς. οὐκέτι ἦν ὁ Θεὸς pa. cum artic. ut paulo ante.

Vers.

Vers. 28. ἅμα ἔσται. ἅμα ἐστι edd. vett. cum pa. ἐστὶν ἅμα pc. ἅμα ἔστω ex conject. primus edidit Cantabrigiensis, & tenuere Lond. anon. & Vpton. Sic vero scribitur in nostro cod. pb. Eamdem variationem vidimus ad l. 7, 27.

Ibid. καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ. Caret τὴν pb.

Vers. 29. θαυμάσας. θαυμάσων pb.

Ibid. Verba ἀλλ' ἐκεῖνα ἃ ἐξηγεῖται desunt pb.

CAPVT XVIII.

TIT. Ὅτι οὐ δεῖ χαλεπαίνειν &c. Idem argumentum rursus tangit cap. 28. hujus ejusdem libri.

Vers. 1 & *seq.* Exordium hujus capitis, quod intricatiorem paulo structuram orationis habet, nonnihil etiam difficilius explicatu olim fuerat, cum, pro τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει, (vs. 1.) legeretur τῷ παθεῖν ὅτι ὑπ. & pro ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν, (vers. 2.) ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν. Perspecte tamen Wolfius rem expedivit, corrupta Græca ex conjectura corrigens, & totum locum sic latine convertens: *Si verum est, quod philosophi dicunt, ab uno moveri principio mortales omnes, ut ad assentiendum & renuendum, atque adeo sustinendam quoque assensionem; quod alia vera, alia falsa, alia dubia atque incerta existiment; ita etiam ad expetendum aliquid opinione boni excitari: (Neque vero posse fieri, uti aliud utile judicent, aliud appetant; aliud decere censeant, aliud persequantur:) quid vulgo adhuc succensemus?*

Tum ad eumdem locum hæc est ejusdem WOLFII Adnotatio: „Τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει, *affectione* [*commoveri*] *quod ita sit:* & paulo post, οὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι τὸ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει, *sic etiam ad expetendum aliquid, affectione quod mihi expediat commoveri.* τὸ παθεῖν *animi affectionem* significat, ut & τὸ πάθος: hic vero ad *opinionem* refertur, idemque valet quod δόξα, ὑπόληψις, φαντασία. Quia vero locus hic perobscurus fore videbatur, si verba annumerassem; sententiam appendendam esse judicavi. Quod si cui hæc libertas displicuerit, perspicuitati superstitionem præferenti, is pæne ad verbum sic habeat: *Si verum est quod a philosophis dicitur, unum esse omnibus hominibus principium, ut assensionis, affectionem qua ita esse aliquid statuimus; & improbationis, affectionem qua aliquid non ita esse statuitur; itemque cohibendi assensus, affectionem*

qua

qua incertum aliquid esse statuitur; sic etiam ad expetendum aliquid, affectionem qua mihi aliquid conducere statuo. (neque vero fieri potest, ut aliud conducibile judicem, aliud appetam; aliud conveniens censeam, ad aliud impetu feror;) quid vulgo adhuc succensemus? τὸ παθεῖν, nominativo, quam τῷ παθεῖν dativo casu, rectius legi videtur; etsi utraque constructio locum habet. ἀρχὴ τοῦ συγκατάθεσθαι γίνεται τὸ παθεῖν, hoc est, ἡ ὑπόληψις; vel τῷ παθεῖν, id est, ὅτι ἔπαθον, vel διὰ τὴν ὑπόληψιν συγκατέθεντο οἱ ἄνθρωποι. Paulo post, pro σὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, ὅτι &c. legendum omnino censeo, τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει. Hinc protasis periodi finitur. Sequitur parenthesis, μηχανὸν δ' ἄλλο &c. Apodosis est, τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν; Diu me torsit hic locus, ob distinctionum confusionem, & omissam particulam τι. Sed an scopum attigerim, candide judicent eruditi." Hæc tam modeste, quam acute WOLFIUS. Ad quæ SHARTESBURIENSIS COMES, referente Vptono, notavit: „Optime, ô Wolfi!" — Ipse autem VPTONVS: „Confirmat, inquit, noster codex lectionem. Nota autem structuram: Εἰ ἀληθὲς ἐστι τὸ — — — τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν;"

Nostri quoque codices, ex parte quidem, confirmant veram lectionem. τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει dant pac. Et in τὸ consentit etiam pb. sed is pro παθεῖν & h. l. & deinde constanter μαθεῖν scribit perperam. Tum vero *vers.* 2. τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι recte idem pb. licet ibi mendose pergat τὸ μαθεῖν. Sed in τοῦ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, absque τι, consentiunt pac. cum olim editis; ubi haud absurde sane ἐπὶ in ἐστὶ mutandum Meibomius censuit, qui & paulo ante de τῷ παθεῖν in τὸ παθεῖν mutando monuerat. De usu verbi πάσχειν, quem adnotavit Wolfius, jam dictum ad I. 2, 3. Cæterum aut valde equidem fallor, aut aliud quid adhuc turbatum hoc loco supereſt, vel potius defecta est oratio, verbis nonnullis *versu* 2. socordia librariorum omissis. Scilicet, quemadmodum constanter distinguere solent Stoici inter τὸ ὀρέγεσθαι & inter τὸ ὁρμᾶν; sic ex eorumdem Stoicorum, certe ex Epicteti nostri ratione, τὸ ὀρέγεσθαι sive ἡ ὄρεξις pertinet ad τὸ ἀγαθὸν & τὸ συμφέρον; (quæ duo eodem loco habentur; vide saltem I. 22, 14. & conf. cum III. 24, 73.) τὸ ὁρμᾶν vero, sive ἡ ὁρμὴ ad τὸ καθῆκον pertinet: quæ distinctio τῆς ὀρέξεως

&

& τῆς ὁρμῆς cum ex aliis locis satis intelligitur; III. 2, 1 sq. III. 3, 2. III. 22, 43. I. 4, 11. Enchir. 31, 2 sq. &c. tum hoc ipso loco, quem tractamus, perspicue diserteque in illis verbis observatur, ἀμήχανον δ' ἄλλο μὲν κρίνειν τὸ συμφέρον, ἄλλου δ' ὀρέγεσθαι· καὶ ἄλλο μὲν κρίνειν καθῆκον, ἐπ' ἄλλο δὲ ὁρμᾷν. Itaque vide, ne in verbis proxime præcedentibus (per eumdem librariorum errorem, de quo mox ad vers. 8. dicetur) alterum orationis membrum prætermissum sit, atque ita scripserit Arrianus: οὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν, ὅτι καθῆκον· καὶ τοῦ ὀρέγεσθαί τινος, τὰ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει.

Eod. vs. 2. τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν. Imperite olim distinguebant: ἐπ' ἄλλο δὲ ὁρμᾷν τι· ἔτι τοῖς πολλ. χαλεπ. Et sic pab. Recte vero Vptonus cum nostro cod. pb. junxit illa τί ἔτι &c. in quo præeuntem habuit anonymum editorem Londinensem. Idem vero Londinensis editor superiora verba (ab ἀμήχανον usque ὁρμᾷν) parenthesi inclusit.

Vers. 3. Verba Τί ἔστι τὸ κλ. καὶ λωποδ. desunt pb.

Ibid. ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; „Minime. Vide II. 17, 26. εἰ δὲ φθονεῖς, ταλαίπωρε, [ἀταλαίπωρε,] καὶ ἐλεεῖς. & IV. 1, 4. φοβούμενος, φθονῶν, ἐλεῶν. Vbi vides *misericordiam* inter animi perturbationes indignas sapiente poni, & jungi cum *invidia*. Nec temere; nam miris modis inter se conveniunt, & in una sede morantur. Sic Virgil. Georg. II. 499.

Aut doluit miserans *inopem, aut* invidit *habenti.*

Confer Cic. Tusc. Disp. III. 9. Laërt. in vita Zenon. VII. 111. Ἔλεον μὲν οὖν εἶναι λύπην, ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. Hanc definitionem exprimit Cicero Tusc. Disp. lib. IV. [c. 8.] *Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis.* Non cadit autem ægritudo, λύπη, ἄλογος συστολή, in sapientem: ergo neque misericordia. Sed audiamus Senecam, de Clem. lib. II. c. 5. p. 477. ed. var. *Scio, male audire apud imperitos sectam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Objicitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Hæc si per se ponantur, invisa sunt: videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. Quod si est, quidni hæc secta,* (ipsa codicum variatio satis indicat, hunc locum esse corruptum: lego itaque, nonnullorum codicum vesti-

vestigia secutus: *Quod si;* scil. nullam spem relinquunt; *quid est hæc scientia,) quæ dedisce re humanitatem jubet, portumque adversus fortunam certissimum mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et paulo post: *Ergo non misereturr, quia & sine miseria animi non fit. Cætera omnia, quæ qui miserentur, solent facere, hic libens & alius animo faciet.* Quin & hæc verba corrupta: namque & otiosum est; revoco itaque in suum locum, & aliorum librorum ope lego, *quia sine miseria non fit; et cætera omnia, — — — hic libens & alacri animo faciet.* Quanquam autem in sapientem, in perfectum, non cadit misericordia; at proficientem non dedecorat. Itaque mox Epictetus addit [vs. 9.] ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον. Namque ad proficientem, non perfectum, sermo est. Eodem modo M. Anton. II. 13. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινὰ, [scil. τὰ ἐξ ἀνθρώπων γινόμενα] δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ubi notandum illud τρόπον τινά: atque ita interpretandum VII. 26. Ὅταν τις ἁμάρτῃ τι εἰς σὲ, εὐθὺς ἐνθυμοῦ, τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ." VPTON. De illa *misericordia*, quæ animi perturbatio est, quam in Sapientem cadere negant Stoici, nullo modo hic cogitandum. Comparative, ut sic dicam, loquitur: *potius miserendum, quam irascendum.* Eamdem sententiam habes I. 28, 9. sed ibi mitigatam interserta formula εἴπερ ἄρα. Cæterum de isto Stoicorum præcepto, quod misereri sapientem negat, præter Lipsium in Manud. ad Stoic. Philos. lib. III. Diss. 19. consule ipsum nostrum Epictetum, Enchir. c. 16. quænam ejus vis sit, perspecte docentem. Adde infra III. 24, 22 sq.

Vers. 4. Ἀλλὰ δεῖξον τὴν πλάνην, καὶ ὄψει &c. „Hypothetice accipiendum puto, pro ἐὰν δείξῃς, ὄψεις ὅτι ἀποστήσονται. *si ostenderis errorem.* Sic paulo post: μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς, καὶ τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπανεῖς. (non χαλεπαίνεις.) *si formam uxoris tuæ non magni feceris, adultero non irasceris.* Frequens Epicteto est hic loquendi modus." WOLFIVS. — „Omittitur Οὔ ante ἀλλά, qui error frequens est in hoc libro. Χαλεπαίνειν οὖν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; Cui Epictetus: Οὔ. ἀλλὰ &c. *Minime aliquid horum faciendum,* inquit: scil. irasci aut misereri: *sed errorem ostendito, nec mora ab erroribus desistent.* Danda venia est ignorantibus; per

ignorantiam a veritate abhorrent. πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα στερεῖται τῆς ἀληθείας. Vide ad I. 28, 4. Perſius Sat. III. 33. *Caret culpa; neſcit quid perdat.*" VPTON. De particula οὔ ante ἀλλὰ ſive per errorem omiſſa, ſive per ellipſin ſupplenda, vide ad I. 10, 11. ad I. 29, 66. &c. Sed hoc quidem loco non deſiderari videtur. conf. notata ad vſ. præced. At ipſa particula ἀλλὰ deeſt in pb. ne id quidem male, quamquam minime ſolicitatum velim vulgatum.

Ibid. ἂν δὲ μὴ βλέπωσιν. „Alii libri ἐὰν δὲ, noſter codex ἂν δὲ, quod eodem redit. Cæterum confer I. 11, 37." VPTON. — Cæteræ vero editiones, conſentientibus noſtris msstis, non ἐὰν δὲ dabant, ſed ἐὰν absque δὲ. Opportune autem hanc particulam obtulit Vptoni codex.

Verſ. 6. Μηδαμῶς, ἀλλ' ἐκείνως μᾶλλον· τοῦτον τὸν &c. Vulgo omnes ſic hunc verſum legebant diſtinguebantque: Μηδαμῶς· ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον τούτων τὸν πεπλανημένον &c. Ad quæ in hunc modum commentati ſunt viri docti: „Verba obſcura ſunt, & aut depravata, aut ἐλλειπτικά. ſic forte reſtituenda & complenda: μηδαμῶς τοῦτο λέγε, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου, τὸν πεπλανημένον. Sequitur enim, κἂν οὕτω λέγεις, [λέγῃς,] γνώσῃ πῶς ἀπάνθρωπόν ἐστιν ὃ λέγεις: *Si ſic dixeris, cognoſces quam inhumana ſit tua oratio:* prior ſcilicet illa, de interficiendo fure atque adultero. Significat, nomen *furis* atque *adulteri* ſeponendum eſſe, & illius loco reponendum nomen *errantis, decepti, occæcati animi.* Repete ea, quæ primo Tomo de duabus cujusque rei anſis dicta ſunt. [nempe in Enchir. c. 43. ex Wolfii vero recenſione cap. 65.] Ad rem ipſam quod adtinet: neque Platonem, neque Epictetum ſenſiſſe exiſtimo, homines peccare invitos, & ſcelera impunita eſſe oportere: (quid enim ea opinione ſtultius, aut perniciosius?) ſed cum pravæ pleræque cupiditates, & quæ eas ſequuntur facinora, ab opinionis errore proficiſcantur; dandam eſſe operam, ut homines vere de rebus omnibus judicent, quo peccata honeſtæ diſciplinæ veræque doctrinæ ſubſidiis præcaveantur potius, quam puniantur. Quam Perſicæ inſtitutionis rationem fuiſſe teſtatur Xenophon, [Cyrop. ad I. 2, 2.] quamque apud nos quoque aliquando exiſtere optare poſſumus, ſperare vix poſſumus, ac ne vix quidem. Plato quidem impunita eſſe ſcelera adeo non vult, ut disputet, e re faci-

noroſo-

noroſorum eſſe, ut e medio tollantur, quod per ſupplicium maximis malis erroris & improbitatis liberentur. Poteſt vir bonus punire nocentes, & dolere vicem eorum, ut pater filii, quem invitus ille quidem & dolens, ſed neceſſario caſtigat. Hoc puto velle Epictetum. Sin aliud ſpectavit, valeat. Non ignorat fur, ſe & legi naturæ & juri civili fraudem facere, ſi rapiat alienum: ſed cupiditate vincitur. Scit, deprehenſo pœnam fore luendam: ſed aut clam fore ſperat, aut pluris cupiditatem ſuam quam vitam facit. Qui ſi Stoice disputet, fatale ſibi eſſe furari; reſpondebit Zeno, illud etiam fatale eſſet, ut flagris cædatur, aut ſuſpendatur." WOLFIVS.

„Legendum puto, ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον (ſubaudi λέγε) deinde τοῦτον τὸν πεπλανημένον, & ut poſtea per epanalepſin reſumatur κἂν οὕτω λέγῃς." MEIBOMIVS. (cujus Adnotationem temere, ut multas alias Meibomianas, Salmaſio tribuit Vptonus.)

„Μηδαμῶς ἀλλ' ἐκεῖνον &c. Nullus in his verbis mihi error [ineſſe] videtur. Τοῦτον οὖν τὸν λῃστὴν &c. Hæc adverſarius. Cui reſpondet Epictetus: Μηδαμῶς· ἀλλ' &c. *Non ita dicendum: omitte iſta nomina furis & adulteri, iſta inhumana nomina; illorum loco potius repone nomen errantis, decepti, occæcati.* οὐ τὴν ὄψιν &c. hæc incluſive. Sed recte Wolfius interpretatur, & recte ſeſe habet contextus." VPTON.

Ego vero impetrare a me non potui, quin impeditam & plane corruptam nonnihil orationem, qualem vulgo exhibebant libri, judicarem. Ad μηδαμῶς haud dubie ex eis verbis, quæ verſu 7. ſequuntur, κἂν οὕτω λέγῃς, intelligi debet, & ſine incommodo poteſt, οὕτω λέγε vel οὕτω λεκτέον. Sed ita demum ſine incommodo intelligi hoc poterit, ſi adjiciatur ſtatim particula quæ illuc ſpectet & illuc referatur. Ea vero eſt ἐκείνως, quæ particulæ οὕτως reſpondet, ut II. 23, 15. III. 1, 37. Tum vero genitivus τούτων quo ſpectet non video; nec enim ſine gravi incommodo ad præcedentia, utcumque accipias, referri poterit. Contra, quemadmodum non ſolum vſ. præced. τοῦτον τὸν λῃστὴν dixit, & τοῦτον τὸν μοιχὸν, ſed mox deinde etiam verſ. 7. in eis verbis, quæ ad hæc noſtra manifeſte referuntur, quæ his ſimilia eſſe ait, rurſus eadem formula utitur, τοῦτον οὖν τὸν; ſic non dubitandum duxi, eodem modo, τοῦτον τὸν, hoc etiam loco ſcriptum olim fuiſſe, reſcribi-

que debere. Et postmodum vidi, sic scriptum in nostro cod. pa. prius fuisse, ibique a secunda demum manu τοῦτου in τούτων fuisse mutatum. Mens vero & sententia quænam fuerit Epicteti, cum ista præciperet, de eo quidem solicitus non esse debebat Wolfius. Cum ait philosophus noster, non tam irascendum esse improbis, quam miserandos eos potius; non furibus hoc dicit, non mœchis, ut habeant illi quo scelera sua excusent. Cum hominibus loquitur sapientiæ studiosis, quos docere monereque vult, ut, quemadmodum bona sua omnia, sic & mala, non in rebus externis, in nulla earum rerum ponant, quæ extrinsecus, quæ ab aliis sibi accidant, sed unice in animi sui habitu, in mentis decretis actibusque. (vide vers. 17 sqq. & I. 28, 21 sqq.) Hos igitur monet, retinereque studet, ne, cum injuria ipsis infertur, perturbato animo a fera furenteque ira & ultionis cupiditate se abripi, aut odio & simultate torqueri se patiantur, (cf. I. 28, 10.) nec, quia alter male agit, ipsi παρὰ φύσιν διατίθωνται, vs. 9. hujus cap. Quoniam vero magna vis est adfectuum, ac non nisi ægerrime temperare sibi homo potest ab ira odioque ejus a quo est injuria adfectus, adjumentum hoc commendat suis discipulis, quo veluti momento quodam contrario in alteram partem trahatur animus, si cogitent, non pravitatem injuriamque per se secutum esse hominem, sed suis cupiditatibus occæcatum, & falsa specie boni atque utilitatis, ac fortasse etiam honestatis falso quodam titulo, deceptum, &c. Quam in partem commode etiam Wolfius ad Enchir. c. 43. vel 65. provocavit. Nec vero id circo culpam improborum per se elevatam vult gravissimus Philosophus; qui, quum e pravis opinionibus oriri prava facinora monet, easdem pravas opiniones ipsius hominis culpa susceptas esse, (quippe opinionum susceptionem in nobis sitam) quavis pagina, quovis sermone docet. Quare & in maximis malis suo merito versari improbos, eadem hac disputatione docet, vers. 8. hujus cap. & I. 28, 10. præsertim quum nullum sit *malum* vere nominatum, nisi quod *e propria hominis culpa* exsistat. Denique vero eam ipsam ob caussam, quoniam pravæ opiniones sunt pravarum cupiditatum, pravorum consiliorum, pravarumque actionum fontes, eo gravius reprehendit levitatem socordiamque hominum, de regendis corrigendisque opinionibus suis non solicitorum; monetque & hortatur suos, ut tanto majorem curam diligentiam-

gentiamque adhibeant, quo de rebus omnibus ad hominem vitamque hominis pertinentibus recte sentire discant. I. 28, 28 sqq.

Ibid. τὴν διακριτικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων &c. Hinc sua expressit M. Antonin. II. 13 extr. ubi μέλανα, pro vulgato μέλαινα, in contextum recipi debebat.

Ibid. μὴ ἀπολλύνει; Nescio an hoc verbum, ista forma, quam rursus ita vers. seq. habes, passive aut neutraliter accipi possit, ut idem valeat ac ἀπολωλένει vs. 5. *perdi, perire.* Sed nec opus est. Eodem modo latine dices, *me illum non perdere?* Meibomius, delere jubens negantem particulam, proxime sequentia non satis expendit, quæ utique eam requirebant.

Vers. 8. Εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη. Sic recte edit. Ven. tum rursus edit. Genev. & seqq. & sic codd. nostri pbc. ἡ γὰρ ed. Bas. ex editoris, ut videtur, conjectura, cui adsentitur codex pa. Qui error ex alio errore ortum duxit, quoniam nempe in voce μεγίστων absolvebant phrasin, ut esset, ἡ γὰρ μεγίστη βλάβη, ἡ τῶν μεγίστων. Tum sic pergebant, ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ &c. ut mox videbimus.

Ibid. ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· μέγιστον δ' ἐστὶ ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις. Ante Vptonianam, vulgo omnes sic dabant, ἡ τῶν μεγίστων. ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ. Hinc istæ virorum doctorum Adnotationes:

„Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ. Fortasse ὅτε: & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι." WOLFIVS. — „Wolfius ὅτε, & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι. Recte: sed simul legendum paulo ante ἡ γὰρ μεγίστη, pro εἰ γὰρ, sicut in edit. Basil." COMES SHAFTESB. — Si pro ὅτι legi posset τοῦτο, plana sententia est, ut sit, τοῦτο δὲ (subaudi ἐστὶ μέγιστον) ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ." MEIBOMIVS.

„Ipsa codicum diversitas hunc locum minime sanum esse ostendit. Codex Ven. εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη ἡ τῶν μεγίστων, ὅτι δ' ἐν ἑκ. Codex Bas. [*Editionem* Bas. & Ven. semper sic dicit Vpton] ἡ γὰρ μεγίστη &c. Noster codex auctior, εἰ γὰρ μεγ. βλάβη ἡ στέρησις τῶν μεγίστων, ἔστι δ' ἐν ἑκάστῳ. [Eodem modo noster pb.] Vnde ita locum posse emendari me eodem tempore, inter alia, monuerunt Episcopus Oxonienſis, quem honoris caussa nomino, & Marklandus, vir sane (si quis alius) optime de literis meritus: Εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη

ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· μέγιστον δ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ. Hæc emendatio mihi valde placet: ipsa series argumentationis postulare videtur. Præterea μέγιστον facile omitti posset [poterat] propter præcedens μεγίστων. Immo hæc origo & fons mendarum multarum, quibus hi libri scatent: neque unum verbum solum, sed & verba plurima, immo integræ sententiæ sæpe omittuntur, cum festinans librarius verba intervenientia oculo negligentiore pervideat. [oculo fugiente prætervolet ac transsiliat.] Ecce harum omissionum exempla, ex nostro codice optime restituta. I. 2, 10. μείζονα ἀπαξίαν τὸ δαρῆναι (τοῦ μὴ δαρῆναι.) ὥστ' &c. I. 4, 25. Πρίαμος αὐτὰ οὐ λέγει; (Οἰδίπους οὐ λέγει;) ἀλλ' &c. I. 7, 17 sq. καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς προσδέχεσθαι· (μὴ μενούντων δὲ αὐτῶν ὁποῖα παρεχωρήθη, καὶ ἡμᾶς πᾶσα ἀνάγκη τῆς παραχωρήσεως ἀφίστασθαι, καὶ τὸ ἀνακόλουθον αὐτοῖς λόγοις προσδέχεσθαι.) οὐδὲ &c. [Vide quæ ad illum locum a nobis notata sunt.] I. 12, 4. πότερα ὑγιῶς (ἢ οὐχ ὑγιῶς) λεγόμενον, &c. I. 12, 23. Βάλλε αὐτὸν εἰς φυλακήν. (Ποίαν φυλακήν;) Ὅπου &c. Ista corrupta ex eodem fonte oriúntur. Item I. 22, 14. [ubi vide Notas.] I. 25, 4. τὸ πιστὸν, σόν. (τὸ αἰδήμον, σόν.) τίς &c. II. 1, 14. Ἔδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον (τὸ θαρρεῖν ἐστράφθαι, πρὸς δὲ τὸν φόβον τοῦ θανάτου τὴν εὐλάβειαν· νῦν δὲ τὸ ἐναντίον, πρὸς μὲν τὸν θάνατον) τὴν φυγὴν, &c. II. 11, 20. ἐφ' ᾧ θαρρεῖν ἄξιον; (Ναὶ, καὶ ᾧ πεποιθέναι δεῖ. ἀβεβαίῳ τίνι θαρρεῖν ἄξιον;) Οὔ· &c. II. 16, 15. ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ; (τίς περιπατῶν τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ) ἐπιστρέφεται, &c. II. 18, 4. ἐπικὸν, ποίει αὐτό· (εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτὸ,) ἀλλ' &c. II. 19, 33. Διατί οὖν οὐκ (ἀνύετε; εἴπατέ μοι τὴν αἰτίαν. ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ) ἀνύεται, ἢ &c. [Vide ibi notata.] II. 24, 23. ἢ πολεμήσων; (πολεμήσων.) τίσι &c. IV. 1, 130. τὰ μέρη αὐτοῦ ἀλλότρια, (ἡ κτῆσις ἀλλοτρία,) ἂν &c. IV. 1, 153. εἰ τοῦ σκέλους, (τὸ σκέλος. εἰ) ὅλου, &c. IV. 7, 18. Τί οὖν πρὸς ἐμέ; (οὐχὶ τοῦ κτησειδίου; τί οὖν πρὸς ἐμέ;) οὐχὶ &c. IV. 7, 35. διὰσκουσιν ἐξίστασθαι, (περὶ τὴν κτῆσιν ἐξίστασθαι,) περὶ &c. IV. 12, 5. Ὁ τέκτων μὴ προσέχων (τενταίνει ἀκριβέστερον; ὁ κυβερνήτης μὴ προσέχων) κυβερνᾷ &c. IV. 13. 8. τῆς ἐμαυτοῦ πέπονθα. (ἃ πέπονθα.) Ναί· &c. Vides, Lector, harum omissionum causam; quæ profectæ sunt

ex

ex librariorum negligentia, voces istas, quas uncinis inclusimus, omittentium: nec mirum est, oculos illorum parum ad rem attentos, & ex earundem vocum repetitione deceptos, quæ in medio, transsiluisse. Vides præterea præstantiam nostri codicis, qui feliciter hos locos, inter alios quamplurimos, restituit. Sed ad rem redeamus." VPTON.

Vptonus locum, in quo versamur, non aliter edidit, quam in ipsius codice & in nostro pb. indicabatur, ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· ἐστὶ δ' ἐν ἑκάστῳ &c. Ego vero emendationem a viris doctis insuper propositam, ab ipsoque editore in Notis probatam, simul in contextum adscisсere non dubitavi.

Ibid. ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ. Deest ἡ pc. non male.

Vers. 9. οὐ σὲ δεῖ παρὰ Φύσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς διατίθεσθαι. „Videtur addendum, οὕτω διατίθεσθαι." WOLFIVS. — Nil opus. Satis est παρὰ Φύσιν διατίθεσθαι. οὐδὲ δεῖ habet pa. οὐ δεῖ pb. In οὐ σὲ δεῖ cum edd. consentit pc.

Vers. 9—11. ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον &c. „In editis omnibus hoc modo, omissis interjectis legitur: ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον. ἢ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς &c. At noster codex eodem modo habet ac edendum curavi. [Quam rationem & nos in contextu tenuimus.] Hiatus sunt supplendi ex mera conjectura, quos quidem supplere tentavimus aliquo modo in versione: ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον, [perperam h. l. & paulo ante ἐλσεῖ expressum est apud Vptonum in Notis; sed recte in contextu ἐλέει.] *μὴ χαλέπαινε, miserere illius potius, ne succenseas.* Eatenus tuto proceditur: nam sic scribitur ad oram nostri codicis. Cætera sunt in incerto. Sed audi Socratem in Plat. Rep. lib. I. [p. 30. edit. Massey.] Ὦ Θρασύμαχε, μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι· εἰ γὰρ (lege ex Ms. Oxon. εἰ γάρ τι) ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει ἐγώ τε καὶ ὅδε, εὖ ἴσθι ὅτι ἄκοντες ἁμαρτάνομεν. μὴ γὰρ δὴ οἷον, εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν, οὐκ ἄν ποτε ἡμᾶς ἑκόντας εἶναι ὑποκατακλίνεσθαι ἀλλήλοις ἐν τῇ ζητήσει, καὶ διαφθείρειν τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ· δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντες, [ζητοῦντας,] πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, ἔπειτ' οὕτως ἀνοήτως ὑπείκειν ἀλλήλοις, καὶ οὐ σπουδάζειν ὅτι μάλιστα φανῆναι αὐτὸ οἷόν γε (ms. οἷόν τε) [nempe perperam sic ms.] ἐστὶν, ὦ φίλε· ἀλλ', οἶμαι, οὐ δυνάμεθα. ἐλεεῖσθαι οὖν ἡμᾶς πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστί που ὑπὸ ὑμῶν τῶν δεινῶν, ἢ χαλεπαίνεσθαι." VPTON.

Equidem neque in Græcis, quæ e codice ſuo edidiſſe ſe profeſſus eſt Vptonus, neque in Latinis quibus illa reddere idem Editor tentavit, mutare quidquam auſus ſum. At hoc tamen loco conjecturas nonnullas tentare nobis liceat, certiores fortaſſe aliquatenus futuras, ſi ipſum codicem, e quo iſta ad oram exempli, quo uſus Vptonus eſt, adſcripta ſunt, aut aliquem ejus ſimilem noſtris oculis uſurpare licuiſſet. Ac primum quidem, ſi in illo Vptoni exemplo poſt ἄλλει αὐτὸν μᾶλλον ſequebantur verba illa, μὴ χαλέπαινε, cur ea non in contextu adjecit? Ego vero ſuſpicor, ante illa, τοῦτο τὸ προσκοπτικὸν καὶ μισητικὸν, intercidiſſe verbum ἄφες, quo frequenter utitur noſter, aut aliquod ſimile in eamdem ſententiam: *Omitte illam ad offenſionem odiumque pronitatem! abjice illum animum ad offenſionem odiumque præcipitem!* Tum fortaſſe inter μισητικὸν & τὰς φωνὰς nihil deeſt, & ſimplici commate hæc erant diſtinguenda; ita quidem, ut e ſuperiori membro hic ſimul intelligeretur idem verbum ἄφες. *Omitte, miſſas fac illas voces, illa convicia, quibus uti vulgus ſolet.* Sic poſt οἱ πολλοὶ ſupplendum fuerit verbum ἀφιᾶσι, quod & ipſum fortaſſe in mente retineri intelligique potuerat. Nunc ſequuntur illa convicia, quæ jactare vulgus ſolet, quibus abſtinere debet ſapientiæ ſtudioſus: τούτους οὖν τοὺς καταράτους καὶ μισητούς· ſcilicet, οὐκ ἔδει ἀπολωλέναι; aut aliquid ſimile. *Hos ergo execrandos odioſosque!* ſcil. *non male perire! non male multatos oportebat!* Iam quæ ſequuntur verba, σὺ πῶς ποτ' ἀπεσοφώθης ἄφνω, non tam facile, quo potiſſimum ſpectent, expedio. Et videntur ante hæc nonnulla, ad quæ iſta referebantur, intercidiſſe. Ceterum, quod ἀπεσοφώθης Vptonus *ſapientiam dedidiciſti* vertit, id ſatis ne recte factum ſit, dubitari poteſt. Quandoquidem nec a Lexicographis adnotatum hoc verbum, nec de uſu illius aliunde quidquam (mihi quidem) compertum eſt, ex analogia erit vis illius indaganda. Iam ſunt quidem verba nonnulla in οω deſinentia, & cum præpoſ. ἀπὸ compoſita, quæ negativum habent ſignificatum, ut ἀποπινόω, ſordibus emaculo; (quod tamen idem verbum *inquinare* etiam denotat;) ἀποῤῥιζόω, *radicitus evello;* ἀποστεφανόω, *corona privo;* ſed longe pleraque ejusdem formæ verba poſitivam, non negativam, vim habent, & quidem eamdem fere quam habent verba ſimplicia, (ſcil. *reddendi talem qualem ſignificat nomen in* ος *deſinens, unde derivatur*

tur verbum,) nisi forte cum aliqua intentione. Sic ἀποπορυφόω, ἀποκωφόω, ἀπολιθόω, ἀπορθόω, ἀποσκληρόω, ἀποσκοτόω, ἀποστενόω, & plurima alia. Ex hac igitur analogia, erit ἀπεσοφοῦν, *sapientem reddere*; & verborum, σὺ πῶς ποτ' ἀπεσοφώθης ἄφνω; hæc erit sententia: *quo pacto tu subito sapiens es factus?* quemadmodum fere in Enchir. c. 22. per ludibrium dicentes inducuntur, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; Sed, quo pacto, quave connexione nunc istis verbis usus sit Epictetus, nisi probatiorum codicum inspiciendi detur facultas, ut jam dixi, audacius fortasse factum fuerit, si pronunciare velimus. Hariolari licebit, per ludibrium hoc dici ab eo, cui ob factam injuriam irascitur homo. *Quo pacto*, inquit, *tu ita subito factus es sapiens?* ubi scilicet de factis alienis agitur, quæ mira severitate tu judicas; cum tu tamen eisdem teneare opinionibus, easdemque rationes sequaris, quas ego & mei similes, dum ita agimus, sequi solemus. (conf. vs. 13.) Rursus inter ἄφνω, & χαλεπὸς εἶ, aut nihil fortasse aut parum utique deest. Modo interrogandi signo hæc a superioribus erunt disjungenda. *Itane morosus es!* Denique *vers.* 11. post χαλεπαίνομεν; insere διότι, & completa erit oratio, neque deinde post ἀφαιροῦνται quidquam desiderabitur: Διατὶ οὖν χαλεπαίνομεν; διότι θαυμάζομεν ὧν ἡμᾶς ἀφαιροῦνται. Μὴ θαύμαζέ σου τὰ ἱμάτια, &c. *Cur ergo succensemus? Quoniam miramur ea quæ illi nobis auferunt. Tu ne mirare vestimenta tua*, &c. Nihil quidquam h. l. nos juvant codices nostri. In pab. non modo desiderantur omnia quæ suo e codice Vptonus protulit, sed ne ullum quidem indicium hiatus adest. Ignorant autem hi codices particulam ἤ, quæ in vett. editionibus legitur ante verba μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος. Codex pc. subito in media linea desinit in his verbis ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον, ἤ. Tum relicto vacuo spatio novem fere versuum usque ad finem paginæ, sic pergit initio sequentis paginæ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος &c. Ad oram, ubi vacua pagina est, scribitur λείπει.

Eod. vers. 11. καὶ τῷ κλέπτῃ οὐ χαλεπαίνεις. &c. „Lege cum Wolfio χαλεπανεῖς, uti mox legendum.“ VPTON. — Ad sequentia verba (τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπαίνεις) pertinebat istud Wolfii monitum, quod in Adnot. ad vs. 4. retulimus. Vptonus, quamquam in contextu nil mutavit, utroque tamen loco, & hic, & paulo post, obsequendum fuisse Wolfio censet. Mihi vero minime id

neceſſarium viſum eſt, non modo quia haud raro præſens verborum tempus pro futuro admittit græcus ſermo; (ſic v. c. II. 14, 19 ſq. ἂν οὖν σοι δείξω, — — εὐθὺς ἀπαλλάσσῃ. conf. ad I. 7, 27. & ad I. 17, 28.) verum quoniam in dicto ſententioſo & arguto, qualia ſunt hæc, de quibus quæritur, ſuo etiam jure quodam locum habet præſens tempus. Ne quid tamen diſſimulem, καὶ τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπανεῖς in futuro ſcribitur in noſtro cod. pb. & ſic rurſus vſ. 12. quæ ſi cui vera Arriani ſcriptura eſſe videbitur, non ego repugnabo; fortaſſe vero etiam, ut paſſim aliæ ejusdem codicis lectiones, nonniſi ingenio librarii ortum debet. Vtroque loco χαλεπανεῖς maluerat etiam Meibomius.

Ibid. μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς, &c. „*Ne mirare formam uxoris.* Contemtus formæ zelotypiam quidem minuit, ſed infamiam non tollit. Epictetus vero negat uxoris impudicitiam marito imputandam eſſe, qui nihil habeat ſuum præter animum: cætera fortunæ & aliorum eſſe. Quantum autem conjugii legitimi fœdus vulgo valeat, videmus; & repudia tuta non ſunt: nota vero mala tutiora plerumque.“ WOLFIVS.

Verſ. 12. κλέπτης καὶ μοιχὸς ἐν τοῖς σοῖς τόπον οὐκ ἔχει. „Conf. III. 22, 105.“

Ibid. τίνι ἔτι χαλεπαίνεις; Sic Vptonus cum edit. Ven. & Baſil. Recte, ut mihi videtur; quamquam is (ut ad vſ. præced. dictum) χαλεπανεῖς cum Wolfio corrigendum deinde cenſuit. χαλεπάνεις operarum errore expreſſum in ed. Colon. Id deinde editor Cantabr. ſua auctoritate, aut Wolfii fortaſſe monitum ſecutus, in χαλεπανεῖς mutavit, quod tenuit Londinenſis anonymus. Rurſus vero & hic, ſicut præcedenti verſu, hoc ipſum χαλεπανεῖς exhibet noſter cod. pb.

Verſ. 13. θέλεις αὐτὰ ψύξω. „*Vis ea refrigerare.* Non ſatis placet; ut nec ψῆξω, a ψήχω. Quid ſi σμῆξαι? a σμήχω, *vis ea purgare?* Moibanus, ψύχειν τὰ στρώματα τοῦ ἵππου, inquit, Pollux pro *agitatione quadam ventilare, & a ſitus & incluſi aëris vindicare incommodo.*“ WOLFIVS. „Nihil muto; vide mox verſ. 14. *Vis ea veſtimenta ad aërem & ſolem æſtivum pandere,* ut ſicca ſint, nec male oleant.“ VPTON. — Vide Pollucem I. 183.

Verſ. 14. λίχνοις. Perperam λύχνοις ed. Ven. & Baſ. Verum tuentur pabc.

Ibid.

Ibid. μόνος αὐτὸν καταπίνων. Sic tacite correxit Vpt. ut est in nostro pc. & in pb. inter lineas. Corrupte cæteri μόνον αὐτὸς καταπ.

Ibid. Ψυρίδα μὴ ἔχε. ἔσχε ed. Ven. Bas. Gen. Col. ἔχε correxit editor Cant. & tenuere seqq. cum codd. nostris pabc.

Vers. 15. λύχνον ἔχων παρὰ τοῖς θεοῖς. „De Lario seu vestibulo intelligo, ubi veteres suos deos collocarunt. Sed dii isti negligenter custodierunt pretiosissimam fortasse cultoris sui supellectilem.“ WOLFIVS.

Ibid. ἀκούσας ψόφου. ψόφου scripsi cum pc. Cæteri vulgo ψόφον, nec id male.

Ibid. κατέδραμον, εὗρον. „Copula omissa: eleganter. Sic verba sæpe ἀσυνδέτως junguntur, idque præcipue cum motum & celeritatem sententia postulat.“ VPTON. — κατέδραμον· εὗρον ἥρπασμ. sic scribit pc. Pb. vero, κατέδραμων· καὶ εὑρὼν ἥρπασμ. τὸν λύχνον, ἐπελογισάμην. Quod speciem habet, sed fortasse conjecturæ librarii debetur.

Ibid. ὅτι ἔπαθέ τι ὁ ἄρας οὐκ ἀπίθανον. „Innuit, candelabri elegantia invitatum esse furem.“ WOLFIVS. — Conf. I. 29, 21. not.

Ibid. Αὔριον, Φημὶ, ὀστράκινον εὑρήσεις. „Fuit quidam Luciani temporibus, [si vera fabula,] qui hunc Epicteti lychnum fictilem ter mille drachmis emit. Vide Lucian. adv. Indoctum. p. 386. [c. 13. T. III. ed. Amstel. Reitz. p. 111.] Confer autem I. 29, 21.“ VPTON.

Vers. 16. ἐκεῖνα γὰρ ἀπόλλυσί τις. Sic edidit Vptonus, e suo (ut videtur) codice, cum quo facit nostter pb. ἐκεῖνα γάρ τις ἀπολλύει dabant superiores editt. cum pc. ἐκεῖνα γὰρ ἀπολλύει pa. absque τις.

Ibid. Μή τι κέρατα ἀλγεῖς; „Alludit Epictetus ad interrogationem istam, quæ Κερατίνη seu Κερατὶς vocabatur. Vide Laërt. II. 108. VII. 187. Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις. κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες. κέρατα ἄρα ἔχεις. Vide A. Gellium XVI. 2. Senec. Ep. 45. p. 151. ed. var.“ VPTON. Equidem ἀλγῇς in conjunctivo legendum putem. Μή τι κέρατα ἀλγῇς; *An cornua tibi dolerent? an cornua velles tibi dolere?* Conf. not. ad I. 33, 7. Cæterum, si quid video, hoc est quod dicit: Est e natura capitis, ut doleat nonnumquam: & est e natura hominis, tale corpus habere cum tali capite. Quod si cornua haberes, ea tibi non dolerent.

Ibid.

Ibid. Τί οὖν ἀγανακτεῖς; „*Quid ergo stomacharis?* Respondeat aliquis: hoc ipsum, quia caput mihi dolet. Epictetus vero monet, aut caput abjiciendum: aut ejus dolorem, sanari si nequeat, æquo animo ferendum, quod naturæ ita visum sit.“ WOLFIVS.

Ibid. τούτων γὰρ αἱ ἀπώλειαι. Deest γὰρ pb. non male. Perperam ἀπώλιαι vett. editt.

Ibid. τούτων οἱ πόνοι, ὧν καὶ αἱ κτήσεις. „*Earum rerum dolores sunt, quarum acquisitiones.* [*possessiones.*] Vide in Simplicio distinctionem inter χρῆσις & κτῆσις, ad caput Enchir. 46. in initio.“ COMES SHAFTESBVR.

Vers. 17. Ἀλλ' ὁ τύραννος ὀήσει. „Vide ad I. 1, 23.“ VPTON.

Ibid. Τί οὖν οὐ ὀήσει, οὐδ' ἀφελεῖ; Consentit pc. nisi quod nudum punctum ponit, pro interrogandi signo. Perperam pa. τί οὖν ὀήσει· οὐδ' ἀφελεῖ προαίρεσιν. Sed pb. τί οὖν· ὀήσει ἢ ἀφελεῖ τὴν προαίρεσιν; Voluit forsan Τίς οὖν ὀήσει ἢ ἀφελεῖ &c. Sed præstat vulgata.

Ibid. παρήγγελλον οἱ παλαιοὶ τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ. „Plurimis veterum hoc apophthegma adscriptum fuisse monuit Menagius ad Laërt. I. 40. Apollini quoque adtribuitur. Cic. Tusc. Disp. I. 22. de Leg. I. 22. Xenoph. Ἀπομνημ. IV. 2, 24. Infra [apud Nostrum] III. 1, 18.“ VPTON. — παρήγγελον, pro παρήγγελλον, dat pc. non male, in aoristo.

Vers. 18. Οὐκοῦν ἔδει, νὴ τοὺς Θεούς. Cum vulgo omnes sic darent, Τί οὖν ἔδει; νὴ τοὺς Θεοὺς &c. lubens obsecutus sum VPTONO, monenti in Notis: „Hæc lectio non placet; neque ista, [quam in nulla quidem editione inveni,] Τί οὖν; ἔδει νὴ τοὺς Θ. At omnino placet lectio, quam noster codex exhibet: Οὐκοῦν ἔδει, νὴ τοὺς Θεούς, μελετᾷν &c. *Itaque oportebat, per deos, in rebus parvis meditari;* a parvis initiis ad majora progrediendum. Conf. Enchir. c. 12. [Wolf. c. 17.] & [Disert.] IV. 1, 111.“ — Cum Vptoni codice convenit pb. Quodsi cum pac. servatum Τί οὖν malueris, utique sic distinguenda fuerit oratio, ut obiter ab Vptono significatum est: Τί οὖν; ἔδει νὴ τοὺς Θεούς &c.

Ibid. καὶ ἀπ' ἐκείνων ἀρχομένους. Ante Vptonum omnes, καὶ ἐπ' ἐκείνων ἀρχ. quod ferri utrumque potorat, *& in his initium facientes.* Commodius vero Vptonus ἀπ' ἐκείνων, nescio an e suo codice, ad quem hoc loco non provocavit; at certe ex aliis Epicteti locis

cis modo citatis, IV. 1, III. & Enchir. c. 12. num. 2. (Wolf. c. 17.) Sed & h. l. in ἀπ' consentiunt pabc.

Vers. 19. Οὐ λέγω, ὅτι οὐ δέδοται στενάξαι. „Gemitus concedunt Stoici ad animi confirmationem. Sed, eum qui gemat, sine aliqua animi affectione gemere, vix credo: nisi forte ex consuetudine fiat, ut de Virgilio proditum est, & ipse nonnullos novi. Aeneæ quidem suo tribuit hoc Poëta: [IV. 449.]

Mens immota manet; lacrymæ volvuntur inanes."

WOLFIVS.

„Vide Cic. Tusc. Disp. II. 22. [23.] *Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro.* Et mox: *Nec vero unquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac patiens.* Vbi repone veram & veterem lectionem, *Vir fortis & sapiens.* Recte, *sapiens*: patet ex hoc Arriani loco: concessum est *sapienti* ingemiscere, ut se intendat ad firmitatem. Ergo addit, ἀλλὰ ἔσωθέν τοι μὴ στενάξῃς. Conf. Enchir. c. 16." VPTON. — (Enchir. c. 22. ex recens. Wolf.) In ἔσωθέν τοι consentit pc. Pro τοι est τε in pa. quod ex γε corruptum videri potest. Particula prorsus deest pb.

Ibid. τὸν ἐπίδεσμον. *Fasciam* vertunt. Quale autem potissimum fasciæ genus hic dicat, haud adparet. De fasciis, quibus præsertim ligantur vulnera, aliâs usurpari, monent Lexicographi.

Ibid. Τίς γὰρ μὴ μισήσῃ τὸν τοιοῦτον; Tacite Vptonus μισήσῃ correxit; sed videtur suum secutus codicem, nam & in nostro pb. sic scriptum; percommode. μισήσει superiores edd. cum pa. μισεῖ pc.

Vers. 20. ὀρθὸς περιπάτει. Sua auctoritate hoc correxit VPTONVS, monuitque: „Vulgg. ὀρθῶς. male. ὀρθὸς autem, qui *per se rectus* sit, *aliena non indigens ope*; ducta metaphora ab humano corpore, & ad mentem translata. Hinc explicatur Pers. V. 104.

— — — — *Tibi* recto *vivere* talo
ars dedit.

Ars, i. e. philosophia; βίου τέχνη, βίου ἐπιστήμη. Horat. Epist. I. 1, 68.

An qui, fortunæ te responsare superbæ
liberum & erectum, *præsens hortatur & aptat?*

M. Antonin. III. 5. ὀρθὸν εἶναι χρὴ, οὐχὶ ὀρθούμενον. *Ipse rectus sis; minime alienæ opis indigus, ut qui erigaris.*

τις. Hinc patet legendum esse lib. VII. 12. ὀρθὸς, μὴ ὀρθούμενος." — Ad codicis sui auctoritatem non provocavit h. l. Vptonus; at nostri codices pac. ὀρθὸς dant, ut ille correxit.

Ibid. „οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι χρή. *Neque enim, ut asinum, invictum esse oportet.* Pugiles comparat asinis, qui λακτίζουσι, id est, calcibus valeant: pugiles etiam πυκτεύουσι, pugnis." WOLFIVS. — χρὴ ex conjectura in Notis adjecit Wolfius. In contextu editiones omnes ante Vptonum ignorant verbum finitum post εἶναι. Primus VPTONVS sic edidit: οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι δεῖ. Ad eaque verba hæc notavit: „Restituimus δεῖ authoritate nostri codicis, [cui suffragatur noster pb.] quæ vox male ab aliis deest. Sed quid ista verba sibi velint, ὡς ὄνον? Credo, respexisse Epictetum ad ὄγκον illum & πολυσαρκίαν athletarum. De quo vide Petr. Fabri Agonist. lib. II. cap. 3. Achelous de se: Ovid. Met. IX. 39.

Me mea defendit gravitas: frustraque petebar:
haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
oppugnat; manet illa, suoque est pondere tuta.

Vide Galen. Exhort. ad Med. & Art. c. 7. p. 22. edit. Goulst. ubi hac de re poëtæ nescio cujus versus citantur:

Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ γράψεται — —
ὅτι ὄνος
παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας. — — —
Εἰκοστῇ καὶ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι ἦν, ὅτ' ἐνίκα
Ὀγκηστής.

Ita locus iste scribendus. Athletas autem carpit (ut Faber docet) in Ὀγκήστου vocabulo, adludens ad asininum & carneum humani corporis pondus, ex homonymia vocabuli elegantiam captans. Mox addit: „Istud τοῦ „Ὀγκήστου epitheton esse asino convenientissimum, ex „eo intelligas, quod ita scriptum alicubi ab Arriano in „lib. II. c. 24. [vs. 18.] videre est; in quo τὸ συνογκᾶ„σθαι usurpatum licet advertere, quod Lexicographi ne„quaquam adferunt." Hæc Faber. Cæterum Heros invictus Ajax apud Homerum Iliad. λ'. 557. *asino* comparatur." — Hæc Vptonus. Et Homericam quidem comparationem utique in animo habuisse Epictetus videtur, cum ait, οὐ δεῖ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι, ut horum verborum sententia hæc sit: *non stupidâ quadam obstinatione,*

tione, aut ignavia & ad commovendum se tarditate, invictum esse debere hominem, ut asinum; sed ratione, consilio, meditatione, studio ac diligentia. Cæterum, an simul de verborum lusu isto cogitarit, quod in vicino sono vocabulorum τοῦ ἄγκου τῶν ἀθλητῶν & τοῦ ὄνου ineſt, id ego nec confirmare, nec vero negare ausim.

Verſ. 21. Τίς οὖν ὁ ἀήττητος; Quod notandum; percrebro phraſibus verbisque utitur Epictetus a re Agoniſtica petitis. Et vir bonus & ſapiens cum robuſto Athleta comparatur. Magnificæ autem erant appellationes, quibus ſeſe ornabant Athletæ. Hinc in Inſcriptionibus: ἀήττητος, ἀνίκητος, Παγκρατιαστὴς, Περιοδονείκης, [Περιοδονίκης,] παράδοξος, ἄλειπτος, ἄπτωτος, ἀσυνέξωστος, & alia id genus." VPTON.

Ibid. καταμανθάνω, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθλητοῦ. „*Eas* (difficultates) *perpendo, ſicut in Athleta mos eſt perpendere.*" VPTON. — Non video, cur verbum *perpendere* nunc maluerit, quam *obſervare*, quod cum Wolfio in verſione poſuit.

Ibid. Οὗτος ἐξεβίασε τὸν πρῶτον κλῆρον. „Schegkius: *prima ſortitione ſuperior is fuit.* Wolfius: *hic primo ſorte* [immo, *primam ſortem* ſcripſit ille] *evicit.* Ego vero credo, in hoc loco, ſane difficili, alluſionem eſſe tum ad rem agoniſticam, tum ad tres locos in philoſophia. Sed Meibomii lectio non displicet, ἐξεβίβασε. Nam ἐκβιβάζω eſt *exire facio.* Dicebantur autem *exire*, quorum nomina ſortibus inſcripta, inque urnam demiſſa, inde extrahebantur." VPTON, *in Indice, ad verbum* Ἐκβιάζω. Nempe tres illos locos, quos ſæpe commemorare ſolet, (III. 2, 1 ſqq. & locis ibi citatis) & omnino varias occaſiones ſtudioſo ſapientiæ oblatas ſpecimen ſuorum profectuum edendi, confert cum variis exercitationum generibus ac veluti gradibus, quibus exercebantur Olympici athletæ. Nec vero video, cur a ſcriptura conſentientibus libris vulgata, quam & ipſe ſuo loco una cum Wolfii verſione tenuerat Vptonus, nunc recedendum cenſuerit, aut Meibomii quo pacto præferre potuerit conjecturam, ἐξεβίβαζε pro ἐξεβίαζε ſcribere ſuadentis. Neque enim de eo nunc quæritur, *quamnam ſortem ex urna extraxerit* homo noſter, ſed *quo pacto ſe in primo certamine geſſerit.* ἐκβιάζειν eſt *ſua vi & induſtria alterum deturbare, de ſtatu depellere*, &, ut verbo dicam, *vincere, evincere.* κλῆρος eſt *ſors vel ſortitio athletarum*; cujus rationem perſpicue Lucianus

nus tradidit in Hermotimo, c. 40. T. I. edit. Amſt. p. 783. Hic vero, per metonymiam, ſive de *antagoniſta* accipitur, *qui ſorte obtigit alteri*, ſive potius de *ipſo certamine, quod cum antagoniſta, qui ſorte nobis obtigit, inſtituitur*; ut ὁ πρῶτος κλῆρος nil aliud ſit, niſi *primum quod ſors nobis adſignavit certamen*. Et quemadmodum νικᾶν τὸν ἀγῶνα græci dicunt, *vincere in certamine, victorem e certamine excedere*, ſic & ἐκβιάζειν τὸν κλῆρον dicere potuerunt. Neque tamen debeo diſſimulare, in ora noſtri pb. idem illud verbum ἐξεβίβασε, quod Meibomius propoſuit, eſſe adnotatum, ab alia quidem fortaſſe manu, ſed ea tamen admodum antiqua.

Ibid. τί δ', ἂν καῦμα ᾖ; τί δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ; *Quid faciet, ſi æſtus fuerit? Quid Olympiæ?* id eſt, *quo modo ſe geret, ubi jam in ipſis Olympicis certaminibus prodibit?* De æſtu, qui ſæpe in Olympicis certaminibus moleſtiſſimus erat athletis, vide mox ad vſ. 23. Nunc vero, ubi iſta ſeparat, & ſeorſim dicit, τί δ', ἂν καῦμα ᾖ; ſeorſim, τί δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ; intelligi *æſtus* ille debet, quo athletæ, poſtquam in umbra ſatis exercitati erant, dein exercebantur, quo ad tolerandam hanc quoque moleſtiam præpararentur.

Verſ. 22. τί οὖν, ἂν ἐν σκότῳ; „Cicero de Leg. I. 14. *Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet niſi teſtem & judicem? quid in deſerto quo loco nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atque ſolum? Noſter quidem hic naturâ juſtus vir ac bonus, etiam conloquetur, juvabit, in viam deducet: is vero, qui nihil alterius cauſſa faciet, & metietur ſuis commodis omnia, videtis credo, quid ſit facturus.* Idem de Fin. II. 18. *Cur juſtitia laudatur? aut unde eſt hoc contritum vetuſtate proverbium? Quicum in tenebris.* Idem de Offic. III. 19. *Itaque talis vir non modo facere, ſed nec cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. Hæc, nonne eſt turpe, dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent? a quibus natum eſt id, quod jam tritum eſt vetuſtate proverbium: cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices.* Hinc obiter Cic. de Fin. III. 21. emendemus. *Alienumque eſſe a ſapiente, non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere.* Non hæc ſunt Ciceronis verba, *injuriam cui facere, verum etiam nocere*; ſed ex lib de Offic. III. 19. verba quædam reponenda cenſeo, quæ omiſit librarius, *Itaque talis vir non modo facere,*

cere, sed nec cogitare quidem, &c. Sic hoc in loco: *Alienumque esse a sapiente, non modo injuriam cui facere & nocere, verum etiam* *. Deest, *male velle*, aut *male cogitare de quopiam*: aut aliquid simile." VPTON.

Ibid. δύναται ταῦτα πάντα νικῆσαι. „Rectius forsan νικῆσαι; cum interrogatione." VPTON.

Vers. 23. τί οὖν, ἂν καῦμα ᾖ τούτῳ; „Quæ supra de athleta dixit, nunc ad sapientem accommodat. Tantus erat æstus in Olympicis certaminibus, ut sæpe mortem intulerit. Sed hoc in loco καῦμα translatitio [translato] sensu accipio. Τί οὖν ἂν καῦμα ᾖ τούτῳ. *Quid si febre laborat?* Post τούτῳ editiones interserunt ἐστί, unde sententia turbatur. Removi ipse, monente nostro codice." VPTON. — De intolerabili & multis sæpe fatali in Olympicis ludis æstu, consule Interpretes Aeliani ad Var. Hist. XIV. 18. Ejusdem meminit Epictetus noster I. 6, 26. & III. 22, 52. conf. paulo ante vs. 21. Hoc vero loco nunc non modo de *febri* equidem accipiam, sed de omni dolorum & cruciatuum aliorumve acerbiorum casuum genere, qui exagitant & exæstuare faciunt animum, eumque de statu suo dejicere, oblivionemque decretorum suorum & sanorum consiliorum ei inducere solent. Scripturam quod adtinet; vulgo sic edebatur, τί οὖν ἂν καῦμα ᾖ, τούτῳ ἐστί; Et sic pc. qui etiam post τί οὖν comma interserit. Magis corrupte τοῦτο ἐστὶ habet pa. Sed pb. cum Vptoni cod. consentit.

Ibid. τί, ἂν οἰνωμένος ᾖ. Vulgo omnes, τί, ἂν νόμενος ᾖ; Ad quæ verba, hæc adnotavit VPTON: „Schegk. & Wolf. *Quid si compluatur?* Ego vero corruptum esse locum omnino arbitror; sed facile corrigitur ex II. 17, 33. & III. 2, 5. Confer, Lector, & lege, Τί ἂν οἰνωμένος ᾖ; τί ἂν μελ. *Quid si febre is laborat? quid si potus largior æquo? quid si atra bile laborat?* Hæc omnia cadere posse in Sapientem Stoici putabant. De febre, nemo dubitat. De largiore potu, modo mera ebrietas vitetur, vide apud Laërt. in vita Zenonis, VII. 118. καὶ οἰνωθήσεσθαι μὲν, οὐ μεθυσκήσεσθαι δέ. ubi consule Menagium. Vide etiam quid de Socrate Plato in Convivio. De atra bile mox videbimus. Sed prius audi Wolfium, aut nihil aut parum ad rem disserentem." VPTON. — In mendosum νόμενος consentiunt pab. οἰόμενος habet pc. ad verum paulo propius accedens. Cæterum notum est, persæpe ab imperitis librariis vocalem υ & diphthongum οι, ob soni

similitudinem, quo eas efferebant, inter se commutatas esse. Quo minus dubitavi verissimam Vptoni emendationem in contextum recipere. Suspicari quis possit οἰνώμενος, (in præs. particip.) aut ὠνωμένος, in præt. Sed diserte hoc verbum οἰνόω cum aliis nonnullis, a vocali aut diphthongo incipientibus, adnotari solet a Grammaticis in eorum numero, quæ in præteritis augmentum non recipiunt. De re confer Cic. Acad. II. 16 sq. & quæ huc spectantia congessit Lipsius in Introd. ad Stoic. Philos. lib. III. Disc. 18. Quæ ex Stobæo verba citat & Lipsius & Menag. ad Laërt. VII. 118. ea leguntur in Eclogis Ethic. sive lib. II. p. 182. edit. Canteri. Platonis de Socrate verba, ex Convivio, transcribere huc lubet: Σωκράτης ἐν ταῖς εὐωχίαις πίνων οὐκ ἐθέλων, ὁπότε ἀναγκασθείη, πάνυ ὀλίγος ἐκράτει. καὶ, ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν ἀνθρώπων. Id est: *Socrates in conviviis, bibere haud promtus, si quando adigeretur, omnes superabat. Et, quod maxime mirabile, Socratem ebrium nemo hominum vidit unquam.* Et, quoniam in hoc sumus, illud quoque adjiciamus: Stoicos in virtutum etiam numero posuisse τὴν συμποτικήν, & præcepta dedisse compotandi. Testis est Stobæus loc. cit. p. 169. Ὁμοίως δὲ, inquit, τῇ ἐρωτικῇ τὴν συμποτικὴν παραλαμβάνουσιν εἰς τὰς ἀρετὰς, τὴν περὶ τὸ ἐν συμποσίῳ καθῆκον ἀναστρεφομένην· ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ πῶς δεῖ ἐξάγεσθαι τὰ συμπόσια, καὶ τοῦ πῶς δεῖ συμπίνειν. Vbi vulgo mendose τὸ πῶς utroque loco scriptum pro τοῦ πῶς, & incommode distincta oratio.

Ibid. τί, ἂν μελαγχολῶν; „*Quid si tristetur animo?* τὸ μελαγχολᾶν plerumque pro *errore mentis* atque *insania* usurpant veteres; ut Aristophanes, μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην. Quare suspicor, hanc vocem a derisore aliquo Stoicæ magniloquentiæ insertam esse; ut & Horatius [Epist. I. 1, extr.] sapientem Stoicum facit *Præcipue sanum, nisi cum pituita molesta est:* εἰρωνικῶς utique.“ WOLFIVS. — „Stoici dixerunt, Μανίαν, *insaniam*, in sapientem cadere non posse, posse autem μελαγχολίαν, *furorem*, ut vertit Cic. Tusc. Disp. III. 5. Laërt. in vita Zenonis, VII. 118. Οὐδὲ μανήσεσθαι· προσπεσεῖσθαι μέντοι ποτὲ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν, ἢ λήρησιν, ἢ κατὰ τὸν αἱρετῶν λόγον, ἀλλὰ παρὰ φύσιν. Sed tamen hanc rem in controversiam Stoicorum nonnulli vocabant. Apud Laërt.

Laërt. in Zenone: [VII. 127.] Καὶ μὴν τὴν ἀρετὴν Χρύσιππος ἀποβλητήν· Κλεάνθης δὲ, ἀναπόβλητον. ὁ μὲν, ἀποβλητὴν, διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν· ὁ δὲ, ἀναπόβλητον, διὰ βεβαίους καταλήψεις." VPTON. — Ariſtophanis verba, a Wolfio citata, leguntur in Pluto, vſ. 12. ubi Scholiaſtes monet: Χολὴν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ μαίνεσθαι· παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμεῖσθαι. Μελαγχολίαν Cicero Acad. II. 16 ſq. ubi pariter de Stoicorum agitur præcepto, promiſcue *inſaniam*, & *furorem*, interpretatur.

Ibid. τί ἐν ὕπνοις; „Confer II. 17, 33. III. 2, 5. Conſule Ariſtot. Ethic. lib. I. cap. 13. Βελτίω γίνεται [ſcil. ἐν τοῖς ὕπνοις] τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. Zeno apud Plutarch. περὶ Προκοπῆς, ait: *ex inſomniis ſuum quemque proceſſum poſſe ſentire.*" VPTON. — Digna ſunt, quæ adponantur, ipſa verba: Ὅρα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ζήνωνος ὁποῖόν ἐστιν. ἠξίου γὰρ, ἀπὸ τῶν ὀνείρων ἕκαστον ἑαυτοῦ συναισθάνεσθαι προκόπτοντος· εἰ μήτε ἡδόμενον αἰσχρῷ τινι ἑαυτὸν, μήτε τι προσιέμενον ἢ πράττοντα τῶν δεινῶν καὶ ἀδίκων ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους. Id eſt, Xylandro interprete: *Zenonis porro perpendamus ſententiam, qui etiam ex inſomniis ſuis unumquemque ſentire poſſe ſuos profectus dixit; nimirum, ſi neque turpi aliqua ſe re per quietem ſibi videatur delectari, neque inhoneſtum aut injuſtum vel agere quicquam vel approbare.*

CAPVT XIX.

TIT. Πῶς ἔχειν δεῖ πρὸς τυράννους. πρὸς τοὺς τυράννους ſcribunt in Tabula Capitum huic libro præfixa Vpt. & pabc. Ibidemque iidem noſtri pabc. ſcribunt Περὶ τοῦ πῶς ἔχειν δεῖ &c. quemadmodum fere in omnium capitum titulis ſolent.

Verſ. 1. Ὅτι ἄν τινι προσῇ τι. „Legendum videtur Ὅταν τινὶ." VPTON. Poſſis pariter ſuſpicari ᾧ ἄν τινι, aut ὅ τι ἄν τινι προσῇ πλεονεκτ. omiſſo pronom. τι poſt προσῇ cum cod. pb. Niſi fortaſſe ὅτι initio ſermonis eodem modo poſitum ſit, quo in Excerptis Conſtantini Porphyrogenetæ ponitur initio cujusvis fere fragmenti, intellecto verbo φησί. qua formula plerumque ſimul ſignificatur, eum ſermonem, vel eam narrationem, quam exhibet compilator, e media oratione vel media narratione auctoris eſſe decerptam, adeoque nonniſi partem eſſe eorum, quæ ea de re dixerit vel ſcripſerit auctor. Sed

istam quidem particulam nusquam aliâs ab Arriano sic usurpatam in hoc scripto memini.

Ibid. ἢ δοκῇ γε προσεῖναι. „δοκῇ, pro δοκεῖ, [quod dabant superiores editiones] reposui ex nostro codice; unde & temporum & modorum fit congruentia." VPTON. In δοκεῖ consentiunt omnes nostri. δοκῇ scribendum notaverat Salmas.

Ibid. πεφυσῆσθαι. Perperam πεφυσεῖσθαι Ven. & Bas. Paulo ante, pro τοῦτον, perperam τοῦτο dat pa.

Vers. 2. Εὐθὺς ὁ τύραννος. „Εὐθὺς, *exempli gratia.* Quo sensu αὐτίκα usurpatur. Vide Indic. Attic. ad Lysiam in eleganti nupera editione. Apud Dion. p. 39. D. αὐτίκα ὁ τὸν πένητα μακαρίζων, *verbi gratia, qui* &c. p. 47. B. αὐτίκα ἐν νηΐ, &c. & alibi." VPTON. — Eodem modo Latini *statim* usurpant. De αὐτίκα conf. Marklland. ad Lysiam, p. 647. ed. Reisk. Adde Lexic. Polyb. in Εὐθέως. Familiaris is usus Epicteto nostro. Vide II. 8, 20. II. 9, 2. II. 16, 22. II. 17, 11. &c. Et quidem non modo idem valet ac *exempli gratia*, sed sæpe percommode per *primum quidem*, aut *ne longius abeam*, exponitur.

Ibid. ἔχεις ὁρμήν. περιέχεις ὁρμήν pb. temere.

Vers. 3. ἐπὶ δ' ἅρματος & quatuor sequentia verba desunt pab.

Vers. 4. πινάκιον & hic & IV. 11, 13. *tabellam* vertit Vptonus cum Wolfio; minus commode. Oportebat *scutellam, discum, quadram.* Vide saltem quæ ex Athenæo citavit H. Steph. in Πίναξ.

Ibid. τῆς ληκύθου ἔνεκα πάσσαλον πῆσσω. *ampullæ olearie caussa clavum figo.* Hoc ad verbum sonat πάσσαλον πήσσω, *clavum figo;* quemadmodum cum Wolfio Vptonus vertit. Sed quænam sit hæc θεραπεία τῆς ληκύθου, quove pacto dicat *colere se* ea re *ampullam olearium*, quod *ejus caussa clavum figat*, fateor me non satis pervidere. Nam si vel maxime id fiat suspendendæ ampullæ caussa, non video quænam ea θεραπεία sit. Itaque quum Latinorum *pessulus* (ut e Mureti Var. Lect. docuit Faber in Thes. Lat. Ling,) a græco πάσσαλος ductum sit, videndum putavi, an πάσσαλον πήσσω h. l. sit *pessulum obdo ampullæ olearie*, quemadmodum Sulpicius Severus dixit Dial. III. c. 3. pro *os ampullæ embolo claudo.* Sed ne id quidem satis placuit, cum per se, quoniam ea re non tam vasis cura geritur, quam olei, ne pulvere aut aliis rebus inquinetur; tum præsertim

quod

quod ipsa præpositio ἕνεκα, quæ adjicitur, plane non admittere illam interpretationem videtur. Denique, si certus essem, formulam πώσσαλον πῆσσειν denotare posse *pessulum foribus obdere*, illum significatum hic obtinere suspicarer: *ampullæ oleariæ caussa pessulum foribus obdo*, scil. ne ea subripiatur a furibus.

Ibid. τὸν ὄγον οὐ θεραπεύω; „Confer II. 22, 31.“ VPTON.

Vers. 5. σὲ δὲ οὕτως, ὡς τὸν ὄνον. „*Te vero ita ut asinum:* hoc est, non amore & admiratione tui, sed spe id sibi utile futurum.“ WOLF.

Ibid. τίς σου ζηλωτὴς γίνεται. „Vide III. 7, 34.“ VPTON.

Vers. 6. ἐν Ῥώμῃ Πυρετοῦ βωμός ἐστι. „*Febris* divino honore apud Romanos habita. vide infra, I. 22, 16. Erat ei templum & ara in Palatino monte. Cicero de Nat. Deor. II. 2. [An voluit II. 23.?] III. 25. Idem de Leg. II. 11. Valerius Max. II. 5. Plin. II. 5. Aelian. XII. 11. Inscriptio apud Gruterum p. XCVII.

FEBRI. DIVÆ. FEBRI.
SANCTÆ. FEBRI. MAGNÆ.
CAMILLA. AMATA. PRO.
FILIO. MALE. AFFECTO. P.

Lactant. edit. Oxon. p. 86. [lib. I. c. 20.] *Hæc enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro Diis habent; ut Romani Rubiginem* (scribe *Robiginem:* vide Heins. ad Ovid. Fast. IV. 907.) *ac Febrem.*“ VPTON.

Vers. 7. πόθεν; μὴ γένοιτο. „Πόθεν; *Nequaquam.* Vide Suidam in voce. Sic Latini, *Undenam?* negative. Corrige obiter Dion. p. 312. B. & p. 324. C. τοῖς κατὰ μέρος; πόθεν; *erga singulos? nequaquam.* Deest autem μὴ γένοιτο in nostro Codice [sic & in pb.] & abesse potest; nam glossema esse videtur.“ VPTON. — Suidas: Πόθεν. ἀρνητικόν. ἴσον τῷ οὐδαμῶς. Quodsi pleonasmus displicet, qui inest in junctis duabus formulis eamdem vim habentibus; multo rectius Vptonus judicavit, μὴ γένοιτο pro glossemate habendum censens, quam Meibomius, qui πόθεν jusserat delere.

Ibid. ὑπ' ἄλλου. „Sic noster Codex, pro ἀπ' ἄλλου, uti cæteri habent.“ VPTON. — In mendosum ἀπ', pro ὑπ', consentiunt nostri codd. cum vett. edd. Perspecte

vero jam SALMASIVS notaverat, ὑπ' ἄλλου ſcribendum, ut mox ὑφ' ἑαυτοῦ.

Verſ. 8. ἀλλὰ τὰ δόγματα. „Confer Enchir. c. 5.“ VPTON.

Ibid. Μή· ἐλέησον. „Forte, Κύριε ἐλέησον. ſicut infra II. 7, [12.] Nam ſtatim infra, [vſ. ſq.] ὅτι κύριος.“ COMES SHAFTESBVRIENSIS.

Verſ. 9. Ἐγώ σοι δείξω. „Verba ſunt Tyranni.“ VPTON. Nempe in contextu litera minuſcula ſcripſerat ἐγώ σοι, quaſi hæc verba ab eodem pronunciata eſſent, qui Οὐκ ἐπιστρέφομαι dixit. Quod ſecus eſſe, nunc monet.

Verſ. 10. ὡς τὴν χύτραν. Scil. τῆς χρείας ἕνεκα. cf. vſ. 4.

Verſ. 11. τοῦτο οὐκ ἔστι φίλαυτον· ἐῶ. „*Hoc non eſt ſe amare.* Φιλαυτία in vitio ponitur, cum quis ſe pluris facit quam quanti eſt. Sed Epictetus, malle ſibi eſſe melius quam alteri, negat eſſe vitioſum; quod natura quodvis animal ſibi ipſi primum conciliet.“ WOLFIVS. — „Confer I. 22, 14. I. 27, 12. & paſſim. Vide autem A. Gell. lib. XII. cap. 5. & Ariſtot. Ethic. lib. IX. c. 8.“ VPTON. — Φίλαυτον antepenacute ſcripſi cum Ven. & Baſ. noſtrisque codicibus, pro quo φιλαυτὸν acute ſcripſere poſteriores editores, minus recte. Poſt hoc vocabulum autem interrogationem indicarunt editt. Baſ. Gen. Col. Cant. quod commodum foret, ſi ſequeretur οὔ· quæ particula in hujusmodi connexione omitti non poterat: *At nonne hic eſt pravus ſui amor? Non; nam* &c. Sed ſicut particulam οὔ ignorant libri omnes, ſic nec interrogandi ſignum agnoſcit ed. Ven. cum msstis, quod recte adeo ſuſtulit rurſus anonymus Lond. & Vpt. præeunte etiam Wolfio in verſione. Cæterum, ad rem quod ſpectat: φίλαυτος etſi certo quodam modo & dici poſſit & eſſe debeat vir bonus, quemadmodum Ariſtoteles obſervavit loco ab Vptono laudato; tamen plerumque, & ex pervulgato ſermonis uſu, in malam partem accipitur illud nomen, & in vitio ponitur, ut ibidem idem monuit philoſophus: quam in partem Suidas etiam φιλαυτίαν, nec male, ὑπερηφανίαν, id eſt *arrogantiam*, interpretatus eſt. Itaque hoc dicit Epictetus: *Se colere, & ſui cauſſa facere omnia* eo modo, quo id faciendum recta ratio præcipit, non eſſe vel *pravum ſui amorem*, vel *arrogantiam*, vel omnino in vitio ponendum. Primum enim, per rerum naturam, ait, & per noſtræ

noſtræ naturæ conſtitutionem, fieri aliter non poteſt, niſi ut, quidquid *SE* eſſe putet homo, aut *partem SUI*, aut *ad SE pertinere*, id amet, id conſervatum & in ſtatu quam fieri poſſit optimo eſſe velit; quod *ſuum bonum*, *ſuum commodum* eſſe putat, id adpetat; aſpernetur averſeturque contrarium; adeoque hactenus *ſui cauſſa faciat omnia*. Hæc eſt naturæ neceſſitas, cui omne animans, id eſt, quælibet natura vivens, ſubjecta eſt, quam legem migrare homo nullo modo poteſt; cujus legis frequentem mentionem facit noſter philoſophus: vide, præter loca ab Vptono citata, II. 22, 15 ſqq. III. 3, 2 ſqq. III. 7, 5. IV. 5, 30. &c. At nimirum in eo peccare ſolet homo, quod, cum ſit natura ratione & libera voluntate prædita, multisque præclaris dotibus inſtructa, operam non dat, ut cognoſcat, quis ſit *IPSE*, quem amare, quem colere, cujus cauſſa facere omnia debeat; quæve ſint *SVA Bona*, quæ debeat omiſſis cæteris rebus omnibus adpetere atque perſequi. vide vſ. 8. & vſ. 16. & conf. II. 22, 19. I. 8, 16. & ibi not. I. 22, 9 ſqq. IV. 3, 7—11. *&c.* Inde exſiſtit *pravus ſui amor*, ubi quis *SE* in corpore, & *Bona ſua* in rebus externis & omnino ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις, ut ait vſ. 16. (id eſt, in ulla re alia præterquam in recto uſu virium noſtrarum, adeoque in animi virtutibus) ponit; &, quod huic conſequens eſt, ubi ſuum bonum, ſuam utilitatem a communi hominum commodo ſejungit: &, hoc intuitu ſua cauſſa facere omnia, in vitio eſt utique, ac homine indignum. Atqui homo rectam rationem ſequens intelligit, *ſe* non eſſe corpus, ſed mentem, ratione ac libera voluntate præditam; *ſuum bonum* non in rebus corporeis, nec omnino in rebus externis, ſed in eo ineſſe, ut *mens* ipſius atque *ratio* & *voluntas* in ſtatu quam optimo ſit: intelligitque, ſtatum quam optimum ſuæ mentis ineſſe in *recto virium ſuarum uſu*; in tali uſu facultatum atque dotum earum, quibus eſt a Deo inſtructus, qualis ipſi, per intimum quemdam animi ſenſum, ut pulcerrimus, convenientiſſimus digniſſimusque commendatus ſit. Igitur hac ratione *ſe colere*, hac ratione *ſui cauſſa facere omnia*, nihil aliud eſt, niſi totum in eam curam incumbere, ut omnes vires facultatesque, quas poteſtati hominis ſubjecit Deus, & præſtantiſſimas quidem quasque maxime, excolas atque perficias; tum ut eis conſtanti conſilio quavis occaſione in eum modum utaris, quem intellexeris eſſe tua perſona digniſſimum,

atque talem, qui, si minus hominum iniquorum atque stultorum comprobationem invenerit, mereatur certe laudari ab omnibus, & æquissimo rerum omnium æstimatori Deo adprobetur. Idem igitur homo simul, non (quod Wolfius Epictetum statuit dixisse) *mavult sibi esse melius quam alteri;* sed intelligit, non modo cum suo vero bono veroque commodo numquam pugnare bonum commodumque aliorum, sed esse etiam hanc partem haud minimam recti dignique usus suarum virium, ut, quantumcumque in ipso sit, tantum ad communem felicitatem commodumque omnium, & singulorum, quo propius quisque ipsum adtingit, conferre studeat enitaturque. Atque ita nec ἀκοινώνητον, ut vs. 14. ait, nec ullo modo prave φίλαυτον est, τὸ πάντα αὐτοῦ (vel ἑαυτοῦ ἕνεκα) ποιεῖν. Hæc est, si non omnium Stoicorum, certe Epicteti nostri ratio; quam & persæpe ex professo, & quavis occasione (ut hoc loco) in transcursu etiam, auditoribus suis inculcat: quam rationem minus perspectam Wolfius habuerat, cum ad hunc locum scholion illud, quod supra retulimus, & alia nonnulla mox referenda, adnotaret.

Ibid. γέγονε γὰρ οὕτως τὸ ζῷον, ὥστε αὐτοῦ ἕνεκα πάντα ποιεῖν. „Cum particulam ὥστε authoritate nostri codicis restituimus, sententia satis perspicua est, quæ aliis in libris confusa & turbata occurrit.“ VPTON. — Scilicet sic legerant distinxerantque superiores: γέγονε γὰρ οὕτως. τὸ ζῷον αὐτοῦ ἕνεκα πάντα ποιεῖ. Quæ sic verterat Wolfius: *Natura enim ita fert: animal sua causa facit omnia.* Vptonus, mutata distinctione, non solum ὥστε e suo cod. inseruit; sed & ποιεῖ in ποιεῖν mutavit, haud dubie hoc pariter e codicis sui præscripto, certe postulante grammatica ratione. In utraque vero emendatione consentientem habet nostrum codicem pb. Nos præterea αὐτοῦ ἕνεκα scripsimus cum pab. pro αὑτοῦ quod habebant h. l. editi cum pc. Cæterum, cum ex iis quæ paulo ante adnotavimus, tum ex his quæ mox ipse subjicit Epictetus, satis adparet, αὐτοῦ ἕνεκα (vel ἑαυτοῦ ἕνεκα) πάντα ποιεῖν, *sui causa omnia facere*, nunc non strictiore illa & ignobiliore ratione dictum intelligi debere, qua idem hoc sonat atque ad suam voluptatem aut ad suam privatam utilitatem omnia agendi consilia referre; sed latiori quodam modo esse accipiendum, qui nobiliorem admittat interpretationem, quo & *sol* & *ipse etiam Deus* dici possit sua causa facere omnia.

Est

Est scilicet, *sua caussa facere omnia*, idem ac, sui boni respectum habere: bonum autem cujusque ex suæ naturæ ratione censetur; quare rursus, *sua caussa facere omnia*, idem valebit ac ad suæ naturæ rationem, adeoque (si præ cæteris emineat ipsius natura) ad suæ naturæ excellentiam dignitatemque obtinendam tuendamque omnia referre, & omnino pro naturæ suæ ratione dignitateque facere quæcumque faciat.

Ibid. ὁ ἥλιος αὐτοῦ ἕνεκα πάντα ποιεῖ. *Sol sui caussa facit omnia.* Sol, quem (ex pervulgata olim fere apud omnes notione) animatum statuunt Stoici, quæcumque facit, eo facit, ut suas agat partes, ut suam sustineat personam, ut suæ naturæ, talibus ad agendum viribus instructæ, rationem, excellentiam, dignitatemque tueatur. cf. III. 22, 5. Octo illa verba, καὶ γὰρ ὁ ἥλιος — — ποιεῖ, temere prætermiserant editiones Gen. Col. Cant. & anon. Lond. αὐτοῦ ex Ven. revocavi, quod in αὑτοῦ mutavit Bas. & Vpt. Habent tamen nunc αὑτοῦ etiam pab. sed αὐτοῦ pc. Paulo post rursus (vs. 14.) τὸ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα cum ed. Ven. & sequentibus & cum codd. pac. scripsi, & vs. 15. ἵνα τις ἀποστῇ αὐτοῦ, cum utroque loco αὑτοῦ posuisset Vptonus, unius anonymi editoris Londinensis auctoritatem secutus, cui tamen utrobique nunc favet codex pb. Tam parum in his sibi constant libri.

Ibid. καὶ τὸ λοιπὸν αὐτὸς ὁ Ζεύς. „καὶ τὸ λοιπὸν, *& denique.* Sic codex noster,“ VPTON. — Nempe antea καὶ τὸ λυπηρὸν edebatur, nullo prorsus sensu, quod ipsum tamen & nostri codices pertinaciter tenent. Commodissime vero καὶ τὸ λοιπὸν, *& denique*, id est, *quid quod etiam ipse Deus;* nempe per universam naturarum animatarum & intelligentium seriem, ad ipsum usque Deum, eadem ratio obtinet. De re vide paulo ante dicta, & conf. III. 3, 4. Simillima vero ratione in sacris nostris Scripturis frequenter commemoratur, *Deum nominis sui caussa facere* quæcumque faciat.

Vers. 12. Τέτιος καὶ Ἐπιμάρτιος. „*Jupiter Pluvius* cultus est a Romanis. Tibull. I. 8. 26.

Arida nec Pluvio *supplicat herba Jovi.*

Ζεὺς ὑέτιος, ὄμβριος, a Græcis. Vide Auth. de Mundo, p. 869. [cap. 7. Tom. I. p. 615. ed. du Val. p. 106. ed. Batteux. Ipsa verba relata habes a Schegkio ad III. 11, 6.] Virgil. Georg. II. 326.

Tum Pater omnipotens foecundis imbribus Aether
conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
magnus alit, magno commixtus corpore, foetus.

Ac propterea Ἐπικάρπιος dictus.“ VPTON. — Eadem cognomina Jovi tributa habes I. 22, 16.

Ibid. καὶ Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. „Vide ad I. 3, 1.“ VPTON.

Vers. 13. ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν δύνηται τυγχάνειν. „Pæne in Epicuri sententiam inclinat, qui (ut Ciceronis verbis utar) summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum: idque suis commodis, non honestate metitur: ideoque his, quibus congregamur, uti moderate & prudenter oportere censet, ut eorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus: per eosdemque, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus, &c.“ WOLFIVS. — Non meminerat, cum hæc scriberet vir optimus, quid esset quod τὰ ἴδια ἀγαθὰ dixerit intellexeritque Epictetus. Nempe ex vulgi quidem opinione opponi solent hæc duo, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν, *privatum bonum*, & τὸ κοινὸν ὠφέλημα, *publica vel communis hominum utilitas*. Ex philosophi nostri ratione, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν τοῦ ἀνθρώπου est *bonum homini proprium*, quatenus est *homo*, id est, λογικὸν ζῷον, *natura ratione prædita*; quod bonum inest in recto usu virium nostrarum, & non modo non pugnat cum communis utilitatis studio, sed illud cum maxime in se continet, nec ab eo separari ullo modo potest. Vide supra ad vs. 11. notata.

Vers. 14. Οὕτως οὐκέτι ἀκοινώνητον γίνεται τὸ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖν. „*Sic non amplius a communitate recedit, qui omnia sua causa facit.* Si sic intelligatur, *sua causa facere omnia*, ut *officio quisque suo fungatur, & naturæ congruenter vivat*, ferri potest. Si vero ideo bene merendum de aliis existimat, ut viciſſim alii de ipso bene mereantur; vulgarem potius consuetudinem, quam boni viri officium describere videtur, qui honestatem propter se expetens, præmia non aspernatur ille quidem, si contingant, sed non præcipue spectat. Sic homo dives, & quæstus simul honorisque contemptor, inservit reipublicæ gratis, labores & molestias capit, adit pericula, de suo largitur iis a quibus nihil sperat, æquo animo fert invidorum & imperitorum obtrectationes. Cur? Loquor hic non de Christiano, cui divinum

num præmium propositum est: sed de philosopho. Quia persuasum habet, se non esse oportere telluris inutile pondus: humanitatem id postulare, ut prosit plurimis. Si gratiam init, si laudatur, si honore afficitur, πάρεργα hæc non aspernatur: sed maximum officii fructum judicat ipsum officium." WOLFIVS. — Immo bene & perspecte hæc a te exposita, optime Wolfi! A tua vero ratione non discedere nostri Philosophi rationem intelliget quisquis attentius totum perlegerit locum, & eorum meminerit quæ superius ad vs. 11. a nobis observata sunt.

Vers. 15. ἐπεὶ τί ἐκδέχῃ; ἐκδέχεται pa. in contextu, sed & idem ἐκδέχῃ in ora adnotavit.

Ibid. πῶς ἔτι μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀρχὴ πᾶσίν ἐστιν, ἡ πρὸς αὐτὰ οἰκείωσις. Pro πῶς ἔτι, in pc. πῶς ὅτι corrupte scribitur. Dein ἡ πρὲς recte scripserunt editt. Cant. Lond. & Vpt. cum pbc. Perperam superiores ἢ πρὸς cum pa. quod corrigendum monuerat etiam Meibom. In αὐτὰ vero consentiunt pabc. cum editt. omnibus, exceptа Vptoniana, in qua αὑτὰ scribitur, pro more hujus editoris. Ad rem sententiamque declarandam, hæc habes ad hunc locum ab VPTONO notata: „Laërt. VII. 85. τὴν δὲ πρώτην ὁρμὴν φασι τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτό, οἰκειούσης αὐτῷ [forsan, αὐτὸ αὐτῷ, aut αὐτὸ ἑαυτῷ] τῆς φύσεως ἀπ' ἀρχῆς. Cic. de Finib. III. 5. *Placet his quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal* (*hinc enim est ordiendum*) *ipsum sibi* conciliari *& commendari ad se conservandum.* Vide Cic. de Offic. Lib. I. c. 4. Et Alexander Aphrodis. περὶ Ψυχῆς, p. 154. edit. Venet. Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ (οὐ πάντες δὲ) λέγουσι, πρῶτον οἰκεῖον εἶναι τὸ ζῶον αὐτῷ. ἕκαστον γὰρ ζῶον εὐθὺς γινόμενον πρός τε αὐτὸ οἰκειοῦσθαι, καὶ δὴ καὶ τὸν ἄνθρωπον. οἱ δὲ χαριέστερον δοκοῦντες λέγειν αὐτῶν, καὶ μᾶλλον διαρθροῦντες [διαρθροῦντες] περὶ τοῦδε, φασὶ, πρὸς τὴν σύστασιν καὶ τήρησιν ᾠκειῶσθαι εὐθὺς γενομένους ἡμᾶς τὴν ὑμῶν (lege ἡμῶν) αὐτῶν." — Hæc Vptonus. Alia loca, ubi de eadem prima naturæ commendatione verba facit Epictetus, partim ab Vptono, partim a nobis, supra ad vs. 11. citata sunt. Hoc autem dicit philosophus noster, illam naturæ vim legemque, qua sit ut quodlibet animal commendatum sit *ipsum sibi*, ita penitus naturæ nostræ infixum esse atque manere, ut numquam ab ea discedere, numquam contra eam eluctari possimus; atque ita late patere,

tere, ut non aliud habeat aut habere possit homo agendi atque consilia vitæ capiendi initium finemque. Quo fit, ut, nisi eadem natura, quæ statim ad conservandum corpus nostrum ejusque partes, & ad persequenda ea quæ ad efficiendum commodum corporis statum pertinent, nos invitavit, majora deinde & digniora bona & magis hominis propria nobis monstraret, ad eaque nos invitaret, non possemus non omni nisu atque impetu ad illa priora unice ruere, & omne studium ad propellenda ea quæ illis contraria sunt conferre: & omnino, quatenus non novimus majora, sublimiora & vere nominata & simpliciter bona; eatenus temperare nullo modo nobis possumus, quin ad illa minora, ignobiliora, multis exceptionibus obnoxia, denique falsi nominis bona, unice tendamus. Sed eadem natura, quæ statim corpus nostrum & res externas nobis commendaverat, procedente tempore ubi adolevit in homine ratio, ostendit nobis, non esse *nos* corpus, sed animum, & esse aliud genus rerum expetendarum longe illustrius, quæ nobis non modo ut bona, sed ut bona hominis propria, denique ut unice vere & simpliciter bona commendentur. (conf. ad I. 26, 2.) Manet ergo semper hoc principium firmum & immutabile, *esse nos ipsis nobis a natura commendatos;* sed illud maximi interest, tenere, quid simus *nos ipsi*, & quæ sit *naturæ nostræ dignitas & excellentia* præ cæteris animantibus, quorum omne bonum in corpore & in rebus extrinsecus advenientibus inest. Cæterum vide, an ex Alexandri Aphrod. verbis, ab Vptono supra relatis, corrigi possit corruptum (ut mihi videtur) apud Laërtium vocabulum, VII. 85. ubi proxime post verba ab eodem Vptono paulo ante relata sic vulgo legitur: καθά Φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Τελῶν· πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι παυτὶ ζώῳ τὴν αὑτοῦ σύστασιν, καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν. Vide igitur, ne καὶ τὴν ταύτης συντήρησιν scriptum oporterit, id est, *& ad hujus conservationem;* quod & cum Ciceronis verbis de Fin. III. 5. & Offic. I. 4. convenit. Apud Suidam in Ὁρμή, pro συνείδησιν, quod habent editiones Laërtii, σύνδεσιν vulgo legitur.

Vers. 16. ὅταν ὑπῇ δόγματα ἀλλόκοτα. „ὅταν ὑπῇ *cum subsint;* quasi quæ intus & nulli visa lateant.“ VPTON.

Ibid. περὶ τῶν ἀπροαιρέτων, ὡς ὄντων ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Veteres editiones omnes, πῶς ὄντων ἀγ. Pro quo

quo Vptonus enclitice ἀπροαιρέτων πως edidit. Sed rectissime jam olim WOLFIVS: „Lego ὡς" inquit; atque ita interpretatus est. Cui suffragatus est VPTON. in Notis: „Recte, ut *videtur.*" subscribens. Sic & MEIBOMIVS: „Quid si ὡς." Et in cod. pb. super πῶς, quod in contextu habet is liber cum aliis, inter lineas ὡς scriptum, sed id quidem a manu ita recenti, ut ex Wolfii Notis huc translatum videri possit.

Vers. 17. τοὺς κοιτωνίτας δ' οὖν. „Κοιτωνῖται, *Cubicularii principis;* οἱ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, [vide Indic.] qui erant a cubiculis, & interioribus admissionibus. Seneca de Const. [Sapientis] cap. 14. *Nomenclatoris superbiam, cubicularii supercilium.* Vide Du Cange Glossar. [in Κοιτωνῖται.] Inscriptio Florent. in aula Magni Ducis:

ΘΕΟΙΣ. ΚΑΤΑΧ
ΕΙΔΟΜΕΝΕΙ
ΚΟΙΤΩΝΙΤΗ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΕΤΩΝ
ΚΕ. &c.

Ibid. ὅταν Καίσαρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ λασάνου ποιήσῃ. „Hi dicebantur *Lasanophori.* Horat. lib. I. Sat. 6. vs. 109.

— — — *quinque sequuntur*
Te pueri, lasanum portantes.

Vide ad I. 2, 8." VPTON. Honestiori quadam notione verba illa ἐπὶ τοῦ λασάνου accipienda ratus vir doctus, cujus manu exaratus est codex noster pb., in ora h. l. τοῦ μαγειρίου scripsit, id est, *cum eum culinæ* (quasi dicas *ollæ*) *præfecerit.*

Vers. 18. Ἠθέλον αὐτὸν ἀποβληθῆναι τοῦ κοιτῶνος. „κοιτῶνος reposui ex nostro codice, cum cæteri dant τοῦ κοπρῶνος." VPTON. — Conf. vs. præc. Codici Vptoni suffragatur noster pc.

Vers. 19. Ἐπαφρόδιτος. *Epaphroditus,* herus Epicteti. Vide I. 1, 20. & ibi notata.

Ibid. ὑπό τινος τῶν Καισαριανῶν. „*Cæsariani,* officiales procuratores Cæsaris, qui & *Catholiciani* dicuntur. Ii rationes fiscales tractabant; & bona ad principem devoluta, veluti vacantia, occupabant. Du Fresne Glossar." VPTON.

Ibid. Καίσαρος σπουδὴς ἐγένετο. „Hiccine ille Vatinius? de quo Tacit. Annal. XV. 34. Si ita, tum *Felicio* ei nomen ex re datum." IDEM.

Vers.

Vers. 20. Εἶδες ἄν, πῶς αὐτὸν &c. „Optime hæc noſtro idiomate exprimuntur: *Wou'd you but ſee, how Epaphroditus honoured him! How does that good Man Felicio, I pray you?* Nota interea latinum idioma, *Τί πράσσει Φηλικίων ὁ ἀγαθὸς, Φιλῶ σε. Quid agit Felicio vir bonus? amabo te.*“ VPTON.

Vers. 21. Εἶτα εἴ τις ἡμῶν ἐπύθετο. Poteſt ἡμῶν ad τις referri, ut fecit Vptonus cum Wolfio, *ſi qui noſtrûm.* Poteſt vero etiam a verbo ἐπύθετο pendere: *ſi quis percunctabatur e nobis* (ſervis Epaphroditi,) *quid ageret ipſe, dicebatur*, i. e. dicebamus; & in mandatis ab hero, qui ſe id honori ducebat, habebamus, ut diceremus, *conſultare eum cum Felicione.*

Ibid. „Τί ποιεῖ αὐτός; *Quid ipſe*, id eſt, Dominus, *ageret?* Si honoris cauſſa a ſervo herus vocatur. Ariſtophanes Nub. verſ. 218.

Στ. Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς πρεμάθρας ἀνήρ;
Μα. Αὐτός. Στ. Τίς αὐτός; Μα. Σωκράτης. — —

Vbi Schol. Αὐτός. Τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. Plautus Caſin. Act. IV. Sc. 2.

— — — — St. *Quid tu hic agis?*
Anc. *Ego eo, quo me ipſa miſit.* — — —

Ipſa, id eſt, hera mea. Theophr. [Charact.] c. 2. ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. *donec ipſe*, id eſt, Dominus, *transierit.* Vbi conſule Caſaub.“ VPTON. Pervulgatum Pythagoreorum verbum, αὐτὸς ἔφα, honoris & obſequii cauſſa dictum.

Vers. 22. Οὐχὶ γὰρ πεπράκει αὐτόν. Particulam γὰρ, quam ignorant alii omnes, percommode dedit noſter cod. pc. e quo eam adoptavi. ἐπεπράκει pro πεπράκει voluerat Meibom. præter rem. Vide ad I. 6, 3.

Vers. 24. Ἠξίωται ἡμαρχίας; „Quis? Anne Felicio? Ita forſan.“ VPTON. Immo, *Aliquis;* quisquis ille fuerit. Nempe ſubintelligitur τις, quemadmodum & frequenter ad verbum φησὶ, ubi indefinite ſumitur, de quo uſu dictum ad I. 4, 9. & I. 17, 25.

Ibid. ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ. „Mos notiſſimus. Eumæus apud Homerum, Od. π'. 15.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. —

Sed proprie ſervorum & hominum viliorum, manus oſculari.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. εὑρίσκει λύχνους ἁπτομένους. *lucernas accensas invenit.* „Ecce aliud lætitiæ signum; secundum morem. Virgil. Aen. I. 729.

Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
atria: dependent lychni laquearibus aureis
incensi.“ — —

VPTON.

Vers. 25. ἐκεῖ γὰρ καὶ Θεοῖς εὐχαριστοῦμεν, ὅπου τὸ ἀγαθὸν τιθέμεθα. οἳ τοῦτο ἀγαθὸν dabat Ven. οἳ τοῦτο ἀγ. Bas. & Lond. anon. οἱ τοῦτο Genev. Col. & Cant. Perspecte vero WOLFIVS: Fortasse ᾧ τὸ ἀγαθὸν.“ Tum SHAFTESBVRIENSIS COMES: „Fortasse ὅπου, sicut in Enchir. [c. 31, 4. c. 38. rec. Wolf.] ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Pro ὅπου facile legitur οὗ του. Sic infra [II. 21, 7.] fortasse pro τι οὐ legendum που.“ Denique VPTONVS: „Noster codex pro οἳ τοῦτο habet οἳ τὸ, sed magis placet viri nobilis lectio.“ — οἳ τὸ, quod in suo cod. notatum invenit, in contextu posuit Vptonus; atque id ipsum in ora habet pb. qui in contextu cum aliis οἳ τοῦτο habet. Mihi vero, consideranti quam pronus esset ex ΟΠΟΥ in ΟΙΤΟΥ lapsus librariorum, unice vera visa fuit Shaftesburii emendatio, quam in contextum recipere non dubitavi.

Vers. 26. ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου. &c. περὶ ἱερωσύνης pc. — „Tacitus Annal. lib. I. c. 15. *Inter quæ Tribuni plebei petivere, ut proprio sumtu ederent ludos, qui de nomine Augusti, fastis additi,* Augustales *vocarentur.* Lipsius in Excursu ad locum: „Pu„to, ad hæc Sacerdotia, quæ cum ambitu & sumptu „adfectabant in provinciis passim, pertinere Arriani lo„cum elegantem, de Sermonibus Epicteti lib. I. cap. 19. „Lepidus & ad philosophum dialogismus: *Hodie,* inquit, „*locutus mecum quidam super Sacerdotio Augusti. Dico* „*ei: Mi homo, mitte rem, sumptum multum facies fru*„*stra. At scribæ publici, inquit,* (corrupta hac parte „Græca) *nomen meum adnotabunt. Num tu igitur legen*„*tibus omnibus coram dices, Me inscripserunt? Et, ut* „*tu nunc possis adesse omnibus legentibus, mortuus quid* „*facies? Manebit meum nomen. Inscribe ipsum lapidi,* „*& manebit. Age, extra Nicopolin autem quæ memo*„*ria tui? At coronam auream gestabo.* (Qua scilicet „ornati sacerdotes, dum faciunt; ex Livio, Plutarcho, „aliis.) *Si prorsum appetis coronam, roseam indutus*

„cir-

„circumi; aspectu enim id jucundius.“ Ipsa Livia *Sacerdos divi Augusti* a senatu declarata: ad quod sacerdotium respexit Ovidius de Ponto IV. 9, 105.

Stant pariter natusque pius, conjunxque sacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

Natus pius, Tiberius; *conjunxque sacerdos*, Livia.“ VPTON.

Ibid. Δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. *multos sumtus inutiles facies.* — „Qui Augusti sacerdotium ambiebant (haud levem tum temporis honorem), maximo sumtu id faciebant. Sueton. in Tiber. [in Claud.] c. 9. *Sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere.* Vbi Casaubonus: „Postquam cœpere Imperatoribus tan„quam diis templa exstrui, redemta statim sunt ab im„probissimis adulatoribus sacerdotia ista vi magna pecu„niæ, non in Vrbe solum, quod testatur hæc historia; „sed etiam per provincias. Declarat *Arriani* locus, „quem tractamus libro secundo ad cap. 18. [scil. in Com„ment. ad Sueton. August. c. 18. Vide mox ad Arrian. „hoc cap. vers. 27.] & vetus ille lapis, quem Capuæ „descripsisse ajunt viri docti, positus a quodam qui gra„tis eum honorem esset consecutus, quod hæc verba in„dicant: HVIC. ORDO. DECVRIONVM. OB. „MERITA. EIVS. HONOREM. AVGVSTA„LITATIS. GRATVITO. DECREVIT.“ Tacitus Annal. lib. XIV. c, 31. *Ad hæc templum divo Claudio constitutum; delectique sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant.* Vbi Lipsius: „Legebantur „enim Pontifices flaminesque Claudio, ex provincialibus „ipsis: quibus in sacra victimasque ejus divi multi fa„ciendi sumptus.“ VPTON.

Vers. 27. οἱ τὰ σύμφωνά, *φασι, γράφοντες γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. qui pacta conventa literis consignant, meum nomen inscribent.* Vulgo editi omnes cum scriptis codicibus sic exhibebant: οἱ τὰς φωνὰς, *φασι, γράφοντες.* Ad quæ verba quid monuerint varii docti Viri, huc transscribere non gravabimur, Vptono nostro præeunte. Igitur primus WOLFIVS: „Οἱ τὰς φωνὰς γράφοντες, (inquit) *ii qui voces scribunt. Nomenclatores* verti. Puto eos intelligi, qui ultro sua nomina ad suppeditandos sumptus profitebantur ad sacrificium Nicopolitanum, ob Actiacam Augusti victoriam. Qui aliquid habet certius, candide impertiat.“

PETRVS

PETRVS FABER, Agoniſt. lib. I. c. 19. [in Theſ. Græcar. Antiquitatum Gronoviano Tom. VIII. col. 1873.] „Agonothetas coronis ornatos fuiſſe probant quæ Dio Chryſ. ſcribit in Diog. ſive Iſthmico. Οὐ γὰρ νικήσαντες οὐδένα ἀγῶνα περιέρχονται στεφάνους ἔχοντες. Quo etiam referendum exiſtimo quod apud Arrianum legitur de quopiam Neapolitani [Nicopolitani] agonis ſacerdotium affectante, ſermonesque cædente cum Epicteto: ubi *nomen ſuum in acta redactum iri a ſcribis publicis* dixiſſet, ſicut ex iis quæ libro III. ad finem proferemus verbis intelligetur. *Quæſiſſe namque philoſophum, quamvis, dum viveret, notus eſſe omnibus ea ratione quiret, quid hujus ipſo denique mortuo fieret. Reſpondiſſe: manſurum ſuum nomen, & coronam auream a ſe geſtatum iri:* jure illo ſcilicet ſacerdotis provincialis, immo etiam urbani, agonothetico. Nam, & apud Romanos ſacerdotum quoque ac pontificum hoc jus fuiſſe ludos curandi & ipſis præſidendi, ex Herodiano apparet.“ Idem PETRVS FABER ibid. lib. III. c. 23. [col. 2222.] „Pertinet etiam ad illam *in publicis agonum commentariis inſcriptionem agonothetarum nominis*, de qua loquimur, quod *de agonothetæ ſacerdotis* (ſic enim accipio, non ignorans quemadmodum alii explicant) *relato in acta nomine a commentarienſibus, loquentium ſermones perſcribentibus apud Nicopolim*, ita Epictetus ille apud Arrianum &c.“

ISAACVS CASAVBONVS, ad illa Suetonii verba, Auguſt. cap. 18. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in poſterum eſſet, urbem Nicopolin apud Actium condidit.* „Sinum Ambracium ingredientibus ad dextram eſt Actium, vetuſtiſſimum Apollinis templum, ab Auguſto inſtauratum, & magnis reditibus ditatum: ad ſiniſtram *Nicopolis*, libera civitas, Auguſti opus & κτίσμα. Itaque ut κτίστῃ divini honores illi Nicopoli habebantur; eratque ibi apex honorum omnium, *Auguſti ſacerdotium*. Quare etiam *anno nomen dabat ſacerdos Auguſtalis, & in ſcribendis publicis aut privatorum contractuum inſtrumentis*, ad tempus notandum, *nomen ejus aſcribebant*: quomodo fieri ſolitum in plerisque Græciæ urbibus ſatis conſtat. Hæc nos ita eſſe colligimus ex eo loco *Arriani*, Diſſertationum Epicteti lib. I. cap. 19. quem ante nos attigerunt magis quam explicaverunt Juſtus Lipſius, [vide Not. ad verſ. 26.] & πολυμαθέστατος ille Petrus Faber. — — *Dixerat aliquis in ſermonibus Epicteto, velle ſe fieri ſacerdotem Auguſti. Epictetus ea ratione diſ-*

fuasit, quod magnos sumptus esset facturus nulli bono. Sumptus intellige, vel ludorum, qui in honorem Augusti Nicopoli celebrabantur, maximis eorum impensis, qui præditi essent sacerdotio. Neque assentior iis qui ad curam ludorum Actiacorum hoc referunt: quia non Augusto illi sacri, sed Apollini: neque putandum est, ludis Apollinis præfuisse alium potius quam sacerdotem ejus Dei, in cujus honorem edebantur. Deinde Actiacus ἀγὼν ἱερὸς fuit, & habuit σίτησιν, quod observat Dio: Augustalis, ut videtur, non item. Vel potius intellige *sumptus, quos facere conveniebat iis qui hunc honorem ambiebant:* eos enim fuisse maximos constat. Vide lib. V. ad cap. 9. [Comment. ad Suet. Claud. c. 9. Vide Not. ad vers. præced.] Quæ sequuntur in narratione Arriani, sunt corrupta. Quid enim est οἱ τὰς φωνὰς γράφοντες? Nam doctis viris, qui conantur ea verba interpretari quasi sana, oleum & opera, me judice, perit. Nos autem legimus οἱ τὰ σύμφωνα γράφοντες, & eam sententiam eruimus, quam initio retulimus. Est vero illustris hic locus, ex quo attentus lector discat non pauca, vulgo haud ita nota: ut, quod de anno in instrumentis notari solito diximus. Multæ enim civitates sub imperio Romano proprios annorum characteres habuerunt, & neque Consules Romanos indices cujusque anni scripserunt, neque Juliani rationem sunt secutæ. Infra, cap. 59. *Quædam Italiæ civitates diem, quo primum ad se* [Augustus] *venisset, initium anni fecerunt.* Sic igitur Nicopolitani annos numerarunt ab Augustali suo: quod & Alexandriæ factum: fuisse enim illis quoque Augustalem suum anni indicem, & τοῦ ἐνιαυτοῦ ἄρχουσα, ut loquitur Theodoretus, Cujacio ex non editis ejus urbis Chronicis notatum est. Habeo etiam in antiquissimis ψῆφον Πασχαλίων, id est, Canonem Paschalem, scriptum Græce, ubi anni caput est non Januarius, sed September, quod in Alexandrina Ecclesia aliisque scimus obtinuisse. Extat tamen Novella, qua jubentur omnes omnium partium imperii Romani συμβολαιογράφοι in scribendis instrumentis annum Imperatoris & Consulum annotare: qua constitutione videntur æræ civitatum propriæ ab usu omni summotæ. Præterea observandum, inter alios honores fuisse hunc deferri solitum summis Sacerdotibus, ut de illorum nomine contractus signarentur. Auctor Maccabæorum lib. I. cap. 14. [vs. 41.] Καὶ εὐδόκησαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦ εἶναι

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814105-p0250-1

εἶναι αὐτῶν Σίμωνα ἡγούμενον καὶ ἀρχιερέα. Deinde [vſ. 43.] καὶ ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαι συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ. Nemo vero dubitare poteſt, recte a nobis eum locum eſſe conſtitutum; nam σύμφωνα Græcis JCtis aliisque ſcriptoribus τὰ συμβόλαια dicuntur. Gloſſarium Græcolat. σύμφωνον, συνθήκη. *pactum, compactum, conventum, conventiculum, pactio;* & σύμφωνα ποιεῖν apud mediæ ætatis Græcos, pro *contrahere,* & *pactum facere.* Obſervatione etiam dignum eſt, quod ait paulo poſt, de *corona aurea* iſtorum Auguſtalium: nam tales erant provincialium ſacerdotum. Tertullianus, de Idololatria, cap. 18. *Igitur purpura illa & aurum cervicis ornamentum eodem more apud Aegyptios & Babylonios inſignia erat dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, & coronæ aureæ ſacerdotum provincialium.* Ejus coronæ meminit & Dio Chryſoſtomus. In fine ſuperioris loci, illa ῥόδινον λαβὼν περίθου, cave vertas cum viro magnæ famæ, [Lipſio,] *roſeam indutus circumi;* quod excuſari non poteſt: *ſed roſeam ſume & capiti circumda.*" — Hæc *Caſaubonus:* ſane erudite. Conſule præterea Salmaſ. de Modo Vſurar. p. 517. *de Pactis conventis.*" VPTON.

Corruptam lectionem, τὰς φωνάς, in contextu reliquerat Vptonus; quam ego, poſtquam nimis diu Epicteti orationem obſcuravit, ejicere & cum præclara Caſauboni emendatione commutare non dubitavi. Monuerat etiam Salmaſius ad oram ſui libri, τὰ σύμφωνα omnino ſcribendum: ſed Meibomius ibidem, Forſan συγγραφάς. De vi vocabuli σύμφωνα confer Lexic. Polyb. in συμφωνεῖν, & in σύμφωνος. Adde Du Cange Gloſſ. voc. Συμφώνησις.

Ibid. γεγράφασιν. γράφουσι pc. in textu; ſed altera lectio in marg.

Verſ. 28. Μενεῖ μου τὸ ὄνομα. Μένει h. l. in præſenti ſcribit pc. non male. Sed mox idem in μενεῖ adſentitur cæteris.

Verſ. 29. Ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. „De *Corona aurea ſacerdotum* Prudentius, Periſteph. verſ. 1011.

Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe
acta in profundum conſecrandus mergitur,
mire infulatus, feſta vittis tempora
nectens, corona *tum repexus* aurea,
cinctus Gabino ſericam fultus togam.

De *aurea sacerdotum provincialium corona* meminit Tertull. de Idol.“ VPTON. Vide Isaac. Casaub. ad vers. 27.

Ibid. ὄψει γὰρ κομψότερος. „*Videbis enim elegantius.* Puto pro ὀφθήσῃ positum, *videberis.* Vernaculo quidem nostro sermoni hic loquendi modus congruit: *du würdest feiner sehen.*“ WOLFIVS. — Verte, *Rosam sume coronam, & capiti circumda; nam visu est magis elegans.* ὄψει nomen est, non verbum. Per supinum, *visu*, reddo; ut apud Virgil. *mirabile visu*, id est, ὄψει θαυμαστόν.“ VPTON. Paulo ante, pro ῥόδινον, perperam ῥόδιον habet pb.

CAPVT XX.

TIT. πῶς αὐτοῦ θεωρητικὸς. αὐτοῦ (i. q. ἑαυτοῦ) e superioribus editionibus revocavi, cum ab editore Lond. anon. & Vpt. in αὑτοῦ esset mutatum. Et habent quidem h. l. αὑτοῦ etiam pab. in pc. vero uterque notatur spiritus. At in tabula Capitum libro primo praefixa omnes tres codices in αὐτοῦ consentiunt. Contra vero mox vs. 2. consentiunt rursus omnes in αὑτῆς γένεται θεωρητική. Rursus vero vs. 3. οὐκ ἔστιν αὐτῆς θεωρ. mssti omnes cum editionibus, una Vptoniana excepta. Quam inconstantiam librorum ipse etiam sequi non sum veritus.

Vers. 1. Πᾶσα τέχνη &c. „Vide Caput 1. in initio, & quae ibi notata. VPTON. Monuit etiam WOLFIVS: „Si primum caput cum hoc vigesimo contuleris, pleraque rectius intelliges.“ — Confer praeterea de eodem argumento cap. 17. hujus libri.

Ibid. προηγουμένων τινῶν ἐστι θεωρητική. „Τὰ προηγούμενα sunt *primogenia*, vel *principalia*, *maximique momenti*, vel *antecedentia*. Fortasse προηγουμένως, *praecipue*, adverbialiter: ut significet, *cuique arti certam quamdam materiam esse propositam, in qua versetur potissimum*: ut sutoris materia praecipua est corium; fieri tamen potest, ut e lino & lana etiam calcei conficiantur.“ WOLFIVS.

Vers. 2. ὅταν μὲν οὖν ᾖ ὁμοειδὴς. „*Quod si ipsa quoque scientia, seu ars, ejusdem speciei est.* Res universae dupliciter dicuntur esse: aut enim sunt extra intelligentiam, aut sunt intra ipsam. Quoad sunt extra, aliud est quod intelligit, & aliud quod intelligitur: nec sunt *idem specie*, sed *genere*; [refertur hoc ad veterum editionum

tionum lectionem, quæ paulo post sic dabant, ὅταν δ' ἂν ὁμοιογενὴς.] quoad nimirum ambo sunt νοητὰ, & materia facultateque quadam participent, unde communitas generis formari consuevit. In his vero quæ actu intelliguntur, quum idem sint intelligens & quod intelligitur, ὁμοειδῆ sint oportet. Nam lapis qui intelligitur, nihil aliud est, quam mens intelligens lapidem: propterea quod in vacantibus materia rebus idem est τὸ νοοῦν καὶ νοούμενον, ut inquit Aristoteles. At in his quæ sic sunt comparata, ipsum sese quidpiam potest apprehendere contemplarique; eaque mentis simplicissima est ἐνέργεια, qua ipsa se ipsam contemplans agnoscit; qua contemplatione perfecta describitur sapientia. De his qui plura volet, legat Aristotelem in tertio de Anima volumine." SCHEGKIVS. ἢ ὁμοειδὴς recte edit. Gen. Col. & seqq. cum pac, & pb. inter lineas. Perperam ἢ ὁμοειδὴς Ven. & Bas. Sic pb. in contextu.

Ibid. ὅταν δ' ἀνομοιογενὴς. „Sic noster codex." VPTON. Sic & noster pa. e correct. quidem sed ab eadem antiq. manu; & pb. in ora. Nempe aliàs perperam, separatis vocibus, hoc modo scribebatur, ὅταν δ' ἂν ὁμογενὴς. Et sic editiones Vptoniana priores; ad quæ verba MEIBOMIVS notavit: „ἀνομογενὴς crediderim legendum, id est, ἑτερογενὴς." — Ad eadem verba sic commentatus erat WOLFIVS: „*Cum autem ejusdem generis.* εἶδος καὶ γένος quid differant apud Dialecticos, vel pueris notum est. Hic existimo codicis esse mendum, legendumque ἀνομοιογενὴς una voce: *cum vero dissimilis generis;* ut sit perinde ac si dixisset ἀνομοιοειδὴς. Quid velit, exempla declarant. Φαντασία & λόγος sunt ὁμοειδῆ, quia & *vis ea quæ imaginem rei mente concipit*, vel factæ, vel talis ut fieri possit, in anima est, & ipsa *ratio* est in anima. Sunt ergo ejusdem sive generis, sive formæ. Sed *corium* est res extra animum: *litera* sive picta, sive ficta, est extra animum. Animus igitur, & corium, itemque litera, sunt res diversi generis, diversæque formæ. Hanc simplicissimam esse puto sententiam; nec requiri subtilem *generis* & *formæ* seu *speciei* distinctionem. Nec tamen obsto, quo minus Aristotelica ἀκρίβεια hîc locum habeat. Sed tum legendum videtur, ὅταν δ' ᾖ ὁμογενὴς. Quis vero hujus distinctionis usus, quis finis est? Neque enim Epictetus in eo est, ut vel artem disserendi, vel naturæ obscuritatem, aut ullam aliam artem explicet: sed id tantum agit, *ut aliarum*

artium exempla ad morum doctrinam applicet. Is nimirum: *ut animadverſio excitetur, ne ratio ſui muneri deſit, ſed viſa dijudicet, non temere aſſentiatur, non temere concupiſcat, non temere averſetur quicquam. Id enim in tam cognata materia, atque adeo cohærente, multo fore turpius, quam ſi ſutor aut ſcriptor in materia extra ſe poſita falleretur, aut negligentius munus adminiſtraret ſuum.* Turpius eſt enim, ea non perſpicere quæ ante pedes ſunt, quam in discernendis remotiſſimis hallucinari. Tu, Lector,

— — *Si quid noviſti rectius iſtis,*
candidus imperti. Si non, his utere mecum.

Si qui vero argutiora hæc minus aſſequuntur; illud teneant, *ſummo cavendum eſſe ſtudio, ne in judicio rerum expetendarum & fugiendarum errent, labantur, decipiantur.* Logica & Phyſica Stoicorum ſpinoſiora ſunt, nec ſatis nota nobis: quod fragmenta quædam & exempla tantum hinc inde occurrunt, integræ vero artes eorum interciderunt. Quare ſi in his erravimus, nos veniâ dignos arbitramur.“ Hæc *Wolfius:* quæ huc transſcripſiſſe non piget. Omnino vero in harum Diſſertationum Epicteti lectione cogitare perpetuo debemus id, quod ad Arriani Epiſt. Dedic. verſ. 3. monuimus, non tam eſſe *Scholarum Stoicæ Philoſophiæ Explicationes,* quam partim *Excurſus,* oblatis quibusdam ſingularibus occaſionibus, e re nata inſtitutos, partim *Paræneſes* & *Cohortationes;* in quibus omnibus intelligi par eſt, argumentum illud, de quo agitur, jam alio tempore, & nonnumquam proxime ante, in connexione atque ſerie reliquorum præceptorum, juſta via ac ratione & ex artis legibus, fuiſſe a præceptore expoſitum atque explanatum.

Verſ. 4. Γραμματικὴ πάλιν, περὶ τὴν ἐγγράμματον φωνήν. *Grammatica verſatur in ſermone.* Conf. I. 1, 2. & ibi not. Vptonus cum Wolfio, *in voce literata;* & obſcure, & parum latine: nam *literatus homo* dicitur, *vox literata* dubito an dicatur, & qua notione. Videntur *ſcriptam* dicere voluiſſe *vocem;* quemadmodum ἐγγράμματος vulgo in Lexicis *ſcriptus* verti ſolet, & apud Sext. Empir. Math. I. 100. ἐγγράμματον φωνὴν vertunt *vocem quæ mandatur literis.* At, *ſcriptus* vel *literis mandatus,* græce eſt ἔγγραφος: & Grammatica, licet primum a *ſcribendo* nomen invenerit, non modo in *voce literis*

literis mandata versatur, sed & *ore prolata*, scil. omnino in *sermone*. Sed nimirum non habent Græci vocabulum, quo citra ambiguitatem designare *linguam* vel *sermonem hominum* possint, ea notione qua dicimus *lingua Græca*, *sermo latinus*. Est quidem φωνὴ *lingua* sive *sermo hominum*; sed est etiam vox brutorum animantium, atque etiam vox incondita hominis ejulantis aut vociferantis. Itaque, ut *hominum sermonem* distinguant a bestiarum voce, aut ab alio incondito sono, φωνὴν ἔναρθρον, *vocem articulatam* dicunt, eodemque modo φωνὴν ἐγγράμματον, *vocem quæ literis continetur*, id est, *quæ elementis certa ratione a se invicem distinctis continetur*, sive ea ore pronuncietur, sive scripto sit consignata. Sic sane & apud Pollucem II. 114. φωνή, φθέγμα, φθόγγος ἔναρθρος, ἐγγράμματος, οὐκ ἀδιατύπωτος, *vox*, *sonus articulatus*, *distinctis elementis constans*, *non informis*, pro synonymis, ut videtur, ponuntur. Sed diversa paululum & signatiore quadam notione αἱ ἐγγράμματοι φωναὶ dictæ apud Epictetum nostrum videntur II. 14, 15. ubi vulgatam versionem, *voces literatæ*, tenuimus. Vide locum, & ibi notata.

Ibid. μή τι οὖν ἐστι καὶ αὐτὴ ἐγγράμματος φωνή; Sic omnino fuit scribendum, καὶ αὕτη, *& ipsa*, quemadmodum omnes habent vs. 2. Hoc loco perperam αὕτη dabant mssti & editiones omnes ante Vptonianam, in qua est αὕτη, operarum puto errore; cum fortasse αὐτὴ scriptum voluisset editor.

Vers. 5. Σύστημα ἐκ ποιῶν φαντασιῶν. [*Ratio* est:] „*Ordo*, *multitudo*, *compages e visis quibusdam*. Vtrum *Ratio* ita confletur e visis, ut corpus humanum e capite, brachiis, thorace, ventre, pedibus, & reliquis; disputare non est hujus loci. Sed *Rationis* munus esse dijudicationem rerum, quæ a sensibus animo offeruntur, satis notum est.“ WOLFIVS.

Λόγος apud Laërt. VII. 45. ex Stoicorum ratione definitur συστημάτων καὶ ἐπιφορᾶς. Sed ibi quidem mutila oratio est, legendum σύστημα λημμάτων (vel ἐκ λημμάτων) καὶ ἐπιφορᾶς. conf. ibid. sect. 76. At ibidem λόγος alia prorsus notione accipitur, de qua diximus ad I. 7, 1 & 5. qui huc nullo modo spectat. Λόγος, ἡ λογικὴ δύναμις, *ratio*, *rationis facultas*, qua mutis animantibus excellit homo, I. 1, 4 sq. & 12. definitur ἡ χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις. Quam eamdem in sententiam hoc ipso loco, verbis proxime præcedentibus, ait,

ὁ λόγος ὑπὸ τῆς Φύσεως παρείληπται πρὸς χρῆσιν Φαντασιῶν οἵαν δεῖ. *Ratio a natura adhibita & nobis data est ad convenientem usum visorum.* Nempe sic perapte definitur Ratio, quatenus *vis & facultas* animi est, qua per æque præditi instructique sunt omnes homines. Potest vero etiam considerari tamquam *habitus* aliquis animi, qui ex usu illius facultatis exsistit: qui habitus alius est in aliis hominibus, prout cuique partim materia atque occasio oblata fuit, talia atque talia visa accipiendi, & facultatem suam excolendi; partim prouti quisque usus est materiis occasionibusque oblatis, i. e. prouti visa oblata vel neglexit, vel adripuit, suscepit, discussit, varia visa inter se contulit, consentanea animi decreta & consilia cepit, & quæ sunt aliæ mentis operationes. Atque hoc intuitu haud absurde definiri *Ratio* cuique homini propria videtur, *systema vel complexus visorum, certo modo se habentium.* Eam Stoicorum definitionem ad verbum latine reddidit Vitruvius lib. I. c. 1. *Rationem* vocans *collectionem ex sensibus perceptis;* laudatus Fabricio ad Sextum Empir. adv. Math. VII. 163. qui & conferre jussit Barthium ad Claudian. p. 108. Eodem pertinet, quod de Stoicorum sententia Plutarchus scribit, de Placit. Philos. IV. 11. ὁ δὲ Λόγος, καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοὶ, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται, κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα. Simili vero ratione ἡ Τέχνη, ex mente Stoicorum, definitur σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων, apud Sext. Emp. Pyrrh. III. 188 & aliis locis, a docto editore ibi laudatis.

Ibid. καὶ αὐτοῦ θεωρητικός. Sic edd. vett. αὑτοῦ edidit Vpton cum anon. Lond. sic & mox vs. sq. καὶ αὐτῆς γίνεται scripsit, pro καὶ αὐτῆς, quod dabant superiores. in αὑτοῦ tamen cum Vpt. convenit pb. καὶ αὐτῆς vs. sq. habet pa. cum vett. edd. καὶ αὐτῆς pc. cum Vpt. Desunt autem illa verba in pb.

Vers. 6. τίνα θεωρήσουσα παρεληλυθεν; scil. ἡμῖν, *advenit nobis*, id est, *data est nobis*, i. q. παρείληπται, vers. præc. Conf. I. 1, 4.

Ibid. Αὐτὴ οὖν τί ἐστιν; Vulgo omnes Αὕτη. Sed Αὐτὴ omnino fuit scribendum; quemadmodum αὐτὸς οὖν omnium consensu scribitur versu præced.

Ibid. αὐτῆς γίνεται καὶ τῆς ἐναντίας θεωρητική. „Quippe eadem scientia contrariorum.“ VPTON. De αὐτῆς dictum ad vers. præc.

Vers.

Verſ. 8. Ὁρᾶτε καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος. „Iſtud καὶ eſt ex noſtro codice. [cum quo facit pb.] Sed vide I. 7, 6 ſqq. II, 3, 3. Mox pro κατὰ δοκιμασίαν, idem codex πρὸς δοκιμασ.“ VPTON. Speciem utique habet πρὸς δοκιμ. Sed hoc ipſo, quod nimis (ut ſic dicam) in promtu erat, ſuſpectum fit; quandoquidem κατὰ δοκιμ. per ſe non male convenire huic loco videtur.

Ibid. τῇ ὀσφρασίᾳ. *Olfactu.* „Metallici æs & recentem monetam etiam olfactu ſe dignoſcere perhibent.“ WOLFIVS. „Vide Caſaub. ad Sueton. in Veſpaſ. c. 23.“ VPTON. τῇ ὀσφρήσει pb.

Verſ. 9. ῥίψας τὸ δηνάριον. In contextum hoc primus recepit Vptonus, pro ῥήξας, quod dabant ſuperiores. „Legendum ῥίψας, *projecto denario.*“ WOLFIVS. „Omnes editt. ῥήξας. Sed ad oram cod. Baſ. [edit. Baſ.] & Salmant. ῥίψας. Recte.“ VPTON. In ῥήξας conſentiunt noſtri pabc.

Verſ. 10. ὅπου διαφέρειν οἰόμεθα. Temere οἰώμεθα ed. Baſ. quod repetiere ſequentes, usque ad Vptonum, qui verum ex ed. Ven. reſtituit.

Verſ. 11. ἐπὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου ἡγεμονικοῦ. Articulum τοῦ, quem cum pa. ignorabant ſuperiores editiones, tacite adjecit Vpt. & agnoſcunt eum noſtri pbc. — „*In miſero vero hegemonico:* Mens ſeu ratio, ὁ νοῦς ἢ λόγος, a Platone τὸ ἡγεμονικὸν ἢ ἡγεμονοῦν dictum eſt; quod interiores animi partes, τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς, τὰ πάθη καὶ αἱ ὁρμαὶ, vis appetendi & iraſcendi, rationis veluti ductum & auſpicia ſequi, neque latius evagari debeant.“ WOLFIVS. — „τὸ ἡγεμονικὸν, *animi principatus.* Cicero de Nat. Deor. II. 11. *Principatum autem id dico, quod Græci* ἡγεμονικὸν *dicunt; quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius.* Seneca de Ira, lib. I. c. 3. *Regium illud & principale.* Vide Laërt. VII. 159. Notanda eſt diviſio apud M. Antonin. II. 2. σαρκία, πνευμάτιον, ἡγεμονικόν. Et eodem ſenſu III. 16. σῶμα, ψυχή, νοῦς.“ VPTON *in Indic.* νος. Ἡγεμονικόν. Adde Plutarch. de Plac. Philoſ. IV. 21. laudatum Menagio ad Laërt. l. c. Sext. Empir. Pyrrh. II. 70. & ibi Fabric. &c. Quibus ex locis intelligitur, ſibi veluti proprium Stoicos feciſſe illud vocabulum.

Ibid. χάσκοντες καὶ καθευδοντες. „Noſter codex χάσκοντος καὶ καθεύδοντος.“ VPTON. Nempe perperam ille codex, cum quo facit & noſter pb.; recte vero vulga-

ta habet ſcriptura. Verbum χάσκοντ/ες autem in πάσχοντες detorſit pc.

Ibid. ἡ γὰρ ζημία οὐ προσπίπτει. „*Damnum non incidit*; h. e. non ſtatim cernitur, non expenditur.“ WOLFIVS. *Menti & obſervationi noſtræ non occurrit; in ſenſum non incurrit; non animadvertitur.* cf. ad I. 2, 5.

Verſ. 12. περὶ τὰ ἀδιάφορα δ' ἐσπευσμένως. Sic recte ed. Cant. Lond. anon. & Vpt. quemadmodum & ſcribendum monuerunt Wolfius atque Salmaſius, & in ſuo codice notatum teſtatur Vpton. Perperam περὶ τὰ διάφορα edd. Ven. Baſ. Genev. & Col. cum noſtris mſſtis. Ferri potuiſſet ſic ſcriptum, περὶ τ' ἀδιάφορα.

Ibid. πρὸς τὸ ἐκτυφλωθῆναι. „Scilicet τὴν γνώμην; de *cæcitate mentis.*“ WOLFIVS. Immo *oculorum excæcationem* dicit, quam longe majus malum eſſe vulgo exiſtimant, quam animi occæcationem. conf. I. 5, 4. & I. 11, 9 ſqq. I. 18, 6. De oculorum excæcatione eodem verbo ἐκτυφλοῦν rurſus utitur I. 27, 11 ſq. De mentis occæcatione ἀποτυφλοῦν uſurpat, I. 6, 42. I. 16, 19. & alibi; quod tamen diſcrimen non conſtans eſt. cf. I. 18, 6. & II. 20, 20.

Ibid. ὅτι μακρὰν εἶ. Temere μακρὸν, pro μακράν, ed. Vpt. operarum errore.

Verſ. 13. τὴν μεγίστην τέχνην. „Vide ad I. 15, 2.“ VPTON.

Verſ. 14. ὁ προηγούμενος λόγος τῶν Φιλοσόφων. *principalis philoſophorum doctrina.* „*Præcipua ratio, caput & ſumma doctrinæ philoſophicæ.* Sententia eſt: τὸ ὅτι, hoc eſt, nuda præcepta eſſe facilia; ſed τὸ διότι, hoc eſt, rationes, quibus ea & intelligantur, & vera eſſe perſuadeatur, argumentaque contraria diluantur; id vero eſſe difficilius.“ WOLFIVS.

Verſ. 15. Τί γὰρ ἔχει μακρὸν. Temere τί δὲ, pro τί γὰρ, edd. Gen. Col. & ſequentes, & perperam accepto ſcripturæ compendio, quod eſt in ed. Baſ.

Ibid. τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι Θεοῖς. Vide Not. ad I. 12, 5.

Ibid. οὐσία δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις οἵα δεῖ φαντασιῶν. „Conf. I. 8, 16. [& ibi not.] I. 18, 8. II. 1, 4.

Verſ. 16. Λέγε· Τί οὖν ἔγ̓ c. Conciſa oratio: *Dic;* id eſt, *Quod ſi vero ex me aut ex alio præceptore quæras,* vel, *ſi ego ex te quæram, quid igitur* &c.

Ibid. τί ἐστι Φύσις ἢ ἐπὶ μέρους, καὶ τί ἐστι Φύσις ἢ τῶν ὅλων. „Nota hanc diſtinctionem, ad quam crebro reſpicit

respicit Epictetus. Laërtius VII. 89. Φύσιν δὲ Χρύσιππος μὲν ἑξακούει, ἢ ἀκολούθως δεῖ ζῆν, τήν τε κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην. Ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνην ἐκδέχεται Φύσιν, ἢ ἀκολουθεῖν δεῖ, οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ μέρους. Chrysippi sententiam sequitur Epictetus. Eadem utrisque ratio. Nunquam enim aliud *Natura*, aliud *Sapientia* suadet. Sic M. Antonin. II. 9. Τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων Φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, &c. Idem V. 3. Εὐθεῖαν πέραινε, ἀκολουθῶν τῇ Φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέραν τούτων ἡ ὁδός. Et sect. 25. Ἐγὼ νῦν ἔχω ὅ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ Φύσις, καὶ πράσσω ὅ με νῦν πράσσειν θέλει ἡ ἐμὴ Φύσις. Vide & lib. XI. sect. 5." VPTON.

Vers. 17. Ἂν οὖν ἔλθῃν Ἐπίκουρος εἴπῃ. „Noster codex εἴποι." VPTON. In εἴπῃ consentiunt nostri.

Ibid. εἶναι δεῖ. δεῖ εἶναι pc.

Ibid. τί τὸ προηγούμενόν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν. „*Quid sit in nostra natura præcipuum!* hoc est, Corpus-ne pluris sit, an Animus?" WOLFIVS.

Ibid. τί τὸ ὑποστατικὸν καὶ οὐσιῶδες; *Quid substantiale & essentiale?* Propria vocabula nobis non suppetunt. Hoc vult, opinor: ratione & mente hominem præstare bestiis: hoc est, si Porphyriano more loquamur, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς, ἡ διαιρετική τε τῶν ἄλλων ζῴων, καὶ συστατικὴ τοῦ ἀνθρώπου διαφορά ἐστι: mente & ratione distingui hominem a bestiis; mente proprie absolvi hominem." WOLFIVS. Sic passim Simplicius in Comment. in Enchir. hominem κατὰ ψυχὴν λογικὴν οὐσιωμένον dicit. Pro ὑποστατικὸν, perperam ὑποσατικὸν habet pc.

Ibid. τοῦ κοχλίου ἀγαθὸν οὐκ εἰκὸς εἶναι ἐν τῷ κελύφει. Perperam ante Vptonum τῷ κελύφει absque præpositione edebatur. Hinc WOLFIVS: „Malim ἐν τῷ κελύφει, ut ἐν σαρκί. Sententia est: Cochleam ipsam, hoc est, vivum animalculum præstare testæ cui includitur. Sic animum, qui corpore, non secus ac cochlea testa sua, contineatur, præstantiorem esse corpore: & hominis bonum æstimandum non e corpore, sed ex animo." — VPTONVS: „Noster codex ἐν τῷ κελ. [Sic & pb. quemadmodum & corrigere jusserat Salmas.] Vide cap. 23. in initio. Sic autem interpretare: Ἂν οὖν ἔλθῃν Ἐπίκουρος &c. *Quod si Epicurus adveniens dixerit, In carne bonum esse oportere;* (vide III. 7, 3. & quæ ibi notata.) *rursus longum fit: ac necesse est audire, Quid sit*

sit in natura nostra præcipuum; Quid sit loco subjecti & materiæ: necesse est, inquam, audire, *cochleæ bonum in testa positum non probabile esse; num itaque hominis bonum? Immo vero, Epicure, tu ipse aliquid præstantius habes. Quid est quod in te deliberet? quod res singulas perpendat? quod de hac ipsa carne judicet, eam esse id, quod in homine præcipuum.*"

Vers. 18. Σὺ δ' αὐτός τι κυρ. Sic commodius Vpt. cum pc. quam uti vulgo cæteri dabant Σὺ δ' αὐτὸς τί κυρ.

Vers. 19. τί δὲ καὶ λύχνον ἅπτεις; „Confer II. 20, 9 sqq. Vide etiam Com. Shaft. Vol. I. p. 92." VPTON.

Ibid. τηλικαῦτα βιβλία γράφεις. „De Scriptis Epicuri sic Laërtius, X. 26. Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκουρος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. κύλινδροι μὲν γὰρ πρὸς τριακοσίους εἰσί. — — Ἐζήλου δὲ αὐτὸν Χρύσιππος ἐν πολυγραφίᾳ. — — Εἴ γάρ τι γράψαιτο Ἐπίκουρος, ἐφιλονείκει τοσοῦτο γράψαι ὁ Χρύσιππος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις ταὐτὰ γέγραφε, τῷ μὴ ἐπελθεῖν· καὶ ἀδιόρθωτα ἔλιπε, τῷ ἐπείγεσθαι. (Sic hunc locum legendum censeo.) Καὶ τὰ συγγράμματα μὲν Ἐπικούρῳ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα· ὧν τὰ βέλτιστά ἐστι τάδε, κ. τ. λ. *Scripsit autem Epicurus infinita volumina, adeo ut illorum multitudine cunctos superarit. Namque ad trecenta volumina sunt. — — Æmulatus est illum Chrysippus in scribendo multa. — — Nam si quid Epicurus scriberet, tantundem scribere & Chrysippus contendebat: atque ideo sæpius eadem scripsit, eo quod non relegeret; & non emendata reliquit, eo quod festinaret. — — Sunt igitur Epicuri volumina tot numero & magnitudine; ex quibus ista vel optima sunt,* &c. Hanc ob causam credo Epicurum *Doctum* nominari a Propertio, III. 29, 25. ubi nullo modo textus est solicitandus:

— — *aut hortis, docte Epicure, tuis.*

Et apud Petronium:

Ipse pater veri doctis Epicurus in hortis."

VPTON.

Ibid. Οὕτω μακρὸς ὁ λόγος γίνεται. *Sic prolixa nascitur disputatio.* Possis fortasse commodius vertere: *Sic doctrina fit longior.* cf. vs. 14. & II. 21, 23 not.

CAPVT

CAPVT XXI.

Vers. 2. ἂν ὀρέγωμαι &c. „Alludit ad tres in philosophia locos. Vide lib. III. c. 2." VPTON. Vide Adnot. proxime seq.

Ibid. ἂν προθέσει, ἂν ἐπιβολῇ, ἂν συγκαταθέσει. Vulgo omnes ante Vptonum προσθέσει dabant, quod vocabulum eodem sensu ac συγκατάθεσις usurpatum vidimus I. 4, 11. Ac poterat illud h. l. cum συγκαταθέσει ita junctum videri, ut, quemadmodum τὸ ὀρέγεσθαι & τὸ ἐκκλίνειν ad primum e tribus illis locis spectant, de quibus Vptonus modo monuit, ὁρμῇ vero & ἀφορμῇ ad secundum, sic hæc duo vocabula ad tertium locum pertinerent. At ea ratione otiose copularentur duo vocabula prorsus synonyma, cum potius, si analogia quædam cum superioribus membris orationis debebat servari, sicut primum ὀρέγομαι & ἐκκλίνω dixit, & deinde ὁρμῇ καὶ ἀφορμῇ χρῶμαι, sic nunc cum συγκαταθέσει jungi ἐποχῇ debuisset; quemadmodum I. 4, 11. προσθέσει καὶ ἐποχῇ juncta vidimus. Sed ea quidem ἀκρίβεια, in subito præsertim sermone, non utique necessaria fortasse erat. At alia ratio aderat, quæ suspectam vocem προσθέσει merito facere debuit, nempe medium inter προσθέσει & συγκαταθέσει interjectum vocabulum ἐπιβολῇ, quod cum neutro e duobus reliquis convenit. Levatur omnis difficultas, & recte procedit oratio, προσθέσει in προθέσει mutato, quod tacite fecit Vptonus; nescio an codicis sui præscriptum secutus, de quo nihil monuit; hoc video, id jam Wolfium in versione expressisse, *si sic proponam;* & πρόθεσει scribendum diserte monuisse Meibomium. Id ipsum vero exhibet noster pb. Eodem modo πρόθεσις & ἐπιβολὴ cum eisdem, quæ hoc loco præcesserunt, junguntur I. 4, 14. πῶς ὁρμᾷς καὶ ἀφορμᾷς, πῶς ὀρέγῃ καὶ ἐκκλίνεις, πῶς ἐπιβάλλεις καὶ προτίθεσαι καὶ παρασκευάζῃ. Et III. 22, 43. ὀρέγεσθαι δ' ἢ ἐκκλίνειν, ἢ ὁρμᾶν ἢ ἀφορμᾶν, ἢ παρασκευάζεσθαι ἢ προτίθεσθαι.

Vers. 3. Τί οὖν ἡμῖν ὀβελίσκον καταπιὼν περιπατεῖς; *Quid ergo nobis, quasi qui veru deglutisses, incedis?* „Legendum ὡς ὀβελίσκον. Intelligenda autem statua trium laterum in acutum desinens, a similitudine veru, pyramidi non adeo absimilis. Hoc autem verbo deridet hominem inflatum, & sese efferentem ostentatorem." WOLFIVS. — „Illud ὡς abesse possit; idque elegan-

ter:

ter. Sic apud Sophocl. Oed. Col. 138. [vs. 142. edit. Brunck.]

Μή μ' ἱκετεύω προσίδητ' ἄνομον.

Vbi Schol. Λείπει τὸ, ὡς· ἵν' ᾖ, ὡς ἄνομον. Homer. Il. ω. 258.

— — ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἄνδρασιν. —

Qui tamquam *Deus erat inter homines.*

Horat. lib. I. Epist. 2.

Rusticus expectans dum defluat amnis. —

Id est, *ad instar rustici exspectantis.* Ceterum Epictetus istos elato vertice & corpore erecto depingit, de quibus & Persius I. 129.

Seque aliquem credens, Italo quod honore supinus.

Seneca de Benef. II. 13. *Quid te tantopere resupinet?* Sophocles, Aj. 1247.

Τψηλ' ἐκόμπεις, κἀπ' ἄκρων ὠδοιπόρεις.

Quam magnifica jactares, summisque digitulis incederes.

Dicunt nostrates: *He walks as if he swallowed a spit.*" VPTON. — ὀβελίσκον hoc loco cum Vptono *veru* interpretari magis consentaneum duxi, quam lapideum *obeliscum* cum Wolfio.

CAPVT XXII.

Vers. 1. Αἱ προλήψεις. „Προλήψεις καὶ ἐννοίας Cicero *Anticipationes*, id est, *anteceptas animo rerum quarundam informationes, prænotiones, præsumtiones, & notitias rerum* convertit." WOLFIVS. „Articulum Αἱ [quem ignorabant superiores editiones] restitui, monente nostro codice." VPTON. Eumdem habet noster pb. De προλήψεσι καὶ ἐννοίαις vide Cic. de Nat. Deor. I. 17. Top. 7. Acad. II. 10. & c. 7. Fin. III. 6. v. 21. Tusc. I. 24. Adde Laërt. VII. 54. Φυσικὰς προλήψεις dicit Epictet. infra, vs. 9. conf. Plutarch. de Plac. Phil. IV. 11.

Ibid. Τίς γὰρ ἡμῶν οὐ τίθησιν, ὅτι τὸ ἀγαθὸν συμφέρον ἐστί; *Quis enim nostrum non statuit, Bonum esse id quod utile sit?* Diogenes Laërt. in vita Zenonis, VII. 98. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι, καὶ δέον, καὶ λυσιτελές, καὶ χρήσιμον, καὶ εὔχρηστον, καὶ καλὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ αἱρετὸν, καὶ δίκαιον. Et Socrates apud Platon. in Alcibiad. I. Τὰ μὲν δίκαια, καλά· τὰ δὲ καλὰ,

λὰ, ἀγαθά· τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέρει· τὰ δίκαια ἄρα συμφέροντά ἐστι. Cicero de Off. III. 3. *Nunquam poſſit utilitas cum honeſtate contendere. Itaque accepimus, Socratem exſecrari ſolitum eos, qui primum hæc, naturæ cohærentia, opinione distraxiſſent. Cui quidem ita ſunt Stoici aſſenſi, ut, quidquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent; nec utile quidquam, quod non honeſtum.*" VPTON. — Conf. Sextum Emp. Pyrrh. Hypotyp. III. 20, 169. & quos ibi laudavit Fabricius. Alias nonnullas προλήψεις τοῦ Ἀγαθοῦ promit Noſter II. 11, 20 & 22.

Ibid. ἐκ πάσης αὐτὸ περιστάσεως. Hanc verborum ſeriem prætuli, quam dedit pc. Alii vulgo ἐκ πασ. περιστ. αὐτό. Vertit Vptonus, *quavis in difficultate;* magis generaliter Wolfius, *quavis ratione*, quod prætuli, ut idem ſit ac ἐκ παντὸς τρόπου I. 25, 4.

Verſ. 2. Περὶ τὴν ἐφαρμογὴν τῶν προλήψεων ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. „Conf. I. 2, 6. II. 11, 4. II. 17, 7. & ſæpius alibi." VPTON. Hæc de re, quæ hic agitur. De conſtructione dativi caſus cum ſubſtantivo verbali vide ad I. 1, 7.

Ibid. ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. „*Particularibus* ſeu *ſingulis eſſentiis.* οὐσίας idem hic valere cenſeo, quod πράγματά; ſicut Iſocrati ἰδέας." WOLFIVS. οὐσίας h. l. commodiſſime, ni fallor, interpretabimur *genera rerum.* Conf. vſ. 11.

Verſ. 3. ὅταν ὁ μὲν εἴπῃ, ὅτι, Καλῶς ἐποίησεν &c. Abeſt ὅτι ab editis ante Vptonum, ab hoc editore adjectum ex ipſius codice; cui ſuffragatur noſter pb. Cæterum verba, hic relata, poſſunt e vita communi eſſe deſumta; ſed vide, ne e ſcenica aliqua fabula ducta ſint; quemadmodum ſolet hujusmodi exempla e poëtis repetere Epictetus.

Ibid. ὁ δέ· Οὔ, ἀλλ' ἀπονενοημένος. Duas voculas ὁ δὲ, cum abeſſent olim, ſuo e codice Vptonus adjecit. Habet easdem noſter pb. Et adjicienda eſſe, ex conjectura monuerat Salmaſius. Deinde, cum ἀπονενοημένως temere expreſſum fuiſſet in edit. Baſil. indeque in cæteras & in ipſam Vptonianam eſſet propagatum, monuit in Notis VPTONVS: „Repone cum edit. Ven. ἀπενενοημένος, ſuccinente noſtro codice, & Salmant. *Alius dicit, Pulcre fecit, fortis eſt: alius vero, Non pulcre fecit, veſanus eſt.*" In ἀπονενοημένος conſentiunt pabc.

Verſ. 4. Αὕτη ἐστὶν ἡ Ἰουδαίων καὶ Σύρων — — μάχη. „Vide I. 11, 12 ſq. II. 11, 14 ſq." VPTON. ἡ caret

caret pc. temere. Mox, prò πότερόν ἐστιν ὅσιον, dat πότερον ὅσιόν ἐστι pb. Pro χοιρείου præter neceſſitatem χοιρίου ſcriptum voluit Salmaſ. Vtrumque recte dicitur, χοίρειος & χοίριος.

Verſ. 5. ταύτην τὴν μάχην εὑρήσετε καὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Ἀχιλλέως. „Vide II. 24, 22 ſqq. Et confer Plat. Alcib. I. p. 112. edit. Steph. Vide etiam Horat. Ep. 2. lib. I. *Trojani belli ſcriptorem* &c. ubi pari modo de Homero diſſerit, eum *plenius* nempe *& melius ipſo Chryſippo & Crantore dixiſſe, quid pulcrum, quid non, quid turpe, quid utile*, &c. Vide etiam IV. 1, 36.“ VPTON.

Verſ. 7. ἡ ἀρχὴ τῆς μάχης. Articulum τῆς ſuo e codice adjecit Vptonus; qui abeſſe poterat, niſi voci ἀρχὴ eſſet articulus ἡ præfixus. Agnoſcit eumdem noſter pb.

Ibid. οὐ χρὴ. οὐ χρηστὸν pc.

Ibid. ἀποδιδόναι με. Caret μὲ pa.

Ibid. κακῶς ἐφαρμόζει. „Hanc lectionem habes ex noſtro codice, ſenſu poſtulante. Alii καλῶς.“ VPTON. καλῶς olim erat editum. Sed in κακῶς conſentiunt pabc. Vide I. 27, 7. not.

Verſ. 8. ὑμῶν τινος. τινὸς ἡμῶν (ſic) pc.

Ibid. Ἐγὼ οὖν μόνος; Ἀλλ' &c. „Lego, Ἐγὼ οὖν μόνος ἀγέραστος, ut ἀ Iliados:

— — — — ὄφρα μὴ οἷος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε.“

WOLFIVS. — „Ἐγὼ οὖν μόνος; Recte; cum pueris eſſet Homerus notiſſimus.“ VPTON. Intellige ex proxime antecedentibus verbis & ex proxime ſequentibus, Ἐγὼ οὖν μόνος γέρας οὐκ ἔχω; Et vide mox monenda. Meibomius ἐγὼ οὖν μόνος ἔχω; legendum cenſuerat.

Ibid. Ἀλλ' ἐγὼ μόνος μὴ ἔχω; „Hæc ex margine forſan ſcioli explicatio cujusdam.“ VPTON. At ſuperiora verba, Ἐγὼ οὖν μόνος; erant Achillis; hæc, ἀλλ' ἐγὼ μόνος μὴ ἔχω; Agamemnonis ſunt, Achilli reſpondentis. Nil opus erat, ut preſſo pede & verbo tenus Homerum in his ſequeretur Epictetus.

Verſ. 10. διελεῖν. διελθεῖν pa. in contextu, ſed idem in ora διελεῖν, quod cæteri in textu habent.

Ibid. τῶν ὄντων τὰ μέν εἰσιν ἐφ' ἡμῖν, &c. „Vide Enchir. cap. 1.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. οἱ κοινωνοί. „*Socii.* Non homines tantum intelligo, ſed deos etiam. Siquidem mundus Stoicis eſt una quædam magna civitas, communis deorum atque hominum.“ WOLFIVS. At, quos nunc κοινωνοὺς dixerit Epictetus, ſatis ipſe præcedentibus verbis declaravit: neque nunc de diis cogitare Wolfius debebat. Vide I. 1, 9. & ibi not. Confer tamen & mox vſ. 13.

Verſ. 11. ἐφαρμόσομεν. ἐφαρμόσωμεν pb.

Verſ. 12. Εἶτα οὐκ ἔστιν — — ζωή; ἀλλ' οὐδὲ — — πατρίς; Interrogative hæc expreſſi, ut vulgo omnes acceperunt, tamquam ab alio dicta. Poterant vero perinde, & in eamdem ſententiam, absque interrogatione intelligi, ut ab eodem Epicteto ſuo nomine dicta: *Si bonum in eis rebus ponimus, quæ ſunt in noſtra poteſtate, conſequens erit, ut non ſit bonum ſanitas*, &c. *Et quis te feret hæc dicentem?*

Ibid. ὑγίεια. ὑγία pa. ὑγεία pc.

Verſ. 13. Μεταθῶμεν οὖν ἐνθάδε πάλιν αὐτό. Prætuli hanc verborum ſeriem, quam dedit noſter codex pc. Cæteri vulgo ſic, Μεταθ. οὖν αὐτὸ πάλιν ἐνθάδε.

Verſ. 14. Ἐγὼ γὰρ πέφυκα πρὸς τὸ ἐμὸν συμφέρον. Temere & contra librorum fidem τὸ ἐμοὶ συμφέρον expreſſum erat in Cant. quod inde in Lond. anon. & in Vptonianam propagatum. Corrigere autem, & ἐμὸν reſcribere, juſſit Vpton in Notis. De re, quæ hic agitur, conf. I. 19. 11 ſqq. & ibi notata.

Ibid. Εἰ συμφέρει μοὶ ἀγρὸν ἔχειν, συμφέρει μοὶ καὶ ἁρπάσαι αὐτὸν τοῦ πλησίον. εἰ συμφέρει μοι ἱμάτιον ἔχειν &c. Poſt ἀγρὸν ἔχειν deerant olim novem verba, usque πλησίον εἰ. Hinc WOLFIVS: „Συμφέρει μοι ἀγρὸν ἔχειν. *Conducit mihi agrum habere.* Videtur omiſſum conſequens, cujusmodi fuerit, συμφέρει μοι καὶ ἁρπάσαι τὸν γείτονα. *Ergo etiam vicino eum eripere mihi conducit.* Sic quidem fures & latrones argumentantur: ſecus vero viri boni. Et hac ipſa de cauſſa nos Epictetus monet, bonum hominis in animo, non in rebus externis eſſe collocandum, ne furum & latronum ſimiles fiamus, & ingrati adverſus Deum.“

Ibid. „Noſter codex ſupplet ea, quæ propter eamdem aut ſimilium vocum repetitionem omiſerunt librarii. Vide ſupra ad I. 18, 8. Supple obiter apud Platon. de Repub. lib. II. p. 128. ed. Cantab. ἐν δὲ ταύτῃ καὶ τούτου προσδεήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων, ope ms. Oxon. ἐν δὲ ταύτῃ καὶ τούτου προσδεήσει· δεήσει δὲ καὶ

καὶ τ. ἀ. β. Et ſupple ex conjectura Xenoph. Oeconom. c. 2. ſ. 13. οἱ δὲ δήπου τὸ πρῶτον μανθάνοντες κιθαρίζειν, καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται. Cithara & lyra ſunt diverſa: omiſerunt autem librarii, καὶ λυρίζειν κιθάρας. Reſtitue itaque: οἱ δὲ δήπου τὸ πρῶτον μανθάνοντες κιθαρίζειν καὶ λυρίζειν, [τὰς] κιθάρας καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται.“ VPTON. Nil adjumenti hic adlaturi erant noſtri codices. Monuerat vero etiam Salmaſius, deeſſe aliquid in hac regione in vett. editt. ſed is poſt ἱμάτιον ἔχειν defectam orationem ſtatuerat.

Ibid. συμφέρει μοι καὶ κλέψαι αὐτὸ ἐκ βαλανείου. „*Quin etiam proderit furripere ac ſuffurari e balneo.* Pro flagitioſiſſimis olim furtis ſunt habita, quæ committebantur publicis in locis, ut balneis, foro, gymnaſiis. Cauſſa apud Ariſtotelem eſt in Problem. Sect. XXIX. Problem. 14.“ SCHEGKIVS. Qui e locis publicis aliquid furabatur, morte mulctabatur; qui e domo privata, furti pretium duplum exſolvere tenebatur. Pro καὶ κλέψαι, ἐκκλέψαι dat noſter cod. pc.

Verſ. 15. Πῶς δ' ἔτι [τηρεῖν] δυνήσομαι τὸ πρὸς τὸν Δία καθῆκον; Cum abeſſet vulgo ab editionibus omnibus verbum, quod uncis incluſum adjecimus; monuit WOLFIVS: „Videtur deeſſe διαφυλάττειν.“ Cui VPTONVS adjecit: „Vel τηρεῖν vel aliquid ſimile.“ — τηρεῖν habes I. 26, 2. & alibi. Eadem notione σώζειν dixit I. 25, 14. Notavit inſuper ad eadem verba idem VPTONVS: „Corrupte autem in aliis, noſtro codice excepto, ſcribitur πῶς δέ τι. [& ſic in noſtris quoque libris.] Idem mendum Platonis codices occupavit: uti in Alcib. II. p. 251. lin. 5. edit. Cantab. εἰ οὖν σοί γέ τι καὶ νῦν &c. pro σοί γ' ἔτι. De Repub. lib. I. p. 6. edit. Cantab. ἀλλὰ τοῖσδέ τε τοῖς νεανίαις, pro τοῖσδ' ἔτι & alibi.“ — Apud Arrian. h. l. δ' ἔτι pro δέ τι ſcribendum monuerat jam Salmaſius.

Verſ. 16. ὡς Πυρατῷ. „Vide ſupra ad I. 19, 6.“ VPTON.

Ibid. πῶς ἔτι Σωτήρ; „Cujus mentio ſit apud Ariſtoph. in Plut. & alibi. Inſcript. apud Gruter. p. XIX. IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CÆSARIS. Sed vide I. 19, 12.“ IDEM

Ibid. πάντα ταῦτα ἑξακολουθεῖ. ταῦτα πάντα ἕξακ. pb.

Verſ.

Vers. 17. Τί οὖν ποιήσωμεν; Sic mssti cum edd. In pa. tamen prius fuerat ποιήσομεν in indic. nec hoc male; & hoc ipsum voluerat Salmasius.

Ibid. τῷ φιλοσοφοῦντος τῷ ὄντι, καὶ ὠδίνοντος. „*Parturire* dicit eum, qui studeat veritatem proferre in lucem, ut gravida mulier fœtum. Socrates apud Platonem multa disputat de partu ingeniorum, seque obstetricis loco esse ait adolescentibus.“ WOLFIVS.

„Confer I. 29, 36. Socrates in Theætelo Platonis se parturienti animo obstetricem agere profitetur. p. 150. ed. Steph. Μέγιστον δὲ τοῦτο ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τι καὶ ἀληθές. Et p. 151. Πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταὐτὸν ταῖς τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺ μᾶλλον ἢ ἐκεῖναι. ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται. Plutarch. Quæst. Plat. p. 1000. Σωκράτης ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀποριῶν, ὥσπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν. Pulcre Boëtius Consol. Phil. lib. III. [Metr. XI.]

Hæret profecto semen introrsum veri,
quod excitatur ventilante doctrina.

Vide Maxim. Tyr. in Dissert. *Vtrum disciplinæ sint reminiscentiæ.* Hinc multi Platonis dialogi Μαιευτικοὶ dicuntur: in quibus Socrates non elato supercilio (ut moris est) in vitia declamat, sed a vitiis ipsis subsidia petit. Quanti interea lepores in sermone! quam urbana dissimulatio! dum in sese animum descendere docet, & desiderio magis virtutis accendit, quam erudiendo satiat. Hæc illa μαιευτικὴ τέχνη, nostratibus ignota, quæ animo laboranti succurrit; quæ scientiam non confert, sed educit; quæ novas rerum species non procreat, sed insitas & quasi consignatas in animis notiones in lucem profert. Quod si hæc falsa, actum est non modo de Socratica, sed & de Stoica philosophia.“ VPTON.

Ibid. Νῦν ἐγὼ οὐχ ὁρῶ τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν· οὐ μαίνομαι; Sunt verba deliberantis secum hominis sapientiæ studiosi; qui ab eo incipit, ut agnoscat, se adhuc quidem ignorare veram boni & mali rationem; simul vero agnoscit, quærere se eam debere. Commo-

dius vero fortasse non modo post μαίνομαι, verum etiam post τὸ κακὸν interrogandi signum ponetur. Articulus τὸ ad κακὸν deest pbc.

Vers. 18. Ἀλλ' ἐνταῦθά που θῶ τὸ ἀγαθὸν, ἐν τοῖς προαιρετικοῖς; „*Sed hic alicubi ponam bonum.* Lego, ἀλλ' ἐνταῦθα· ποῦ θῶ ἀγαθόν; *Sed hic: ubi collocem bonum?* Sententia est: Ignorationem rerum bonarum & malarum esse vitiosam, constare inter omnes. Sed illud non item: Bonum hominis in animo esse situm." WOLFIUS. — At a vulgata ratione verba ista distinguendi nil opus est ut discedamus; meritoque eam tenuit, & recte interpretatus est Vptonus, quem sumus secuti. Referuntur hæc verba, Ἀλλ' ἐνταῦθά που θῶ τὸ ἀγαθὸν, ad illa superiora vs. 16. καὶ μὴν ἂν ἐνταῦθά που &c. In cod. pc. vocula ἐν ante τοῖς προαιρ. abest, intercepta a litera ν, in quam desinit vox præcedens. Vocabulum προαιρετικοῖς immerito solicitavit idem WOLFIVS: „προαιρετικοῖς perperam, inquit, scriptum videtur, & legendum προαιρετοῖς." Quam dubitationem rursus movit ad II. 1, 5. ubi ait: „Προαιρετικὸς τῶν δικαίων apud Aristotelem, *qui justitiam amplectitur.* Nam verbalia in ικος active significant; in τος passive. Puto igitur legendum, ὅπου δὲ τὰ προαιρετὰ, [pro προαιρετικὰ, quod ibi legunt omnes,] & infra [II. 1, 9 sq.] ἐν τοῖς προαιρετοῖς, & ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις: nisi forte sit enallage. Sed toties in hoc opere προαιρετικὰ pro προαιρετὰ scribitur, ut recentiores discrimen hoc neglexisse suspicer." Hæc WOLFIVS. — Quo de genere notandum, plerumque quidem activum significatum habere nomina adjectiva in ικος, scil. aptitudinem indicare & habilitatem ad aliquid agendum; quemadmodum exempla illa declarant, quæ apud Xenoph. in Memorab. I. 1, 7. collecta sunt. At nec necessario, nec per se illa notio obtinet; & generatim adjectiva in ικος significant *quod pertinet* ad id quod nomine primitivo significatur. v. c. πολιτικὸς, non solum *ad regendam civitatem aptus*, sed & *pertinens ad civitatem*; γραμματικὸς, non solum *literarum peritus*, sed & *ad literas pertinens*; φυσικὸς, *naturæ peritus*, & *ad naturam pertinens:* & quæ sunt id genus alia. Quare & in nonnullis promiscue & adjectivum in τος usurpari potest, & illud quod in ικος desinit. Sed in eis, quæ præposita litera α, quam privativam dicunt, negantem habent significationem, unice legitima forma (quoad ego quidem observare mihi visus sum) ea est, quæ in τος desinit;

nit; quare v. c. constanter τὰ ἀπροαίρετα scriptum invenimus, non τὰ ἀπροαιρετικά. Qua analogia etiam reliquoque usu sermonis fretus, pro ὁ ἀγραμματικὸς, quod III. 19, 6. vulgo edebatur, ὁ ἀγράμματος scribere non dubitavi. At in eis, quæ positive efferuntur significantque, subtilius si rem spectes, differre tamen utique nonnihil videtur inter ea quæ in τος, & quæ in ικος desinunt; ita scilicet, ut τὰ προαιρετὰ v. c. sint ἃ προηρήμεθα, *quæ libera mentis προαιρέσει selegimus;* τὰ προαιρετικὰ vero, *quæ τῇ προαιρέσει nostræ sunt subjecta, quæ libero mentis motu sive seligere sive rejicere possumus.*

Ibid. πάν]ες μου κα]αγελάσον]αι. *Omnes me deridebunt.* „Fortasse non immerito, quod Deus esse studes, cum sis homo: quod immodice & exaggeras & extenuas omnia: quod ea verbis contemnis, quibus re ipsa carere nequis. Nonne supra confessus es, te ferreo candelabro sublato, parasse argillaceum? Itane candelabro carere non poteras? Re igitur indifferente carere non poteras. Erat scilicet candelabrum habere, προηγμένον, non ἀγαθόν· candelabro carere, non quidem κακὸν, sed tamen ἀποπροηγμένον. Quid ergo? Finge, candelabri tui furem fuisse Stoicum: (nondum illum plane sapientem; is enim nihil tale commiserit; sed ex eorum numero, quibus adhuc pituita molesta est.) Is igitur, qui candelabrum προηγμένον judicat, nonne προηγμένῳ æque ad furtum impellitur, ut plebejus fur τῷ ἀγαθῷ? Sed temperandum est calamo, ne me iratus Epictetus *mancipium* appellet, seque præ indignatione insanire fateatur." WOLFIVS. At & hoc loco, & in aliis passim Adnotationibus, quarum nonnullas consulto prætermisimus, perpetuo hoc decepit optimum Wolfium, quod non cogitarit, institutum sane minime vituperando, *Bonum* atque *Vtile* a Stoicis sensu quodam eminenti dici solitum, pro eo *quod absolute*, (ut in scholis hodie loquuntur) id est, *sine exceptione bonum, sine exceptione utile sit:* quod quidem rectissime haud dubie in eis rebus, *quæ voluntati nostræ essent subjectæ*, &, quod eodem redit, *in recto usu virium facultatumque nostrarum*, unice posuerunt. Quod si nonnulli ex his, qui ex illa schola prodierunt, aut etiam præfuerunt scholæ, in verbis magis luserunt, quam rerum gravissimas differentias & spectarunt ipsi, & discipulis observandas inculcarunt; plurimum ab eorum & levitate & supercilio abesse Epictetum nostrum intelligent diligentes Dissertationum harum

rum lectores, æquique & rerum & hominum æstimatores.

Ibid. γέρων πολιὸς, χρυσοῦς δακτυλίους ἔχων πολλούς. „Festive depingit senem mollem Epictetus: nam plures simul annulos gestare, eorum erat qui & luxu & mollitie diffluebant. Hujusmodi hominem χρυσόχειρα appellat Lucianus in Timone. Seneca Nat. Quæst. VII. 31. *Exornamus annulis digitos, & omni articulo gemma disponitur.* Perstringit hunc morem passim Juvenalis." VPTON. Confer Hemsterh. ad Luciani Nigrin. c. 21. T. I. p. 58 sq. Temere γέρων παλαιὸς pc. pro πολιός.

Ibid. Ἀκουσόν μου τέκνον. „Patris filium, aut alterius senis adolescentem aliquem castigantis oratio esse videtur. Philosophandum est, inquit homo politicus, sed paucis. Disserendi & dicendi artificium petendum a philosophis; judicium bonarum & malarum rerum a te ipso. Quis enim nescit, quid bonum, quid malum sit? Soli philosophi de re notissima disputant, absurdisque opinionibus & semet ipsos & alios decipiunt." WOLFIVS

Ibid. δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν. „*Etiam cerebrum habere oportet:* hoc est, consulere rei familiari, honoribus inservire, gratiam principum aucupari, non odiose adversari opinionibus omnium, non aspernari voluptates. Hæc est politica & popularis sapientia; refutatu difficilior, si modum servarit." WOLFIVS.

Ibid. δεῖ μὲν καὶ Φιλοσοφεῖν, δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν. „At pace tua, o sapiens senex, difficile est ei vel pauca esse nota in philosophia, cui non sint aut pleraque aut omnia. Tibi tamen præivit Callicles apud Platonem in Gorgia, p. 484. edit. Steph. Φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἂν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόρρῳ τῆς ἡλικίας Φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. Et apud Cicer. Tusc. Disp. lib. II. in initio: *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari quidem sibi ait necesse esse. sed paucis: nam omnino, haud placere.* Citatur Ennii versus apud A. Gellium, V. 15. monente Davisio ad locum:

Philosophandum est paucis; nam (scribe *namque* ob metrum) *omnino haud placet.*

Cicero

Cicero de Finib. in initio: *Quidam autem non id* (philosophari) *tantum* [*tum*] *reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.*" VPTON.

Vers. 19. σὺ παρὰ τῶν Φιλοσόφων μανθάνεις συλλογισμόν. „Textus non solicitandus. μανθάνεις, recte: *tu discis syllogismos.* Hæc dicit senex, ἐπισείσας τὴν κεφαλήν." VPTON. Refertur istud Vptoni monitum ad SALMASII adnotationem, μάνθανε corrigere jubentis; quod tamen lubens equidem acciperem, si darent codices.

Ibid. τί δέ σοι ποιητέον ἐστί. Sic pc. cum edd. Sed τί δὲ ποιητ. absque σοι, pb. Et prorsus corrupte, τί δέοι ποιητ. ἐστί. pa.

Vers. 20. Ἄνθρωπε, τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα; Τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω; Sic verba distinxit Vptonus, cum edit. Bas. Genev. & Colon. Sed Veneta verba εἰ οἶδα ad sequentia retulit hoc modo: τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω. Quam rationem WOLFIVS, nescio quid spectans, licet commode expedire ipse non posset, tamen & in latina versione secutus est, (ubi locum hunc sic reddidit: *Homo, quid vero me objurgas, si scio, isti mancipio quid sit dicendum.*) & rursus in Notis in eamdem sententiam græca verba sic scripsit, Ἄνθρωπε τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς; εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω. hac iterum adjecta interpretatione: *Homo, quid me objurgas, si scio isti mancipio quid dicam?* Tum vero: „Obscurum est, inquit, quid velit. Mancipium fortassis appellat adolescentem, quem senex melius scire, quid bonum, quid malum sit, quam philosophos. Videtur ergo significare, eum id minime scire, philosophum vero scire: eum ergo audiendum esse adolescenti: philosopho vero disserendum esse de rebus bonis & malis." Hæc *Wolfius.* Ad cujus rationem componens distinctionem græcorum verborum editor Cantabrigiensis, sic posuit: τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα, τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τί εἴπω; Eodemque modo anonymus Londinensis, nisi quod comma post οἶδα delevit: τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τί εἴπω; At percommode jam olim Wolfii familiaris, MOIBANVS, referente ipso Wolfio, tenens distinctionem verborum, quæ in Basil. edit. obtinet, monuerat, verba priora, τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα; ad senem dicta esse; sequentia vero, τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ

&c. ad alios dicta de eodem sene. Multo sane rectius ille, judice etiam Shaftesburio, quam Wolfius. Nempe tota est hæc & continua oratio adolescentis illius philosophi, quem ut deliberantem ipsum secum consultantemque inducit Epictetus. Is ergo ad illa senis verba, proxime ante relata, primum apud se ironice respondet: *Homo, quid ergo me objurgas, si scio?* Id est, *Si ego (ut tu ais) ipse scio, quid mihi agendum sit; cur tu me objurgas, quod philosophos adeam? Nempe id ipsum scio & judicavi faciendum mihi esse; adeundos mihi esse philosophos, & ab iis discendum.* Sed quum intelligat, parum se profecturum hac responsione, aut eam non laturum esse hominem istum; inducitur serio deliberans sive secum, sive cum Epicteto, aut cum aliis, *Quidnam tandem ei homini*, cui nimirum observantiam aliquam atque obsequium debeat, *sit respondendum?* Ad extremum intelligit, aut monet eum is quicum deliberat, nullam aliam rationem iniri posse respondendi tali homini, nisi ut festivo quodam & ironico dicto illum a se dimittat valereque jubeat. Hæc mihi visa est hujus loci sententia, ad quam explicandam miror nihil prorsus ab Vptono nostro esse collatum.

Ibid. ἂν σιωπῶ, ῥήγνυται. „*Si taceo, disrumpitur.* Sententia est, opinor, eam esse morositatem divitum, ut nec silentium ferre possint, nec disputationes philosophorum.“ WOLFIVS.

Vers. 21. ἐκείνως δεῖ λέγειν· ὅτι &c. Variant & libri, & doctorum virorum conjecturæ. ἐκείνῳ ὡς δεῖ λέγειν; ὅτι &c. dabat Ven. cum pab. quod repetierunt Bas. & seqq. usque ad Lond. Anon. qui ὡς absque accentu scripsit; & sic noster cod. pc. Sed, sive hoc, sive illud ponas, mendosam esse eam lectionem adparet. Quare MOIBANVS, referente Wolfio, suspicatus erat: πῶς ἐκείνῳ δεῖ λέγειν; ὅτι &c. Ad quam conjecturam SHAFTESBVRIVS, referente Vptono, monuit: „Sed geminata interrogatio [nempe, quoniam modo dixerat, τί εἴπω;] non placet. Fortasse οὕτω.“ — Quæ referens VPTONVS, sic pergit: „At noster codex ἐκείνῳ δεῖ λεγ. recte, ut opinor. Conjiciebam olim, ῥήγνυται ἐκεῖνος. δεῖ λέγειν, ὅτι &c. interrogative.“ Sic igitur Vptonus in Notis, qui tamen in contextu (casu ne, an consilio?) hoc modo posuit: ἐκείνως δεῖ λέγειν; ὅτι &c. & in versione, *An illo modo dicendum?* Qua de ratione in Notis altum silentium. Mihi ἐκείνῳ frigidum

&

& importunum h. l. visum est; quandoquidem aut nullus dativus requirebatur, aut, si quem adjicere voluisset, αὐτῷ oportebat, non ἐκείνῳ. Sed vulgata illa lectio ἐκείνῳ ὡς nata visa erat ex notatione diversæ scripturæ, perperam accepta ab editore. Nempe voci ἐκείνῳ superscriptum in msto codice fuisse puto ως, ad indicandam scripturam ἐκείνως, quam alii præferrent codices, & quæ cum illa fortasse esset permutanda. Quare ego hoc ipsum ἐκείνως, quod in Vptoniana inveni, (quidquid fuerit, quod editor spectavit, cum vel poneret hoc, vel cum rursus retractaret) tenendum duxi; utpote & codicum testimonio suffultum, & per se huic loco peraptum: namque idem fere valet ἐκείνως atque οὕτως; adhibetur autem maxime, ubi de duobus modis sive de duabus rationibus agitur, quarum prior per οὕτως indicatur, altera per ἐκείνως. Nam & hic de duobus modis respondendi seni illi agitur, quorum prior illis verbis vers. præc. continebatur, τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς &c. Interrogandi vero signum post λέγειν, ut alienum ab hoc loco, tollendum duxi. (conf. Adn. ad vs. 20.) Wolfius quid in Græcis h. l. probarit, in Notis non declaravit; sed latina ejus versio cum nostra ratione fere consentit: *Illi sic est dicendum.* Adparet tamen, & ἐκείνῳ eum voluisse exprimere, simulque particulam ὡς pro οὕτως accepisse.

Ibid. Σύγγνωθί μοι &c. „*Ignosce mihi.* Videtur significare, philosophum rectius cedere, quam refragari hominibus imperitis & importunis; quod disputando nihil proficiat, cum tanta res, quæ est de finibus Bonorum & Malorum, nec paucis expediri, nec a rudibus subito intelligi possit." WOLFIVS.

Ibid. οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ. „*Non sum mei compos.* Puto hæc imitatione vulgi dici, quod existimet philosophos errore mentis affici, magistrorum suorum sermonibus depravatos. Est certe ἀποδίωξις: præciditur enim irrita disputatio." IDEM. — Fieri potest ut errem; sed totum illud dictum, Σύγγνωθί μοι &c. e scenico aliquo poëta ductum mihi videtur:

Σύγγνωθί μοι, ὡς τοῖς ἐρῶσιν·
οὐκ εἰμ' ἐμαυτοῦ, μαίνομαι.

Cæterum confer II. 21, 7. IV. 1, 147.

CAPVT XXIII.

TIT. Πρὸς Ἐπίκουρον. Vulgo *Ad Epicurum* vertunt. Rectius fuerit, *In Epicurum*, vel *Adversus Epicurum*; ut cap. 5. πρὸς Ἀκαδημαϊκοὺς, *adversus Academicos*. Sed parum interest. Cæterum in pa. atque etiam in pb. a prima manu abest titulus hujus capitis, & continua linea cum præcedentibus scribuntur illa verba Ἐπινοεῖ καὶ Ἐπίκουρος. Quare & in his codicibus Caput proxime sequens, quod est numero quartum & vicesimum, numero κγ'. notatur, id est, XXIII. Sed in Tabula Capitum libro primo præfixa suo loco adest in eisdem codicibus Titulus, Πρὸς Ἐπίκουρον.

Vers. 1. Ἐπινοεῖ καὶ Ἐπίκουρος. „Ἐπινοεῖ, *Excogitat.* Lege κατανοεῖ, *intelligit.*“ WOLFIVS. — Nihil mutandum: *Epicurus ipse quoque intelligit*; vel, *Immo ipse Epicurus.* Sic supra cap. 11. in fine: ἐπινοεῖς καὶ αὐτὸς, *tute ipse etiam intelligis.*“ COMES SHAFTESB. De re, quæ hoc capite agitur, confer omnino II. 20, vs. 1. & vs. 6 sqq. unde multum lucis huic disputationi adfunditur. Nempe numquam quidem diserte professus est Epicurus, esse hominem ad societatem colendam natum, quin potius præfracte hoc negavit, & ex professo contrarium docuit: sed dum probare atque persuadere hominibus conatus est, non esse hominem ad societatem colendam natum, tum maxime & iis argumentis usus est, quibus id ipsum, quod verbis tollebat, tacite largiri cogebatur, & suo ipsius exemplo doctrinam suam evertit.

Ibid. ἐν τῷ κελύφει θεὶς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν. Conf. I. 20, 17. & ibi notata.

Vers. 2. ἀπεσπασμένον οὐδὲν. „Sic, monente Wolfio, suffragante etiam nostro codice, reposui. Alii ἀπεσπασμένον, οὐδὲ &c.“ VPTON. Meibomius etiam οὐδὲν correxerat. Et consentiunt codd. pbc.

Vers. 3. Πῶς οὖν [* ὑπονοητικοί] ἐσμεν. Vulgo absque ulla suspicionis significatione, consentientibus mss. tis, ita hæc edebantur: πῶς οὖν ὑπονοητικοί ἐσμεν, id est, Quo pacto ergo suspiciosi sumus. Ad quæ verba varie varii commentati sunt viri docti. — „Hæc lectio nihil ad sententiam facit; sive ἔτι νοητικοὶ, *adhuc rationis capaces*, sive ὑπομονητικοὶ, *tolerantes:* non placet. Legendum suspicor, ἔτι κοινωνικοὶ, *adhuc sociabiles.* Epicurus, inquit, intelligit, nos ad societatem esse natos:

tos: sed id dissimulat, ne secum ipse pugnare videatur. Collocat bonum hominis in voluptate corporis. (Sic enim *testam* appellat, alludens ad id, quod supra de cochleæ bono dixit. Vt enim cochlea in testa, sic animus in corpore inclusus est.) Ea voluptas ne turbetur, neque suscipiendos esse liberos, neque capessendam rempublicam censet. Pugnant autem inter sese: hominem esse sociabilem, & ad suum commodum referre omnia. Exagitat Epicurum, ut qui tum aliud scribat, aliud sentiat, tum parum sibi constet, tum ridiculis argumentis naturæ humanæ jus pervertere conetur." WOLFIVS. — „Πῶς οὖν ἐπινοεῖς ὅτι κοινωνικοί ἐσμεν, οἷς μὴ &c. Ita omnino scribendum." SALMASIVS. „Κοινωνικοὶ Wolf. non bene: nam nihil mutandum erat." COMES SHAFTESBVR. — „Recte Vir nobilis; nil mutandum. Argumentum est ad ipsum Epicurum. ὅτι *φύσει ἐσμὲν κοινωνικοὶ*, non Epicuri erat dogma: sed tamen ipsa naturæ suæ bonitas cogit fateri, ita se rem habere: ipsa facta loquuntur. *Quo pacto*, inquit Epictetus, *suspicio nobis oriatur, natura nos esse sociabiles, si nullus esset erga sobolem amor insitus? Cur tu, Epicure, dissuades sapienti, ne alat liberos?* Novit sane quantum valet natura, omni arte superior." VPTON. — Ego vero, quo pacto defendi vulgatum possit, aut quo pacto ex Vptoni interpretatione ratio constet argumentationi Epicteti, fateor me non pervidere. Neque vero magis Wolfii Salmasiique probare possum conjecturam. Sed nec mihi certius quidquam occurrit. Quod si constaret, in solo vocabulo ὑπογογικοὶ esse peccatum, cæteraque integra esse, suspicarer προνοητικοὶ fortasse legendum, tali sententia: *Qui fit ergo, ut* (quod tu ipse concedere cogeris) *cura aliorum nos tangat; si* (quod idem tu contendis) *ne sobolis quidem amor a natura ingenitus est homini?* Conf. vs. 5. Sed, ut dixi, nihil definire ausim; & meam dubitationem cum in Græco contextu; tum in Latina versione significavi.

Ibid. πρὸς τὰ ἔκγονα. ἔγγονα pc. rursusque vs. 7. ἔγγονον scribit idem, pro ἔκγονον.

Ibid. διατί ἀποσυμβουλεύεις. Forsan διατί δ' ἀποσυμβ. *Cur vero, cur porro.* Ac potuit facile, ut passim alibi, litera Δ a proxime sequenti litera A extrudi.

Ibid. ἀποσυμβουλεύεις τῷ σοφῷ τεκνοτροφεῖν; „Μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοποιήσειν. Hæc Epicuri sententia, apud Laert. X. 119, uti Casaubonus restituit locum.

Infra

Infra lib. II. c. 20. [vſ. 10.] Ἐπίκουρος τὰ μὲν ἀνδρὸς πάνυ᾽ ἀπενέψατο, καὶ τὰ οἰκοδεσπότου, καὶ πολίτου. Et lib. III. c. 7. [vſ. 19.] Ἐγὼ οὐ γαμῶ· οὐδ᾽ ἐγώ. οὐ γὰρ γαμητέον, ἀλλ᾽ οὐδὲ παιδοποιητέον. Vide Com. Shaftesb. Vol. I. p. 117.“ VPTON. Adde quæ collegit Menag. ad Laërt. l. c.

Ibid. τί φοβῇ. „*Quid times!* Malim ὅτι φοβῇ, *quod times ſcilicet.* Sed cauſſa mutandæ ſcripturæ non eſt.“ WOLFIVS.

Verſ. 4. Διὰ γὰρ τὸν μῦν τὸν ἔσω τρεφόμενον ἐμπίπτει; *Nempe ob murem, qui domi alitur, in moleſtias incidet?* „Ambiguum eſt, ſit-ne interrogative legendum, ut neget, ita molles eſſe oportere, ut propter muſculum perturbentur. An vero ſine interrogatione: ut ſentiat, ſi tam mollibus ſint animis, ut ab infante vagiente (hunc enim *muſculo* comparat) perturbentur, nunquam defuturas eis eſſe moleſtias.“ WOLFIVS. — „Interrogative certe legendum.“ VPTON. Nempe ironice; ut ſententia ſit: *Si natura duce* (ut contendit Epicurus) *non magis curamus liberos, quam mures, non ægritudine moleſtiave propter eos adficiemur.* Intelligi hinc videtur, ipſum Epicurum ſubinde ea ſimilitudine eſſe uſum, ut infantes cum muribus compararet.

Ibid. ἂν μυΐδιον μικρὸν ἔσω κατακλαίῃ αὐτοῦ. VPTONVS, in verſione: *ſi parvus muſculus, qui intus alitur, ibidem ploraret.* In Notis: κατακλαίῃ αὑτοῦ, *ſe ipſum deploret.*“ Neutrum recte. Eſt quidem κατακλαίει αὐτὸς ἑαυτοῦ, III. 13, 4. *apud ſe ipſum lamentatur;* at id in infantem non cadit. Oportebat hoc loco, *ei opploret.* Sic μέλλεις ἡμῶν κατακλαίειν, III. 24, 67. Pro μυΐδιον, corrupte μὴ ἴδιον pa. in contextu, ſed vera ſcriptura in marg.

Verſ. 6. οὐδὲ πολιτεύσασθαι τὸν νοῦν ἔχοντα. „*Sapientem non acceſſurum ad rempublicam,* dixit Epicurus; οὐδὲ πολιτεύσεσθαι, apud Laërt. X. 119. Vti hic legendum, πολιτεύσεσθαι. [Id quidem minime neceſſarium: nil frequentius, præſertim in præceptis & ſententioſe dictis, quam Aor. 1. pro futuro.] Cicero, Epiſt. ad Trebat. VII. 12. *Indicavit mihi Panſa meus, Epicureum te eſſe factum. O caſtra præclara! — — Sed quomodo jus civile defendes, cum omnia tua cauſſa fácies, non civium. — — Quid porro fiet populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris,* πολιτεύεσθαι (ſcribe πολιτεύσεσθαι) [immo bene, πολιτεύεσθαι] *non oportere.* Decantatiſſimum

mum est Epicuri effatum, λάθε βιώσας. Ad quod respexit Horatius, Epist. lib. I. 17, 10.

Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.

Vnde inter miserias vitæ numerat Lucretius, lib. II. 13.

Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Idem lib. III. 1008.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
qui petere a populo fasces, sævasque secures
imbibit; & semper victus, tristisque recedit.
Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unquam,
atque in eo semper durum sufferre laborem;
hoc est, adverso nixantem trudere monte
saxum, quod tamen a summo jam vertice rursum
volvitur, & plani raptim petit æquora campi."

VPTON.

Ibid. εἰ ὡς ἐν μυίαις μέλλεις ἀναστρέφεσθαι. „*Nam si velut inter muscas versaturus es.* μιμητικῶς sub Epicuri persona hæc dicuntur, populi obturbationes *muscis* comparantis." WOLFIVS. — „Noster codex ἐν μύσταις habet; potius legendum ἐν μυιδίοις, ut supra. Nisi forsan Epictetus ad Domitiani notum illud dictum alludit: *Ne musca quidem.*" VPTON. — Nequaquam solicitanda scriptura vulgata. Hoc dicit: *si natura duce* (ut rursus fert Epicuri ratio) *nostri similes & cives nostros non magis curamus, quam muscas; non multum sane molestiæ creaverit eorum cura:* neque adeo necesse erat, ut suos hortaretur Epicurus, ne rempublicam capesserent. Potuerunt potestatem, imperium & opes accipere; rerum curam parvi habere: quemadmodum Domitianus imperator, cui tantum otii suppetebat ab imperii cura, ut magnam vitæ suæ partem captandis muscis transigeret. Vide Sueton. Domit. c. 3. & Dionem Cass. LXVI. 9. Pro μέλλεις, mendose & invitis nostris libris μέλεις dabant edd. Ven. & Bas. quod correctum in ed. Gen. & seqq.

Vers. 7. Ἀλλ' ὁ μὲν, εἰδὼς ταῦτα, τολμᾷ λέγειν ὅτι μὴ ἀνευρώμεθα τέκνα. Ante Vptonum editi libri omnes, consentientibus manuscriptis, sic dabant, Ἀλλ' ὁ μὴ εἰδὼς ταῦτα. Hinc WOLFIVS: „Non satis assequor quid sibi velit: *Qui ignorat hæc.* Quænam? an ea

quæ

quae praecedunt, an quae sequuntur? An vero aliquid est omissum aut depravatum? ἀναιρεῖσθαι τέκνα, non est *tollere e medio*, sed *tollere ad educandum*; ut Terentius: *Quicquid peperisset, decreverunt tollere.*" — MOIBANVS, referente eodem Wolfio: „Forte legendum affirmative, ἀλλ' εἰδὼς ταῦτα, id est, *cum sciat, notasque habeat has moleſtias.*" — Ἀλλ' ὁ μὴ εἰδώς. Ἀλλ' ὁ μὲν fortasse: nam sine dubio legendum affirmative; quod monet etiam Moib. in Notis Wolfii." COMES SHARTESB. — „Recte vir nobilis; nam hic est sensus loci: *At ille, qui novit scilicet, non nos ita inter homines ac inter musculos versari, ille vetat nos uxorem ducere, remp. tractare?*" VPTON.

Possit aliquis suspicari, μὴ εἰδὼς significare fortasse *ignorans*, hoc sensu, non animadvertens, nempe *consulto ignorans, nolens scire.* At ex Graeci sermonis usu verbum quidem ἀγνοεῖν frequenter eo modo usurpatur, μὴ εἰδέναι numquam. Tum obstat ipsa vocula ὅ, pro οὗτος usurpata; quod ante particulam μὲν quidem percommode & ex vulgato sermonis fit usu, ante μὴ non item. Denique manifeste haec verba, ὁ μὲν εἰδὼς ταῦτα, referuntur ad illa superiora, vs. 5. & 6. ἀλλ' οἶδεν, & οἶδε γὰρ. *At Epicurus, quamquam haec novit,* (quae nempe naturae bonitas non ignorare eum finit, & fateri interdum cogit,) scilicet, insitum esse homini ab ipsa natura amorem prolis, & nostri similium curam; praescribique nobis adeo a natura officia quaedam erga liberos & erga cives nostros; *tamen dicere audet, ne liberos suscipiamus.* Quare tenendam utique duxi emendationem, quae jam ab Vptono erat in contextum adoptata. Interrogandi signum post τέκνα in Graecis posuit Vpton, sicut in lat. versione post *non suscipiendos esse liberos*; quod commodius abesse putavi, adeoque sustuli. Verbum ἀναιρώμεθα vereor ne sic in subjunctivo cum ὅτι non commode construatur; & oportebat puto ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, si nempe conjunctionem a superiori λέγειν pendere, & verbum regere putemus. Nec vero idcirco mutatum quidquam velim: sed particulam ὅτι pleonastico illo more, quem jam saepe vidimus, insertam putem ante relata ipsa verba alterius. Vide ergo, ne sint ipsa Epicuri verba (aut saltem enuncientur pro ipsis Epicuri verbis) haec, Μὴ ἀναιρώμεθα τέκνα. *Ne suscipiamus liberos!* Sic Μὴ commode litera majuscula scribetur, & post ὅτι (ut aliàs facere consuevimus) comma interponetur.

tur. Particulam ὅτι h. l. omisit pb. sicut & passim aliâs in simili constructione.

Vers. 7. ἄνθρωπος δ' ἀπολείπῃ; *homo vero deseret!* Vulgo ἀπολείπει edd. cum msstis. At necessario aut ἀπολείψει in fut. erat scribendum, aut ἀπολείποι in optativo, aut (quod ego prætuli) ἀπολείπῃ in subjunctivo modo, cui proprius in hujusmodi dictione locus erat. Vide III. 21, 8. I. 27, 10. I. 18, 13. I. 28, 31. II. 15, 10. conf. not. ad I. 18, 16. Et nullus error librariorum frequentior, quam ista literarum η & ει permutatio.

Vers. 8. Τί θέλεις; „*Quid vis?* Hæc jam Epicuri verba sunt, refutantis exempla ovium & luporum.“ WOLFIVS. „Minime; sed Epicteti verba.“ UPTON.

Vers. 10. ὅτι εἰ καὶ. Deest h. l. ὅτι pab.

Ibid. ταῦτα μέλλεις λέγειν. μέλλεις ταῦτα λέγειν pc.

Ibid. οὐκ ἄν σε ἔῤῥιψαν. „*Non te abjecissent.* Significat, opinor, *Epicurum ob tantam inhumanitatem dignum fuisse qui abjiceretur. Sed tantam esse parentum pietatem, ut nec vita indignum filium abjicere possint.* Hoc enim magis ad rem facit, quam si intelligas, *futurum fuisse ut a parentibus abjiceretur.* Nam hîc, quanta philostorgiæ vis sit, ostendere vult: non, quid ἄστοργοι mereantur.“ WOLFIVS. „Ad oram cod. Bas. [editionis Basil.] pro ἔῤῥιψαν [ex editoris conjectura] scribitur ἔθρεψαν: quod non probo; nam recte Wolfius interpretatur.“ UPTON. Nil variant scripti libri.

CAPVT XXIV.

Vers. 1. Sermonem hunc Epictetus instituit cum aliquo e suis auditoribus, qui, cum periculoso tempore Nicopoli Romam esset profectus, ut quid ibi gereretur cognosceret, nuper inde redierat. Vide vers. 3. & ibi notata.

Ibid. αἱ περιστάσεις. „*Circumstantiæ*, ad verbum. ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα. Demosth. ἅ. Ὁλυνθ. *qualescunque res vos circumsteterint.* Verti *pericula, rerumque difficultates:* neque enim de rebus secundis hic agitur.“ WOLFIVS.

Ibid. αἱ περιστάσεις εἰσὶν αἱ τοὺς ἄνδρας δεικνύουσαι. „Ovid. Trist. IV. 3, 79.

Quæ

Quæ latet inque bonis ceſſat non cognita rebus,
adparet Virtus, arguiturque malis.

Vide autem ad III. 14, 7. τὸ δὲ κατὰ περίστασιν.“ VPTON. Sic ſert uſus, ut de *difficilibus* præſertim *temporibus*, & de *periculis*, accipiatur vocab. περίστασις.

Ibid. τραχεῖ νεανίσκῳ συμβέβληκεν. Vulgo libri omnes νεανίσκῳ βέβληκεν, quod & Vptonus tenuit. At perſpecte WOLFIVS: „Malim συμβέβληκεν. Sic apud Ciceronem *compoſitiones gladiatorum* dicuntur.“ Eodem modo SALMASIVS: συμβέβληκεν, *commiſit.*“ Neque ego temperare mihi potui, quo minus in contextum hoc reciperem: nam vulgatum oppido mendoſum, hoc unice verum judicavi. Homer. Iliad. γ. 69 ſq.

Αὐτὰρ ἐμὲ ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον
συμβάλετ' ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι.

Et ά. vſ. 8. ξυνέηκε μάχεσθαι. Schol. συνέβαλε, συνέμιξε. Id aliàs & ξενγνύειν dicitur, ubi de athletarum certamine agitur; ut I. 29, 37. Vtitur autem ſimilitudine exercitationum athleticarum in palæſtra, qua juvenes ad robur & ad artem athleticam formabantur, conf. vſ. ſeq. & I. 29, 34. IV. 4, 12. Eadem ſimilitudine eamdem in ſententiam commodiſſime uſus eſt Simplicius in Comment. in Enchir. c. 31. ſub finem; eo loco, ubi in exemplis ad hunc diem vulgatis ingens lacuna erat, quam nos in editione quam paramus ejusdem libelli e cod. Pariſ. expletam dabimus. Ibi igitur ſic ille: Ἐὰν δὲ δυσχερῆ προσπίπτῃ τινά, οἱ μὲν ἀποδειλιῶντες — — — ἐλέγχονται· οἱ δὲ ὡς γυμνασίῳ χρώμενοι, καὶ τοῖς σκληροτέροις συγγυμνασταῖς προθυμώτερον συμπλεκόμενοι, ὡς καὶ τῷ γυμνασιάρχῃ χάριν ὑπὲρ τούτου ὁμολογεῖν, οὗτοι ὡς ἐν Ὀλυμπίοις στεφανωθήσονται, &c.

Verſ. 2. ἧς σὺ ἔσχηκας. „Hæc referuntur ad præſentem hominis conditionem, quſcum tunc temporis ſermonem habuit.“ VPTON. Vide ad vſ. 1. & ad vſ. 3.

Ibid. ἂν θέλῃς, ὡς ἀθλητὴς τῷ νεανίσκῳ, χρῆσθαι. *Si volueris tractare*, ſcil. τὴν περίστασιν, *ſicut pugil adoleſcentem tractat.*“ VPTON.

Verſ. 3. Καὶ νῦν ἡμεῖς γε εἰς τὴν Ῥώμην κατάσκοπον πέμπομεν. „*Romam exploratorem mittimus.* Fortaſſis ad ea tempora alludit, cum poſt Neronis interitum complures de imperio certarent, & quisque ei ſtudendum cenſeret, penes quem fore victoriam probabile videretur. Scribunt autem, Epictetum odio tyrannidis Roma

Roma in patriam Hieropolim, Phrygiæ urbem, rediisse." WOLFIVS.

Cum, imperante Domitiano, Philosophi senatusconsulto urbe Roma & Italia interdicerentur; (vide Sueton. Domit. c. 10. & Dionem, lib. LXVII. c. 13.) ea tempestate Epictetus quoque, ut docet Aulus Gellius XV. 11. Roma Nicopolin, Epiri urbem, de qua dictum ad c. I. 29, 27. (non Hieropolin Phrygiæ, ut Wolfius narrat) decessit: qua in urbe scholam illam aperuit, quam cum aliis frequentavit Arrianus noster, qui hasce Epicteti Dissertationes literis consignatas nobis conservavit. Ex hac igitur urbe aliquis ex Epicteti auditoribus Romam erat profectus, ut statum rerum ibi cognosceret, videretque, sævire-ne pergeret Domitiani in philosophos ira & reliqua tyrannis. Is Roma rediens, multas tragœdias ciebat Nicopoli apud Epictetum & apud suos condiscipulos, multaque terribilia, quæ Romæ gererentur, & quæ optimis quibusque viris ibi intentarentur, narravit. Hunc, ait Epictetus, *veluti speculatorem* vel *exploratorem Romam fuisse missum, sed male functum esse suo munere.* Quod ad græca verba adtinet, pro ἡμεῖς γέ, forsan ἡμεῖς σε, scribendum monuit VPTON; quod valde mihi arridet. Simul vero, pro πέμπομεν, ἐπέμπομεν scripsisse Arrianum suspicor. Quod si verum est πέμπομεν, instituta est hæc disputatio cum isto homine priusquam Romam proficisceretur; & adversus periculorum terrores firmat ejus animum Epictetus.

Vers. 5. σαυτῷ μαντεύου. „*Tibi ipsi oraculum consule.* Vide lib. II. c. 7." VPTON. Respexisse videtur vir doctus illa potissimum verba, II. 7, 9. τί οὖν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ συνεχῶς μαντεύεσθαι ἄγει; Ἡ δειλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἐπιβάσεις. Nec tamen equidem, quid illa magnopere huc faciant, satis video. Et rectius in versione ab eodem Vptono, præeunte Wolfio, positum puto: *tibi ipsi vaticinare!* i. e. *te si juvat lamentari & mala vaticinari, tibi ipsi vaticinare, non nobis!* Ac videtur veluti in proverbio usurpatum hoc dictum, σαυτῷ μαντεύου. Notum est autem, μαντεύεσθαι pariter & *vaticinari*, & *oraculum consulere*, denotare.

Vers. 6. Πρὸ σοῦ κατάσκοπος ἀποσταλεὶς Διογένης &c. „Hanc historiam refert III. 22, 24. καὶ ὡς ὁ Διογένης, ἀπαχθεὶς πρὸς Φίλιππον μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, κατάσκοπος εἶναι. *Sicut Diogenem post Chæronensem cladem pro exploratore ad Philippum adductum ferunt.* Plut-

archus in libro, *Quomodo Assentator ab Amico dignoscatur:* Εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὃς, ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχόμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἠρώτησεν εἰ κατάσκοπός ἐστι. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, ὃς ἦλθες οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, ἔρχῃ περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ἅρπ μιᾷ διακυβεύσων. *Recte etiam Diogenes, qui in castra Philippi in bellum contra Graecos proficiscentis cum venisset, esset que ad regem adductus, & non agnitus interrogaretur ab eo, nunquid explorator esset? Omnino, inquit, fum tuae, Philippe, stultitiae atque amentiae explorator; qui, nulla necessitate urgente, de regno & corpore tuo venis una hora fortunae aleam subiturus.* Vide Laërtium in Vita Diog. VI. 43. & ibi Menagium.“ VPTON.

Ibid. ἀπήγγελκεν. ἀπήγγελλε (sic) pc. sed prius ibi videtur fuisse ἀπήγγελλε.

Ibid. λέγει, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακόν. „Inserui λέγει ex nostro codice. Et mox κακὸν, pro κακὸς.“ VPTON. Nempe λέγει isto loco ignorabant superiores editiones: eædemque κακὸς exhibebant, male; cum tamen in αἰσχρὸν consentirent. Sic & codd. pab. At λέγει & κακὸν habet pc. sed caret idem particula ὅτι.

Ibid. ὅτι εὐδοξία ψόφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων. *Celebritatem esse strepitum hominum insanientium.* „Diogenis dictum refert Laërtius, VI. 72. Εὐγενείας δὲ καὶ δόξας, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα διέπαιζε, προκοσμήματα κακίας εἶναι λέγων. *Nobilitatem vero & gloriam & hujusmodi cætera ridebat, dicens malitiae esse ornamenta.*“ VPTON. At idem quidem Vptonus, consentientibus superioribus omnibus editionibus & scriptis libris, non εὐδοξία, sed ἀδοξία, id est, *ignominia*, edidit; nullam de ea scriptura ne suspicionem quidem movens. Mihi vero cum res ipsa, tum idem ille Laërtii locus, ab Vptono citatus, persuasit, εὐδοξίαν esse legendum, Epictetoque restituendum. Nihil frequentius, quam ista literae α cum diphthongo ευ confusio, ob similitudinem compendiosi nexus, quo diphthongus ευ effertur a librariis, cum figura literae α. Eamdem fere sententiam suo nomine verbis expressit Epictetus, I. 1, 4. Τίνες εἰσὶν οὗτοι, ὑφ' ὧν θαυμάζεσθαι θέλεις; οὐχ οὗτοί εἰσι, περὶ ὧν εἴωθας λέγειν, ὅτι μαίνονται; Τί οὖν; ὑπὸ τῶν μαινομένων θέλεις θαυμάζεσθαι; M. Antou. VI. 16. αἱ παρὰ

ρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίαι, κρότος γλωσσῶν. & V. 33. τὸ ὄνομα, ψόφος καὶ ἀπήχημα. Erat autem vocabulum εὐδοξία tritum in Stoicorum ſcholis, ubi de rebus externis & per ſe indifferentibus agebatur. Vide Cic. de Fin. III. 17. & Laërt. VII. 102. ibique variantem lectionem ab H. Stephano ex ms. cod. citatam. Simplic. in Ench. c. 69. ſub fin. & cap. 70. init. Adde Noſtrum I. 15, 3. Vocabulum ψόφος h. l. in Φόβος detorſit pc.

Verſ. 7. οἷα δὲ περὶ ἡδονῆς. οἷα καὶ περὶ ἡδονῆς pc.

Ibid. Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι λέγει &c. Omnes olim Τὸ δὲ γυμνάσιον εἶναι λέγει &c. Ad quæ verba ſic commentatus eſt WOLFIVS: Τί τὸ γυμνάσιον εἶναι λέγει; *Gymnaſium quid eſſe dicit?* [nempe Τί τὸ pro Τὸ δὲ legendum cenſuerat.] Corporis exercitationem palæſtricam intelligo, qua corpus adverſus frigoris injuriam melius muniatur, quam ſplendidiſſimis veſtibus. Sic in Gallia ſtudioſi nonnulli pro foco & hypocauſto, ludo pilæ & diſcurſationibus hyeme utuntur: non male quidem, meo judicio; (præſtat enim calorem internum agitatione corporis elici, quam externa membra foveri;) niſi iſta ratione multum temporis ſtudio literarum ſurriperetur." Hæc ille: atque etiam in verſione ſic poſuit: *De exercitatione quid dicit? Eam præſtantiorem eſſe quavis toga prætexta.*

VPTON: „Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι. Cæteri libri, τὸ δὲ γυμνάσιον εἶναι, nullo ſenſu. Noſter codex γυμνὸν habet; [& ſic pb. inter lineas, antiqua manu] recte. Namque ἀχίτωνες erant Cynici. Inde ἡμίγυμνοι, *ſeminudi*, vocabantur. Atque hoc modo oppoſitio fit: τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι — — περιπορφύρου: nulla in iſta lectione, τὸ δὲ γυμνάσιον — — περιπορφύρου." — Vide M. Antonin. IV. 30. & ibi Gatak.

Ibid. κοίτῃ. κλίσις pa. in textu; ſed alterum in ora.

Verſ. 8. τὸ θάρσος τὸ αὐτοῦ. Sic ed. Ven. & Baſ. cum pa. Temere τοῦ αὐτοῦ ed. Gen. Col. Cant. τοῦ αὐτου ed. Lond. anon. Rectius τὸ αὐτοῦ ed. Vpt. cum pbc.

Ibid. τὸ σωμάτιον στίλβον καὶ συνεστραμμένον. „στίλβον, *nitens; pingue & nitidum*, ut apud Horat. Epiſt. lib. I. 4, 15. συνεστραμμένον, *compactum*; i. q. εὐπαγὲς καὶ νενευρωμένον, *ſolidum & nervoſum*; ut στρατιῶται συστραφέντες, cum denſatur acies. Plinius Epiſt. 23. *compacto corpore & robuſto.* Vide Lexica in συστρέφεσθαι." WOLFIVS & VPTON. De re confer III. 22, 87 ſq.

Vers. 9. πάντα εἰρήνης γέμει. „Sic πάντα εἰρήνης μεστά. III. 13, 15. πάντα δὲ φίλων μεστὰ, III. 24, 11.“ VPTON.

Vers. 10. ἄλλα ἐξ ἄλλων. ἄλλα ἐξ ἄλλου pab.

Vers. 12. Λέγει σοι. *Dicit tibi.* „Cæsar. Supprimit nomen Epictetus comiter, & sagaciter. Nam, de Cæsaribus aliquid dicere, periculosæ plenum opus aleæ.“ VPTON. Domitianus intelligitur. Vide ad vs. 3.

Ibid. Θὲς τὴν πλατύσημον. „Conf. I. 29, 45. Sic Horat. Epist. lib. I. 16, 35.

Pone; *meum est!* inquit. Pono, *tristisque recedo.*

Idem lib. III. Od. 2.

Nec sumit aut ponit *secures*
arbitrio popularis auræ.

Verte autem, & distingue: *Dicit tibi, Pone latum clavum!* [id est, ordine senatorio te removet.] *Ecce angustus clavus. Istum quoque pone! Ecce toga sola. Pone togam! Ecce nudus sum.* Tum Cæsar: *At adhuc mihi invidiam moves. Cape igitur* &c.“ VPTON. Confer Sueton. & Dionem, locis supra ad vs. 3. citatis.

Ibid. Ἰδοῦ στενόσημος. CVPERVS in Observat. lib. II. cap. 7. [referente ad h. l. Vptono:] „Moribus Romanorum nondum luxu corruptis, unica tunica, & toga vestiebantur: sed, ut luxuria ingeniosa est, postea inventa altera; & homo Romanus induebat tunicam interiorem, exteriorem, & togam. In exteriore erant insignia dignitatis. Nam Senatores quidem habebant Laticlaviam, Equites vero Angusticlaviam; & nunquam factum est, ut quis his duabus tunicis simul amiciretur. Vnicus est Arrianus tamen, qui plane contrarium nos docet, & in uno homine agnoscit ἱμάτιον, πλατύσημον, στενόσημον. Loquitur apud eum Epictetus lib. I. cap. 24. Λέγει σοι, Θὲς τὴν πλατύσημον. ἰδοῦ στενόσημος. Θὲς καὶ ταύτην. ἰδοῦ ἱμάτιον μόνον. Θὲς τὸ ἱμάτιον. ἰδοῦ γυμνός. *Tibi dicit, Depone latum clavum: ecce angustus. Depone & istum: ecce toga sola. Depone togam: ecce nudus sum.* Quid verbis opus est? Tota reclamat antiquitas, & omnes auctores in alteram partem faciunt discessionem. Tantumne igitur erit unius loci pondus, ut diversissimos habitus unum hominem gestasse credam? Non opinor; at quod opinor narro. Certa res est, te vulnus hic latere, quod non ferro nec igne, sed levi mutatione recidendum est; si legatur λινόστημος. Et intel-

intellige *interulam* seu *tunicam interiorem*, cujus scilicet stamen ex lino. Nam ut ἁρμοστήμους, πολυστήμους, μανοστήμους, ita etiam λινοστήμους ἐσθῆτας dixerunt; quæ vox tandem latini juris facta est. Synodus Romana II. sub Sylvestro, Can. VI. *Vt Diaconi non essent amplius parochiarum examen nisi duo, & Diaconi cardinales urbis Romæ sex: ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & pallia linostima lævam eorum tegerent.* Per ἱμάτιον autem intellige *togam*, per πλατύσημον *tunicam laticlaviam*, per λινόστημον *interulam.*" — Hæc ille. Vide vero, ne nimis ad literam acceperit Epicteti verba vir doctus: quæ si paulo liberalius interpreteris, non inerit eis fortasse ea difficultas, quæ Cuperum offendit. Possis τὴν πλατύσημον, τὴν στενόσημον, & τὸ ἱμάτιον de variis ordinibus in civitate accipere. *Vis me senatu movere? ecce in ordinem equestrem recedo. Vis me hoc etiam ordine removere? contentus sum unus esse e plebe. Vis civitatis etiam jure me exuere? & hoc fero; omnibus rebus cedo; in exsilium ibo, aut servus ero, aut pauper & seminudus Cynicus.* (Vide mox Vptoni Adnot. ad vers. seq.) Possis simili quadam ratione & de *censu* ac *facultatibus* accipere. Neutro modo longe, puto, abfueris a Philosophi nostri sententia.

Vers. 13. Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. — „*At invidiam mihi conflas.* Significat, opinor, invidiam facile contemni ab eo, qui vitam non magni faciat. Nec enim puto, sub Tyranni persona hæc dici." WOLFIVS. — „Male Wolfius. Dicit Cæsar aut tyrannus: *At mihi invidiam moves;* tanquam qui deposita tunica habitum Cynici capessas. Ἀχίτωνες erant Cynici. Vide Salmas. ad Tertull. de Pallio, p. 410, &c. & M. Anton. lib. IV. sect. 30. [& quæ ibi congessit Gatakerus.] Vetus Epigramma

Ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον. (lege πανσόφου.)
Εἴ τις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινάτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hoc illud est dogma sapientissimi Hermodoti: Si quis est sine ære, deposita tunica non amplius esuriat. Hæc, inquam, Epicteti mens est: Tu ideo mihi invidiam moves, quippe qui ex difficultatibus & malis superior emergas. Nam, *sævos punire tyrannos*, ut ait Persius III. 35. *haud alia ratione velis:*

Virtutem videant, intabescantque relicta.

VPTON

Ibid. ᾧ δύναμαι ῥῖψαι τὸ σωμάτιον, ἔτι τοῦτον φοβοῦμαι; Cum τοῦτο φοβοῦμαι vulgo legeretur, monuit WOLFIVS, τοῦτον esse corrigendum. Majoribus ambagibus VPTONVS usus est: „Videamus, inquit, totum locum: Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. οὐ δύναμαι ῥῖψαι τὸ σωμάτιον· ἔτι τοῦτο φοβοῦμαι; [Nempe sic etiam in contextu posuerat hic Editor; tum vero in Adnotatione ita pergit:] Pro οὐ, uti habet noster codex, cæteri legunt ᾧ δύναμαι. Ad oram cod. Bas. [edit. Bas.] pro ᾧ scribitur ὃ. Vertit Wolfius: *eum ergo, cui corpusculum objicere possum, adhuc reformido?* Sequenti capite [vers. 21.] vocat σωμάτιον, τὸ τελευταῖον χιτωνάριον: eleganti translatione; noviſſime enim & ægre exuitur. Malim itaque pro οὐ reponere εἰ, pro τοῦτο cum Wolfio τοῦτον: & τί ἔτι legere. Hoc modo: Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. Εἰ δύναμαι ῥῖψαι τὸ σωμάτιον, τί ἔτι τοῦτον φοβοῦμαι; *At invidiam mihi moves. Cape igitur totum corpusculum. Si possum corpusculum abjicere,* tanquam vestimentum; *quid adhuc eum* (Cæsarem, tyrannum) *reformido?*“ — Sic ille. Mihi, adhibita Wolfii emendatione, nihil amplius desiderari persuasum erat. Non solicitari, nedum loco moveri debuit ᾧ, in quod cum veteribus editionibus consentiunt tres nostri mssti codices. Percommodus sensus est: *Cui objicere possum corpusculum, hunc adhuc reformidem!* Eamdem sententiam habes III. 24, 71. ubi, quod h. l. ῥῖψαι τινὶ τὸ σωμάτιον ait, προσπτύειν τινὶ τὸ σωμάτιον dicit.

Vers. 14. ἀπολείψει. „Sic noster codex. [& nostri pbc.] Vulgo ἀπολείψῃ.“ VPTON.

Ibid. τούτων οὐδὲν ἐμὸν ἦν. τούτων ἐμὸν οὐδὲν ἦν. pa.

Ibid. Πῶς οὖν ἐμὰ αὐτὰ λέγομεν; „Lego λέγοιμι.“ WOLFIVS. — „Forsan pro αὐτὰ legendum ταῦτα.“ VPTON. Emendationem suam Wolfius in versione expressit, quam tenuit Vptonus: *quo pacto igitur ista mea esse dicam.* Cæterum non alienus est iste mos ab Arriani stylo, sive, ut verius dicam, ab Epicteti usu, ut a singulari numero ad pluralem subito transeat, & vice versa. Vide I. 6, 42 sq. I. 29, 26. coll. vs. 22. I. 29, 34. rursusque ib. vs. 59. II. 14, 8.

Ibid. ἂν οὖν ὁ πανδοκεὺς ἀποθανὼν ἀπολίπῃ σοι τοὺς γραββάτους. Ante Vptonum sic edebatur ἀποθάνῃ, ἀπολίπῃ

λίπῃ σοι &c. Quo refertur WOLFII Nota: „ἀπολίπῃ σοι τοὺς κραββάτους; Interrogative & negative lego.“ — Sic etiam idem in verſione: *Quodſi caupo mortuus fuerit, nunquid lectos tibi relinquit?* At VPTONVS: „Ex noſtro codice (inquit) repoſui ἀποθανὼν ἀπολίπῃ, *moriens relinquat*, pro ἀποθάνῃ ἀπολίπῃ, uti corrupte alii dant codices. [Cum Vptoni cod. facit noſter pb.] Deinde notanda eſt ellipſis, Atticis familiaris, poſt ἐὰν μὲν, cui reſpondet ἐὰν δὲ. Vocant Grammatici σχῆμα ἀναντιπόδοτον. Deeſt nempe ἀπόδοσις, quæ priori membro hujus periodi reſpondeat. ἂν οὖν ὁ παιδ. ἀποθ. ἀπολ. σοι τοὺς κραββάτους, ſupple καλῶς ἔχει, aut ſimile aliquid. Homer. Iliad. α. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας — —
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν.

Si dabunt præmium; bene eſt: *ſin minus* &c. Vide Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. 468. Sed hic loquendi modus ſæpe latuit interpretes. Plato in Sympoſ. p. 185. edit. Steph. Ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ· εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀναπογχυλίασον. *Si quidem ceſſaverit ſingultus ſpiritum longo tempore cohibenti;* bene erit: *ſin minus, aqua fauces collue.* Ita locum interpretandum eſſe monuit Caſaub. ad Athenæum, p. 332. Vide quoque locum Platonis in lib. IX. de Legib. quem adducimus ad II. 18, 20. Atque ita exiſtimo locum apud Lyſiam de Eratoſth. in fine [Ἀπολογ. ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου. p. 47. ed. Reisk.] interpretandum & ſcribendum eſſe: non ἐὰν δὲ ὑμᾶς — — εἰ δὲ μή, ſed ἐὰν μὲν ὑμᾶς — — εἰ δὲ μή. Hoc modo: Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες &c. — — οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες — — — ἦττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν. Ἐὰν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας· εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, κ. τ. λ. *Ego vero, o viri, non ad me ſolum hoc ſupplicium privatim pertinere arbitror, ſed ad univerſam civitatem: nam qui hujusmodi facinora perpetrant, ubi viderint quænam ſit futura merces hujusmodi flagitiorum, minus in alios peccabunt. Si quidem vos eo eſſe animo perſpexerint,* bene erit: *ſin minus, præſtat leges jam latas abrogare,* &c. Eodem modo interpretare illa [apud Epiſt. noſtr.] III. 7, 17. Εἰ θέλεις εἶναι φιλόσοφος — — εἰ δὲ μή &c. *Si vis eſſe philoſophus,* — — eſto: *ſin minus,* &c.“ VPTON. Bene iſta habent; ſed &

& satis pervulgata. Lysiæ vero locum felicius, puto, Marklandus & Reiskius curarunt.

Vers. 15. ῥέγχων. Sic scripsi cum pbc. Vulgo ῥέγκων, cum pa. Paulo ante, pro ζητήσεις, temere ζητήσοις scribitur in ed. Ven. & Bas.

Ibid. οὐδεὶς δὲ πένης τραγῳδίαν ἐντλήροι &c. *nullus pauper complet tragoediam.* „Sunt quidem in tragœdiis etiam servi & ancillæ, sed atroces eventus ad eos non æque pertinent.“ WOLFIVS.

Ibid. εἰ μὴ ὡς χορευτής. Deest ὡς pa.

Vers. 16. Στέψατε δώματα. „*Aedes coronis ornate!* Id quod in re læta, in nuptiis præsertim, fieri solebat, Sed ubi occurrunt hæc verba? Non apud Sophoclem, uti ea quæ sequuntur.“ VPTON.

Ibid. Ἰὼ Κιθαιρών. Oedipus apud Sophoclem [in Oed. Tyr.] vers. 1390.

Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθύς;

Vide M. Antonin. lib. XI. sect. 6.“ VPTON. Κιθαιρών, ultima acuta, recte scripsit Vpton. cum pabc. Κιθαιρῶν superiores editt.

Vers. 17. ποῦ οἱ στέφανοι. Caret οἱ pa.

Vers. 19. μετὰ πολλῶν γὰρ περιπατεῖ. Perperam μετὰ πολλῶν δὲ ed. Gen. & seqq. quem errorem quum VPTONVS etiam, ut sæpe aliàs, tenuisset, adnotavit hoc loco: „Δὲ pro γὰρ usurpatur sæpe in his libris, & sæpe alibi.“ — Vide not. ad I. 9, 2. & ad I. 9, 34.

Ibid. συγκατατάττω ἐμαυτὸν σὺν τοῖς πολλοῖς. Deest σὺν pb. non male.

Ibid. καὶ μετὰ πολλῶν περιπατῶ. „*Et cum multis ambulo.* At dicat iste: non ut princeps, sed ut servus. Respondebit Epictetus, sibi nihil esse opus comitatu & observantia populi.“ WOLFIVS. Vide vero, ne alia sub istis verbis sententia lateat.

Vers. 20. τὸ δὲ κεφάλαιον· μέμνησο, ὅτι &c. Post κεφάλαιον distinctionem interserere commodum duxi, quæ aberat vulgo.

Ibid. ὅτι ἤνοικται ἡ θύρα. „*Januam patere:* hoc est, mori licere, cum primum vitæ pertæsum fuerit: quod summum homini bonum a natura esse concessum, putat Plinius.“ WOLFIVS. „Vide ad I. 9, 20.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. τῶν παιδίων δειλότερος. παιδίων recte edit. Genev. Colon. & seqq. quoniam sequitur ἐκεῖνα. Perperam τῶν παίδων Ven. & Bas. in quod tamen consentiunt codices nostri pabc. qui iidem & ἐκεῖνα servant.

Ibid. ὅταν αὐτοῖς μὴ ἀρέσκῃ τὸ πρᾶγμα. „Ad oram cod. Salmant. scribitur παίγμα. Recte forsan, nisi πράγμα latiori sensu dicitur." VPTON. Vulgatum tenent pabc.

Ibid. οὐκέτι παίξω. Vide, ne in præs. temp. οὐκέτι παίζω scripserit Arrianus; & sic mox iterum.

Ibid. ὅταν σοι φαίνηται. Ex vett. editt. hoc restitui, quod & scripti libri agnoscunt. Perperam φαίνεται ed. Cantab. quod inde in Lond. anon. & in Vptonianam propagatum.

Ibid. εἰπὼν, ὅτι Οὐκέτι παίξω, ἀπαλλάττου. „Sic Horat. Epist. lib. II. 2, 213.

Vivere si recte nescis, decede peritis:
Lusisti satis, edisti satis atque bibisti.
Tempus abire tibi.

Epigramma in Anthologia:

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Noster autem codex εἰπὼν, ὅτι οὐκέτι παίξω, quod melius videtur." VPTON. Particulam ὅτι, quam ignorabant editi omnes, in contextum adoptandam duxi. Eamdem dedit pb.

CAPVT XXV.

Vers. 2. ποῖον ἔτι πρᾶγμα ἔχομεν; Verbum ἔχομεν ignorant codd. nostri pab.

Vers. 3. Ἀλλὰ ἔντειλαί μοι. Hoc Auditor ait. *Da mihi præcepta*, nempe, de officiis in vita hominum servandis; de quibus, puta, agebatur priusquam hanc disputationem inchoaret Epictetus. cf. ad vs. 7.

Ibid. ὁ Ζεύς σοι οὐκ ἐντέταλται; *Jupiter nonne tibi præcepta dedit?* Nempe, quæ natura & recta ratio homini præcipit, ea a Deo ei præcepta sunt. — „Vide IV. 3, 10. IV. 7, 17." VPTON. Adde mox hoc cap. vs. 5 sq. ἐντέταλκε pc. pro ἐντέταλται. Mox vero vs. 6. in ἐντέταλται consentit pc. sed ἐντεταλκε pb. habet.

Vers. 4. τῶν ἀλλοτρίων. τῶν ἄλλων text. pa. sed alterum in marg.

Ibid. τὸ πιστὸν σόν· τὸ αἰδῆμον σόν. „Addidi τὸ αἰδῆμον σόν, fide noſtri coditis.“ VPTON. Ignorant iſta verba codices noſtri cum olim editis. Cæterum αἰδημον accentu in antepenultimam retracto ſcripſerat h. l. Vptonus, ut paſſim alibi & ipſe & alii; qui tamen rurſus alibi in αἰδῆμον penacute ſcriptum conſentiunt. Quam poſteriorem formam præferendam putavi. Præcipiunt nempe Grammatici, compoſita quidem adjectiva in ων accentum in neutro retrahere; ſimplicia non item. Sic etiam αἰδῆμον editum video apud M. Antonin. I. 2. VI. 48. IX. 29. In eamdemque ſcripturam apud Simplic. in Enchir. conſentiunt ſcripti libri cum editis, p. 152. ed. Lugd. In Arriani vero & Epicteti libris minime ſibi conſtant in hanc ſcriptura librarii. Vide ad I. 5, 5.

Ibid. τὸ σαυτοῦ ἀπώλεσας. „Forſ. ἀπολέσας, participio, *tuis perditis*.“ VPTON. Ego vero in vulgato utique adquieſcendum putavi. *Alienis ſi ſtudes, tua perdidiſti.*

Verſ. 5. ὑποθήκας καὶ ἐντολὰς. Apud Pythagoreos præſertim, *brevia præcepta ſapientum* ὑποθήκας adpellari ſolitas ait Simplicius in Procem. ad Epicteti Enchir. Sed nec minus apud alios idem vocab. eadem notione in uſu erat. Confer Adnot. ad Polyb. III. 14, 10. — „Pro ἐντολὰς codex noſter dat συμβουλὰς, quod non æque placet.“ VPTON. συμβουλὰς eſt etiam in pb. Ortum cepiſſe hoc nomen videtur ex interpretatione vocis ὑποθήκας; deinde vocem ἐντολὰς loco ſuo pepulit.

Verſ. 6. ἐνίσταλται. Vide ad vſ. 3.

Ibid. Φέρε τὰς προλήψεις. „Vide I. 28, 28. & ſupra, cap. 22, 1 ſqq.“ VPTON.

Verſ. 7. Μέχρις οὖν τίνος ταῦτα τηρεῖν καλῶς ἔχει. „Noſter codex οὖν τινος, [nempe pro οὗτινος, quod habent editiones omnes;] cui & ἔχει debetur, cum alii [editi omnes] ἔχεις adferunt. Cæterum vox ταῦτα (ταῦτα τηρεῖν, *hæc agere*) refertur ad ea quæ fiunt dum inter homines verſamur; minime ad τὰς προλήψεις, τὰς ἀποδείξεις.“ VPTON. Quemadmodum ἔχει recte recepit Vptonus; ſic alteram probam ſcripturam, quam offerebat codex, adoptare debebat; nec tamen οὖν τινος ſcribendo, ſed μέχρι οὖν τίνος, *quousque igitur*. Et ſic habent noſtri codd. pbc. In ἔχει vero cum Vptoni cod. conſentit pc. ταῦτα τηρεῖν, *hujus vitæ officia ſervare, tueri perſonam in hac vita ſuſtinendam.* conf. not. ad vſ. 3. Refertur vero proxime hoc pronomen ταῦτα,

ταῦτα, ad *ea præcepta quæ Deus homini dedit*, (verſ. 6.) nempe de officiis in vita hominum ſervandis.

Ibid. καὶ τὴν παιδιὰν μὴ λύειν. „παιδιὰν λύειν, Horat. Ep. lib. I. 14, 36. *incidere ludum.*“ VPTON. De re confer II. 16, 37.

Verſ. 8. Ἐν Σατορναλίοις λέλαγχε βασιλεύς. Ad λέλαγχε intellige τις, ut I. 19, 24. De re, hæc colligit VPTONVS: „Tacitus Annal. XIII. 15. *Feſtis Saturni diebus, inter alia æqualium ludicra, regnum luſu ſortientium, evenerat ea ſors Neroni. Igitur ceteris diverſa, nec ruborem allatura: ubi Britannico juſſit, exſurgeret, progreſſusque in medium, cantum aliquem inciperet; &c.* Vide Lucian. in Saturnal. Dio Chryſoſt. Orat. IV. p. 66. Οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν (ὡς αὐτοί φασι) βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν· (οἱ μέντοι παῖδές φασιν·) ὅτι ὁ νενικηκὼς, καὶ λεγόμενος βασιλεὺς, σκυτοτόμου υἱός ἐστιν ἢ τέκτονος. *Neque inter pueros, is qui vicit, cum ludunt (ut ajunt) Regem, revera Rex eſt: quippe is qui vicit & dictus eſt Rex, ſutoris filius ſit aut fabri.* Vbi voces iſtas, οἱ μέντοι παῖδές φασι, uncis incluſi; nam ex margine in contextum irrepſiſſe videntur. Ad hunc morem alludit Dio p. 514. D. καὶ διαφερούσης οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν παίδων τῶν βασιλέων. Male Interpres: *nihilque differret inſipientia a liberis regum.* Vertere debuit: *nihilque differret inſipientia a pueris, qui reges inter ſe ludo conſtituunt.* Seneca, de Conſtant. Sapient. cap. 12. *Illi* (pueri) *inter ipſos magiſtratus gerunt, & prætextam faſcesque ac tribunal imitantur.*“

Ibid. σὺ πέρασον. *tu vinum miſce.*

Ibid. σὺ ᾆσον. „*Tu cane.* Ita Wolfius in verſione. At Editi, σὺ ὦσον, *tu expelle;* ut Schegkius. Legendum ᾆσον apparet ex Taciti loco ſupra citato.“ VPTON. In mendoſum ὦσον conjurarunt ſcripti libri omnes. ᾆσον primus in Græcis correxit anon. Lond.

Verſ. 9. Ἀλλὰ σὺ ὑπολάμβανε, &c. „*At tu opinare, te in malis eſſe. Non opinor: nam quis me invitum opinari coget.* Nota ὑπολαμβάνειν, unde ὑπόληψις, &, ut ſubinde inculcat M. Antoninus, Πᾶν ὑπόληψις.“ VPTON. At ſententia illa, Πᾶν ὑπόληψις, (cum qua convenit quod Epictetus ait I. 11, 33. & ſæpe aliàs) jam huc nil pertinebat. ὑπολαμβάνειν, unde ὑπόληψις nomen habet, eſt *opinionem aliquam ſuscipere, ſibi aliquid perſuadere, in animum inducere.* Poteſt me aliquis coge-

re

re ad exteriorem quemdam actum suscipiendum: possum etiam, ut grátum faciam alteri, & voluntati ejus indulgeam, partes quasdam agere. Sed ut *opiner* aliquid, ut *mihi* aliquid *persuadeam*, nemo me cogere potest; quin nec a me ipso id impetrare possum, nisi res talis sit quæ speciem aliquam habeat quæ mihi probari possit.

Vers. 10. Πορεύου — — — Πορεύομαι. Ἔρχου· ἔρχομαι. Haud absimile apud Luc. [Evang.] 7, 8. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ." VPTON.

Vers. 11. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὑποθετικῶν λόγων &c. „Confer Enchir. c. 36. [c. 58. Wolf.] & mox cap. 26. hujus libri." VPTON. Ὡς γὰρ rescripsi cum pa. & cum editis ante Vptonum; qua de scriptura nihil monens hic editor, Ὥσπερ ἐπὶ τῶν edidit, e suo puto codice, cui adsentitur pb. Pro neutra parte citari potest noster pc. in quo per librarii negligentiam complura hic omissa sunt.

Ibid. ἔλαβον γὰρ ὑπόθεσιν, τοῦ νύκτα εἶναι. Rectius scribetur, puto, τὸ νύκτα εἶναι.

Ibid. Ἔστω σε ὑπολαμβάνειν ὅτι νύξ ἐστιν. „ὅτι ἡμέρα ἐστίν. Ita scribendum." SALMASIVS. Vide Notam proxime sequentem.

Vers. 13. Ἔστω σε εἶναι δυστυχῆ. Ἔστω. Ἆρ' οὖν ἀτυχὴς εἶ; Ναί. „Ἔστω σε εἶναι εὐτυχῆ· ἔστω. ἆρ' οὖν εὐτυχὴς εἶ; ναί. Ita omnino scribendum." SALMASIVS. Istas Salmasii conjecturas referens Vptonus, nihil nec adprobandi caussa, nec improbandi, adjecit. HEYNIVS vero in Notis ad Enchir. c. 36. p. 147. hunc Arriani locum commemorans, ait: „ubi similis argumentatio [scil. qualis in Enchirid. l. c.] e dialecticis ad ethica instituitur; ut tamen nunc est, valde corrupta, & „ex Salmasianis Notis emendanda." Cui si vacasset, per otium atque libero animo totum hoc Epicteti caput perlegere, aliter fortasse judicaturus erat Vir tam ingenii acumine, quam exquisitissima doctrina præcellens. Mihi sane Salmasianæ istæ conjecturæ universæ argumentationi, quæ h. l. instituitur, repugnare, & ab Epicteti mente alienæ visæ sunt. Neque quidquam magnopere in Græcis verbis, prout vulgata sunt, desideravi. Quod si quidem adcuratissime servatam similitudinem ratiocinationis vellemus; debebat, sicut vs. 11. ait: Τί οὖν, ἡμέρα

ἡμέρα ἐστίν; Οὔ. sic verſ. 13. dicere: Ἆρ' οὖν (vel Τί οὖν;) εὐτυχὴς εἶ; Οὔ. At eadem ſententia his verbis continetur, Ἆρ' οὐ ἀτυχὴς εἶ; Ναί. In proximis verbis, poſt κακοδαιμονεῖς; neſciunt Ναὶ editiones omnes, quam particulam tacite inſeruit Vptonus; ſua-ne auctoritate, neſcio, an e codicis ſui præſcripto. Ego quidem, fateor, non invitus illa caruiſſem: ſed plane agnoſcunt eamdem codices noſtri pab. Totius loci ſententia (quæ nil differt ab ea quam ad verſ. 9. declaravi) ex verſione noſtra latina haud ægre intelligi exiſtimo; cum qua verſione ſi quis (ut in loco difficultatis nonnihil habente) Wolfianam conferre voluerit, quam religioſe hoc ipſo loco tenuit Vptonus, eam huc transſcribere non gravabor. *Quemadmodum*, inquit, *in orationibus hypotheticis, ita in vita etiam nobis eſt verſandum. Eſto nox. Eſto. Quid ergo? Dies eſt? Non: conditionem enim hanc admiſi, eſſe noctem. Liceat te putare, eſſe noctem. Liceat. Atque etiam puta eſſe noctem. Nonne hoc conditioni illi eſt conſentaneum? Sic etiam hoc loco: eſto: ſis calamitoſus. Eſto. Ergo etiam infortunatus es? Etiam. Quid ergo? Res adverſæ tibi ſunt? At putato etiam te eſſe in malis. Illud vero conditioni non eſt conſentaneum;* &c.

Ibid. ἄλλος με κωλύει. *Alius me vetat.* „Jupiter ſcilicet, (vide ſupra) qui alia mihi imperat.“ VPTON.

Verſ. 14. τὸ κατάλληλον. „Articulum habes ex noſtro codice.“ VPTON. Eumdem agnoſcit noſter pb.

Verſ. 15. καὶ λέγουσιν. Particulam καὶ, quam ignorabant editi, e ſuo codice Vptonus adjecit: eamdem dabant noſtri pbc.

Ibid. Διηγησάμην σοι &c. „Interrogative. *Narravi tibi, frater, ut tumulum ſuperarim?* Verba militis glorioſi, res geſtas enarrantis.“ VPTON. Commodius absque interrogatione accipi mihi videtur. Nempe poſtquam tumulum *conſcenderat*, (non, *ſuperaverat,*) in eodem tumulo obſeſſus eſt ab hoſte. Ait ergo: *Narravi tibi, quo pacto tumulum conſcenderim: nunc porro accipe! denuo incipio obſideri.*

Verſ. 16. Ἄλλος δὲ λέγει. Rurſus δὲ particula eidem Vptoniano codici debetur; cui adſentitur noſter pb.

Ibid. καὶ ἀκούειν. „Cod. Salmant. * καὶ, & in ora libri, * ἢ. Quæ lectio non æque arridet. Opponuntur enim ſententiæ: ἐγὼ οὐ δύναμαι παρὰ ταῦτῳ δειπνεῖν, & ἐγὼ δειπνῆσαι θέλω μᾶλλον.“ VPTON. Iſta nota in

ora

ora ed. Salmant. non nisi conjecturæ debetur editoris. In καὶ recte consentiunt libri omnes. Vox μᾶλλον deest pc.

Vers. 17. σύγκρινε ταύτας τὰς ἀξίας. „Confer I. 2, 7. II. 13, 7. M. Anton. III. 11. ἅμα μέν τοι τοῦ καθ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συστοχάζομαι. Vbi vide Gatakerum.“ VPTON.

Vers. 18. Καπνὸν πεποίηκεν ἐν τῷ οἰκήματι. „Translatio est a domibus fumo infestatis. Sic IV. 10, 27. ὅταν θέλῃς, ἐξήλθες, καὶ οὐ καπνίζῃ. Hinc M. Antonin. V. 29. Ἀλλὰ καὶ καπνός ἐστι. Ἀπέρχομαι· τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; *Sed fumus est. Abeo: cur hoc grave existimas?* Ita lego. Consule ibi Gatakerum. Vide ad I. 9, 20.“ VPTON.

Vers. 19. Verba Οὐκ οἰκῶ, post Νικοπόλει, desunt pb. male.

Ibid. Οὐδ' ἐν Ῥώμῃ. μήδ' ἐν Ῥώμῃ pc.

Vers. 19. ἐν Γυάροις οἴκει. „Gyarus, seu Gyaræ; insula maris Aegei, ubi Romani damnatos mittere solebant. Juvenal. I. 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
si vis esse aliquis.

Vers. 21. καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον, τούτου ἀνωτέρω οὐδὲν εἰς ἐμὲ ἔξεστι. Vulgo post χιτωνάριον comma interserunt, ut illa verba τουτέστι (nam sic una voce scribunt, non τοῦτ' ἔστι) τὸ σωμάτιον, velut in parenthesi ponantur. Ibi hæc adnotavit VPTONVS: Locus corruptus, & mutilus. τουτέστι τὸ σωμάτιον, manifestum glossema: quod cum in contextum receperunt librarii, aliam vocem ejecerunt. Sed quænam hæc vox? Simplicius in Epict. [Enchir.] c. 48. ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία. *novissima tunica affectuum dicitur gloriæ cupiditas.* Plato: τὴν κενοδοξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Inde Tacitus Hist. IV. 6. *Cupido gloriæ novissima exeritur.* Ex Platone hunc locum luxatum restituo, καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον ἀποτίθεμαι. Respexit autem ad ea quæ dixit I. 24, 12 sq. Interea τὸ σωμάτιον, verissima est interpretatio vocis χιτωνάριον. Sed dedita opera translationibus utitur Epictetus: καπνὸν πεποίηκε, — ἡ οἴκησις πανταχοῦ ἤνοικται, — τὸ τελευταῖον χιτωνάριον. *Recedo eo, ubi nemo me habitare prohibebit: (nam ista habitatio cuivis patet:) & novissimam tunicam depono.*“ Hæc Vptonus. Platonis ista verba laudaverat Lipsius

Lipsius ad Tacit. l. c. & Casaub. ad Athen. p. 519. neuter declarans, qua in parte scriptorum Platonis illa legantur. Nec mihi in promtu est, locum nunc indicare. Eadem verba respexit Athenæus, lib. XI. p. 507. scribens: Πλάτων ἔφησεν, ἔσχαζον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδυόμεθα. Sed ex illis medicinam adferri his Epicteti verbis posse, aut omnino medicina indigere hunc locum, in quo versamur, equidem valde dubito; qui haud incommode ita exponi posse videtur, ut in versione feci: *& postremum amiculum*, (scilicet, quod tyrannus aliquis, aut quisquis fuerit, detrahere & eripere mihi potest; coll. I. 24, 12 sq.) *corpusculum hoc est: ultra hoc nemini quidquam in me ulla potestas est.* In Græcis delevi comma post χιτωνάριον, & τοῦτ' ἔστιν divisis vocibus scripsi. Rectius vero fortasse fuisset τοῦτό ἐστι.

Vers. 22. ὁ Δημήτριος. „*Demetrius*, nobilis istius ævi Cynicus, quem Seneca passim laudat. De Benef. VII. 1. *Demetrius Cynicus, vir meo judicio magnus, etiamsi maximis comparetur.* Et mox ejusdem libri cap. 8. Idem Epist. 63. [62.] *Demetrium, virorum optimum, mecum circumfero; & relictis conchyliatis cum illo femineo loquor, illum admiror.* Tacitus Annal. XVI. 34. *Illustrium virorum fœminarumque cœtus frequentes egerat* (Thraseas.) *maxime intentus Demetrio, Cynicæ institutionis doctori.*

Ibid. Ἀπειλεῖς μοι θάναζον. „Videtur excidisse Σύ. Σὺ ἀπειλεῖς μοι θάνατον. Hoc autem Demetrii dictum alii ad alios referunt. Laërt. in vita Anaxagoræ, sect. 13. cum illi renunciata esset sua damnatio: Ἆρα κἀκείνων κἀμοῦ πάλαι ἡ Φύσις κατεψηφίσατο. Idem in vita Socratis, sect. 35. Πρὸς τὸν εἰπόνζα, θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι· Κἀκείνων, φησὶν, ἡ Φύσις. Xenophon in Apol. Socr. [sect. 27. p. 345. ed. Oxon. Memorab.] Ὡς δὲ ἤσθετο τοὺς παρεπομένους δακρύονζας. Τί τοῦτο, εἶπεῖν αὐτὸν; ἦ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην, ὅτι κατεψισμένος ἦν μοῦ ὑπὸ τῆς Φύσεως ὁ θάναζος; " VPTON.

Vers. 23. παραδέδωκα. παρέδωκε pb.

Ibid. κτησείδιον scripsi cum pabc. κτησίδιον h. l. edd.

Vers. 24. αὐτὸς καζ' ἐμαυτοῦ ὀηλῶ. „Alii codices ἐμαυτὸς καζ' ἐμαυτοῦ. Sequor nostrum. " VPTON. Recte: sic & pb. Ne græcum quidem est id quod vulgo hic legebatur, quod tamen & habent pac.

Ibid.

Ibid. ἐπιβήσεταί σου ὁ κύριος. „Forſ. σοί.“ COM. SHAFTESB. „Recte. *Ex iſta parte te invaſurum eſſe dominum.*“ VPTON. At ἐπιβαίνειν cum genit. caſu pariter *invadere* ſignificat. Poteſt etiam σου a κύριος pendere, ut dativus caſus perſonæ per ellipſin omiſſus ſubintelligatur.

Verſ. 26. Ἀλλὰ θέλω καθῆσθαι ὅπου οἱ συγκλητικοί. „Senatus, Equites, Plebes: hæc priſca diviſio. His ſua loca, ſuusque [cuique ordini] gradus in ſpectaculis. Horat. Epiſt. lib. I. 1, 67.

Vt propius ſpectes lacrymoſa poëmata Pupi.

Vide & Epod. IV. 15. Juvenal. III. 155.“ VPTON.

Ibid. Cum poſt παρέχεις & θλίβεις vulgo interrogandi ſigna ponerent omnes: „Malim interrogationes abeſſe;“ ait VPTONVS; cui obſecutus ſum. Nempe, ſi interrogative iſta accipias, oportebat a particula negante incipi orationem, οὐχ ὁρᾷς.

Ibid. στενοχωρίαν παρέχεις. „στενοχωρία opponitur εὐρυχωρία apud M. Anton. IX. 32. ubi vide Gatak.“ VPTON. Familiare verbum στενοχωρεῖσθαι noſtro; quod vide in Indice, & verſ. proxime ſequente.

Verſ. 27. καὶ μὴ θεώρει. „Dele καὶ. Sententiam enim turbat.“ VPTON. Si abeſſet, ſane non deſideraretur. Sed nec temere equidem abjiciam. *Si, ubi tuus locus eſt, commode ſpectare te non poſſe putas; etiam prorſus non ſpectato.* Corrupte τὶ μὴ θεώρει (ſic) pc.

Ibid. καὶ οὐ μὴ θλιβῇς. Vulgo omnes θλίβῃς, excepta ed. Ven. e qua θλιβῇς revocavi: quod terri poſſe videtur, in Aor. ſec. ſubjunct. paſſ. Et ſic tres noſtri codices. Niſi θλιβήσῃ malis, in futuro; aut θλίβῃ, in præſ. paſſivo. Nam θλίβῃς, in activo, intelligendo ex ſuperioribus σεαυτὸν, prorſus non placet.

Ibid. κάθισον. κάθησον pc. male.

Verſ. 29. τί ἐστιν αὐτὸ τὸ λοιδορεῖσθαι; Ad verbum, *quid eſt ipſum hoc, conviciis peti?* At hoc ita dictum, quaſi paulo ante de *conviciis* verba feciſſet; quod non reperio. Quare vide, ne ſcribendum ſit: ἐπεὶ τί ἐστιν αὖ τὸ λοιδορεῖσθαι. *Sed porro, quid eſt conviciis peti?*

Ibid. λίθον λοιδόρει. Perperam λίθον λοιδόροι ed. Ven. & Baſ. Correxit editor Genev. & ſeqq. Et verum habent noſtri libri.

Ibid. ἂν δ' ἔχει τὴν ἀσθένειαν τοῦ λοιδορουμένου ὁ λοιδορῶν ἐπιβάθραν. „Forte ὡς ἐπ. Sed vide ſupra;

(I. 7.

(I. 7, 22.) unde apparet legendum esse ὥσπερ ἐπίβαθραν." COMES SHAFTESB. „Codex Salmant. ἐπίβαθραν, alii [Ven. Bas. & seqq. cum cod. pc.] ἐπὶ βάθραν. At ὡς eleganter supprimitur, ut jam monui." VPTON. Vide Vpt. Not. ad I. 21, 3. At h. l. ne staret quidem commode ὡς particula. ἐπιβάθραν merito correxit idem Editor; & sic scriptum est in pab.

Vers. 30. Περίσχισον αὐτόν. Τί λέγεις αὐτόν; τὸ ἱμάτιον λάβε, περίσχισον. „Τί λέγεις, αὐτόν; Αὐτὸν, μιμητικῶς· *Abscinde ipsum. Quid dicis, Ipsum? Cape vestem; eam abscinde.* τὸ ἱμάτιον, sic vocat *corpus*: supra autem χιτωνάριον. Tamen distinctio erat inter χιτῶν & ἱμάτιον: nam χιτὼν est *vestis interior*, ἱμάτιον *exterior*. Sic apud Matth. [Evang.] cap. 5, 40. distinguuntur: καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Nota interea, αὐτὸς non ad *corpus* spectare, sed ad *animum*, quo sensu Plato utitur. Aliter poëtæ. Homer. Il. ά. 4. αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν. Ibi Schol. αὐτοὺς, ἀντὶ τὰ σώματα αὐτῶν. Virgil. [VI. 362.] ubi Palinurus: *Nunc me fluctus habet. Me*, id est, meum corpus." VPTON.

Verba ista, Τί λέγεις &c. commode etiam sic distinxeris: Τί λέγεις; αὐτόν; *quid ais? ipsum?* Conf. I, 1, 23. & ibi not. Cæterum, an τὸ ἱμάτιον hic, ut supra τὸ χιτωνάριον, *corpus* sit cum Vptono intelligendum, id quidem dubitare licebit. Mihi visum erat περισχίζειν τὸ ἱμάτιον nunc esse *vi detrahere vestem ut discindatur;* accepique de mandato lictori dato, ut, vestibus homini detractis, virgis eum cæderet. σχίζεσθαι aliàs de *scissa veste* frequentatur; itemque compositum περισχίζ. in græca versione vaticiniorum Esaiæ, c. 36, 22. περιεσχισμένοι τοὺς χιτῶνας, *laceris vestibus*. Eadem notione etiam verbum ῥήγνυσθαι pervulgatum est: sed περιῤῥηγνύναι τὴν χλαμύδα, est *chlamydem vi & lacerando detrahere*, apud Polyb. XV. 33, 4. Eamdemque rationem h. l. esse verbi περισχίζειν putavi. Apud Appianum Civ. II. 117. unus ex percussoribus Cæsaris, αὐτοῦ τῆς πορφύρας ἐλάβετο, καὶ τὸ εἷμα περισπάσας ἐπὶ τὸν τράχηλον εἵλκε, *togam ejus prehensam, in cervicem detraxit*, scil. quo guttur nudum pateret pugionibus conjuratorum.

Ibid. καλῶς σοι γένοιτο. *Bene sit tibi! bene tibi vertat!* Formula ironica. Vide ad II. 5, 30." VPTON.

Vers. 31. Σωκράτης — — ἓν ἔχων πρόσωπον ἀεὶ διετέλει. „Cicero de Offic. I. 26. *Præclara est æquabilitas in omni vita; & idem semper vultus, eademque frons; ut de Socrate, item de C. Lælio accepimus.* Idem Tusc. Disp. III. 15. *Hic est ille vultus semper* idem, *quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem semper se vidisse exeuntem illum domo, & revertentem.* Vide Aelian. IX. 7. Simplic. ad Epictet. cap. 42. Senec. de Ira, lib. II. c. 6. & Epist. 104. Plin. lib. VII. c. 19. Infra, III. 5, 16. τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀεὶ καὶ ἐκφέρειν καὶ εἰσφέρειν." VPTON. Testimonia ista majorem partem jam collegerat Gataker ad M. Anton. I. 8.

Ibid. ἀπαραπόδιστοι. Sic recte codd. nostri. Mendose ἀπαραπόδιστα ed. Ven. & Bas. quæ tamen mox in ἐλεύθεροι consentiebant.

Vers. 32. Παράδοξα λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι. „Vide IV. 1, 173." VPTON.

Ibid. κεντεῖν τινος τὸν ὀφθαλμὸν. Sic scripsi cum nostro pc. κεντεῖν τινα ed. Ven. Bas. Gen. cum pab. quod fortasse rectius etiam fuerat. Sua vero auctoritate τινὶ scripsit editor Colonienſis, quod tenuere sequentes, atque etiam Vptonus.

CAPVT XXVI.

Vers. 1. Ἀναγινώσκοντος δὲ τοὺς ὑποθετικοὺς, ἔφη &c. „*Legente autem hypotheticos*, scil. τινος; *Cum quidam legeret.* Nisi forte sit ἀντίπτωσις, pro ἀναγινώσκων, *Cum ipse legeret.* Epicteti mos est, præcepta Dialecticorum ad doctrinam Morum accommodare; [quod modo vidimus, cap. 25, 11.] & monere adolescentes, ne similes evadant Sophistarum; qui, ut ait Isocrates, τὰς ἐναντιώσεις ἐπὶ μὲν τῶν λογιδίων τηροῦσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθορῶσιν: cum in oratiunculis caveant, ne contraria sibi dicant, non perspiciunt cum factis suis pugnare orationem." WOLFIVS. „Verte, *cum ipse legeret*, nempe Epictetus. Vide Sanctii Minervam lib. II. c. 7." VPTON. Me vero, ut credam, posse ἀναγινώσκοντος ad eumdem Epictetum referri, ad quem verbum ἔφη haud dubie refertur, nec Sanctius inducet, nec vel Wolfius vel Vptonus. Ad eam efficiendam sententiam, quam Vptonus voluit, ἀναγινώσκων omnino scriptum oportebat. Et hoc ipsum quidem ἀναγινώσκων perspicue

ſpicue exhibet codex noſter pb. quod erunt fortaſſe nonnulli, qui citra cunctationem amplectendum cenſeant. Qui ſi conferre voluerint quæ infra vſ. 13. leguntur, intelligent, τὸν ἀναγινώσκονϛα τοὺς ὑποθετικοὺς non eſſe Epictetum; illamque adeo codicis noſtri ſcripturam ferri non poſſe. Supereſt igitur id quod Wolfio ſtatim in mentem venerat, ut, tenentes genitivum ἀναγινώσκονϛος, in quem cæteri ſcripti libri cum editis conſentiunt, pronomen τινὸς ſubintelligamus. Neque enim opus eſſe videtur, ut cum Meibomio diſerte adjiciendum τινὸς ſtatuamus; nihilo ſane magis, quam opus fuerat adjecto nominativo τὶς I. 19, 24. aut I. 25, 8. ubi illud pronomen per ellipſin ſubintellectum vidimus. Eſt autem ille *aliquis* nunc unus ex auditoribus Epicteti, cujus hoc tempore hæ vices erant, ut penſum aliquod ex Logica diſciplina in ſchola recitaret. conf. I. 10, 8. II. 1, 30. Et ex hac ipſa quidem Diſſertatione, ſi conferamus quæ vſ. 13. legimus, intelligi videtur, Epictetum Logicæ artis præcepta non ſemper per ſe ipſum tradere ſolitum diſcipulis, qui ipſius ſcholam frequentabant; ſed habuiſſe hujus rei cauſſa collegam aliquem vel collaboratorem ſibi adjunctum, qui ſub auſpiciis Epicteti, utpote principalis præſidis ſcholæ, iſtam artem (cujus ſubtilitates minime ad palatum erant noſtri philoſophi, ut etiam Wolfius monuit in Adnotat. proxime ſeq.) ac fortaſſe etiam Rhetoricam pariter diſcipulos doceret: ita quidem ut idem præceptor ſecundarius certis deinde temporibus, præſente Epicteto in publico auditorum omnium conſeſſu alumnos ſuos produceret, qui ſuorum in illis artibus progreſſuum ſpecimen ederent. Ac fortaſſe eodem pertinet, quod I. 4, 9. ait; ubi confer notata. Adde de argumento hujus capitis quæ infra notamus ad verſ. 13. Ad τοὺς ὑποθετικοὺς intellige λόγους, *rationes*, *ratiocinationes*, *argumentationes*. Vide not. ad I. 7, 1. Quodſi, pro ἀναγινώσκων, codex ille noſter, de quo paulo ante dixi, ἐπαναγινώσκων obtuliſſet, lubens hoc eram amplexurus; de quo verbo vide I. 10, 8. & ibi notata.

Ibid. ἔφη. Meibomius, pro ἀναγινώσκονϛος δὲ, ἀναγινώσκονϛος ſcribere jubens, ſimul ἔφην pro ἔφη hoc loco ſcribendum notabat, neſcio quid ſpectans.

Ibid. Νόμος ὑποθετικός ἐστι καὶ οὗτος. „Declaremus exemplo. ὑπόθεσις eſto, Diem eſſe: ergo ſequitur, ſolem ſupra horizontem eſſe. Aut contra; Solem eſſe ſupra horizontem: ergo, diem eſſe negari nequit. Nam

alioqui regula dialectica violabitur. In doctrina morum hypotheſis eſt: Finem eſſe hominis, naturæ congruenter vivere: naturam autem hominis eſſe poſitam in προαιρέσει, hoc eſt, vero judicio, & recta voluntate. Has hypotheſes illud ſequitur; In excolendo animo inprimis eſſe elaborandum: animo bene affecto, in malis eſſe neminem. Cum hypotheſibus his pugnat: jacturam pecuniæ aliarumve rerum deplorare: aut, omiſſa ingenii cultura, conſectari opes, honores, voluptates corporis. Hanc hujus capitis ſummam tenere, mihi ſatis eſſe videtur. Verba autem alicubi ita intricata in eo ſunt, ut ingenue fatear, me vix, ac ne vix quidem, quid ſibi velint, aſſequi: id quod plerumque fit, cum τὰ λογικὰ τοῖς ἠθικοῖς miſcentur. Videtur Epictetus propemodum invitus tractaſſe Logica, & ita tractaſſe, ut omiſſis Stoicorum argutiis ſtatim ad vitam & mores transſiliret." WOLFIVS. Quod de Epicteto Wolfius ait, dialecticarum argutiarum, quibus mire delectabantur alii Stoici, haudquaquam admiratore, valde adſentior viro docto. Vide quæ monui ad I. 7, 1. & ad I. 17, 6. & loca ibi citata. De hujus capitis difficultatibus non minus, quam Wolfius, conquerentem mox Vptonum videbimus ad verſ. 13.

Ibid. πολὺ δὲ πρότερον. Prætuli hanc verborum ſeriem, qua utuntur pbc. Vulgo πολὺ πρότερον δὲ.

Verſ. 3. Πρῶτον οὖν ἐπὶ τῆς θεωρίας. *Primum igitur in contemplatione.* Intelligere quid verum rectumque ſit, prius eſt, & facilius. Id vero exſequi & obſervare, poſterius ac difficilius." WOLFIVS. — „Nonnullorum erat Stoicorum ſententia, a Logica tyronibus incipiendum. Vide Diog. Laërt. VII. 40, & quæ ibi citat Menag. ex Plutarch. & Sexto Empirico." VPTON. Confer Noſtrum I. 17, 6. At hic non de ſola loquitur Logica.

Ibid. ὅπου ῥᾷον. ὅπου λῷον pc. temere.

Ibid. τὸ ἀνθέλκον, ὡς πρὸς τὸ ἀκολουθῆσαι τοῖς διδασκομένοις. „Forte ὡς πρὸς τὸ μὴ ἀκολ." COMES SHAFTESB. „Recte." VPTON. Quod ſi abeſſet ὡς ante πρὸς, requireretur fortaſſe negativa particula: at ſic non modo non deſideratur, ſed ne locum quidem habere poteſt. ὡς πρὸς τοῦτο eſt *quod ad hoc adtinet, reſpectu hujus.* Itaque τὸ ἀνθέλκον ὡς πρὸς τὸ ἀκολουθῆσαι id ipſum ſignificat quod volumus, ſcilicet id *quod trahit ad partem quæ eſt oppoſita* τῷ ἀκολουθῆσαι &c.

Verſ.

Vers. 4. *βούλεσθαι*, intellige *ἄρχεσθαι* ex sequente membro orationis.

Vers. 5. Οὐκοῦν *ἁμαρτάνω* &c. Cum post hoc dictum olim non indicaretur interrogatio, monuit WOLFIVS, aut interrogative *οὐκοῦν* accipiendum esse, *Num pecco?* aut *οὔκ οὖν* vel *οὔκουν* scribendum, absque interrogatione, *Non ergo.*

Ibid. *οὐδὲ μαθητόν ἐστιν.* *οὐ μαθ.* pb.

Vers. 6. Ἡ *ἄγνοια.* „Vide II. 24, 21. & Platon. Alcib. II. p. 143. edit. Steph." VPTON.

Vers. 7. *τίνα πώποτε ὀργὴ ἐδίδαξε τὰ κυβερνητικά.* *ὀργήν* editi omnes ante Vptonum; quamquam jam WOLFIVS monuerat: „*ὀργῆ* legendum, nominandi casu." Id, adstipulante suo codice, recepit tandem Vptonus. Id ipsum vero habent etiam nostri pbc.

Vers. 8. Ταῦτα *ἐκείνῳ μόνῳ λέγειν ἔξεστι.* „*Hæc ei soli dicere licet:* hoc est, is filius solus potestatem habet hæc dicendi ad patrem, qui recte vivendi, non ostentandi ingenii caussa philosophatur." WOLFIVS. Pro *μόνῳ*, poterat utique & *μόνου* dicere, (cf. I. 9, 5. & ibi not.) quod h. l. scribere jussit Meibomius; sed nihil caussæ erat, cur solicitaretur vulgata. In eamque nunc consentiunt libri.

Ibid. *τὴν τοιαύτην ἐπιβολήν.* „Articulus est ex nostro codice, cum in aliis desit." VPTON. Eumdem habet pb. Corrupte *ἐπιβουλήν* pc.

Vers. 9. Εἰ *δέ τις μόνον ἐπιδείκνυσθαι θέλων.* „Confer II. 19, 8." VPTON.

Ibid. *ἄλλο τι πράσσει, ἢ ἵνα.* „Vocula *ἢ* e codice nostro restituta, plena est sententia." VPTON. Ignorabant illam voculam superiores editiones. Desideraverant vero eamdem jam Schegkius, Shaftesburius, Meibomius. Et habent eam codd. nostri pbc. Sed Wolfius, quasi nil opus esset, sic vertit: *is aliud quiddam agit, scilicet ut senatori alicui* &c.

Vers. 10. Ἐκεῖ *γὰρ τῷ ὄντι αἱ μεγάλαι ὕλαι εἰσί· καὶ οἱ ἐνθάδε πλοῦτοι ἐκεῖ παίγνια δοκοῦσι.* „*Illic magnæ materiæ sunt:* cujus rei? ut sis admirationi ob disserendi acumen? quod scilicet proceres morum doctrinam non curant, & laudem ingenii pluris faciunt quam animi tranquillitatem. An vero illud significat, ostentatores istos ambire divitias & honores, non animo excolendo studere." WOLFIVS.

Ibid. Hujus loci divitiæ: hoc est, philosophicæ opes, rectum judicium de rebus, tranquillitas animi, &c. " IDEM.

Miror satisne sana atque integra hic oratio sit. Vt quidem nunc est, fateor, non satis me vim ejus & connexionem cum præcedentibus sequentibus que perspicere. Tentare interpretationem possum; præstare non possum. Ἐκεῖ, *ibi*, in conviviis divitum, Romæ, ubi laudem virorum senatorii ordinis captat juvenis e schola, quam in Græcia frequentaverat, domum reversus; τῷ ὄντι αἱ μεγάλαι ὕλαι εἰσί, *sunt vere magnæ materiæ*, sunt occasiones vere magnæ, in quibus luculentum specimen suorum in omni virtutum genere profectuum edere juvenis possit. καὶ οἱ ἐνθάδε πλούτοι &c. *Et quæ hic* (apud nos, Nicopoli) *divitiæ sunt*, & pro magnis opibus habentur, *ea ibi lusus* & res viles & exiguæ esse videntur. Nihil variant libri, nisi quod αἱ ante μεγάλαι desit in pb.

Ibid. διὰ τοῦτο ἐκεῖ δύσκολον κρατῆσαι τῶν αὐτοῦ φαντασιῶν, ὅπου τὰ ἐκσείοντα μεγάλα. *Quare ibi difficile est imperare tuis visis*, & continere suas cupiditates; *ubi sunt res magnam vim habentes imperium illud tibi excutiendi*, & de potestate mentis te dejiciendi. τῶν αὐτοῦ φαντ. e superioribus edd. revocavi, pro αὑτῶν, quod pro suo more, præter necessitatem & invitis libris omnibus, Vptonus invexerat. Sequentia verba in libris omnibus prorsus corrupta erant, ὅπου τὰ ἐκεῖ ὄντα μεγάλα, in quibus nescio quo pacto ita adquiescere potuerint Wolfius Vptonusque, ut ne suspecta quidem habuerint; qui latine sic ea reddiderunt: *Quapropter ibi difficile est imperare suis visis, ubi ea, quæ illic sunt, magna habentur.* Verbisque istis, τὰ ἐκεῖ ὄντα μεγάλα, hanc Notam adjecit VPTONVS: „Pulcre Longinus, cap. 7. Οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστι μέγα." — Mihi, non dubitanti corruptam esse vulgatam, primum hæc se offerebat conjectura: ὅπου τὰ εἰκαῖα ὄντα μεγάλα, scil. δοκοῦσι, id est, *ubi, quæ vana sunt, pro magnis habentur.* Mox vero cum verbum ἐκσείοντα animo occurreret, ita huic loco peraptum & unice verum visum est, ut in ipsum contextum recipere non dubitarem. Intelligo autem τὰ ἐκσείοντα, scilicet σε (vel τὸν ἄνθρωπον) τοῦ κρατῆσαι τῶν φαντασιῶν. Est autem ἐκσείειν generatim *expellere, ejicere, depellere, dejicere;* de quo verbo vide quæ notavit

vit Hemsterh. ad Lucian. Timon. c. 33. T. I. p. 156. Vsurpatur vero sigillatim ea ratione, qua hic illud accipiendum putavi. Velut apud Plutarch. in Anton. c. 10. p. 922. edit. Wechel. τούτων τῶν λογισμῶν ἐξέσεισεν αὐτὸν ἡ παρὰ τῶν ὄχλων δόξα. *his eum consiliis excussit popularis opinio.* Et apud ipsum Epictetum nostrum, IV. 9, 10 sq. ἡγωνίας μή τις ἐκσείσῃ σε τούτων τῶν λόγων καὶ ἔργων. ἰδοὺ ἐκσέσεισαι ὑπ' ἄλλου μὲν οὐδενός, ὑπὸ σαυτοῦ δέ. Eodem pertinet, quod pro Τί μ' ἐκπτήσει ἢ ταράξει; I. 6, 29. codex noster pc. habet Τί μ' ἐκσείσει ἢ ταράξει; Adde IV. 13, 22.

Vers. 11. ἑκατὸν πεντήκοντα μυριάδας. Recte WOLFIVS in Notis: *centum quinquaginta myriadas δραχμῶν, more græco.*" Ea vero summa latine & Romano more non est *millies quingenties*, ut idem Wolfius, & post eum Vptonus, in versione hujus loci scripserunt, sed *sexagies*, id est, *sexagies centena millia* HS. quandoquidem drachma, denario Romano æquivalens, quatuor sestertiis numis æstimatur.

Vers. 12. κατεγέλασεν, ὡς ἡμεῖς; „*Vt nos*, nempe qui Epaphrodito serviebamus. Vide I. 19, 21. Male itaque codices, nostro excepto, ὡς ὑμεῖς." VPTON. — In ἡμεῖς consentit pb.

Ibid. πῶς ἐκαρτέρεις. Olim, repetita hoc loco particula οὖν, legebant πῶς οὖν ἐκαρτέρεις. Eam particulam Vptonus, codicis sui auctoritate, ejecit. Eamdemque ignorat pc. sed habent pab.

Vers. 13. Κράξας δὲ τὸν ἀναγινώσκοντα τοὺς ὑποθετικούς. „Κράξας intelligo, μετὰ κραυγῆς καλέσας. Sed quis vocavit lectorem? Epictetus, an vero alius?" WOLFIVS. „Epaphroditus Epictetum." COMES SHARTESB. — „Hæc omnia obscurissima videntur, absque ope codicum meliorum haud explicanda. Præterea limæ labor hisce Dissertationibus defuit. Insciente Epicteto, insciente etiam Arriano, in publicum prodierunt. Quid mirum igitur, si pleraque turbata, luxata, confusa sint; nunquam restituenda, etiamsi antiquissimos codices nacti fuerimus." VPTON.

Bona verba quæso! Vptone. Sunt sane passim haud pauca in his libris turbata, luxata, confusa. At mirum profecto, non esse ejus generis plura. Quo igitur pacto *pleraque* tu nunc dicere potes? Porro quodsi insciente primum Arriano editæ sunt hæ Dissertationes, ut ipse

ait in Præfatione; non est dubitandum, ab eodem deinde, cum ipse eas ederet, exstantiora errata, si qua inessent, & per festinationem sive ipsius, sive eorum qui de ejus autographo primum eas descripserant, peccata, quæ obscuritatem adferre possent, esse correcta atque emendata. Denique cogitandum, quæ hodie nobis supersunt in eisdem sermonibus difficultates, quæ nos impediunt, utique non omnes librariorum errori aut incuriæ esse imputandas: sed magna ex parte inde nasci, quod nos legentes multa, quæ ad eos intelligendos pertinebant, de hominibus, qui inducuntur, aut quorum fit mentio, itemque de moribus istius ætatis, de singulis partibus institutionis disciplinæ Stoicæ, & præsertim de forma institutionis, qua ipse Epictetus in sua Schola, quam Nicopoli habebat, usus est, denique bene multa id genus alia, ignoremus: quæ si nobis comperta & in promtu essent, multa ex iis, quæ nunc nobis in eisdem sermonibus obscure, confuse, sine connexione & prorsus abrupte, forsan etiam absurde dicta videri possunt, perspicua, bene cohærentia, denique satis probabiliter ac fortasse etiam præclare dicta esse intelligeremus.

Hoc loco, quo pacto eum, qui *κράξας* dicitur *τὸν ἀναγινώσκοντα*, Shaftesburius *Epaphroditum* intelligere potuerit, *vocantem Epictetum*, ipse viderit, aut Vptonus, qui istam Notam ex ora libri, quo olim usus ille erat, protulit: ego ne hariolando quidem rationem expedio ullam, qua id cogitari possit. Quod si modo certum esset, quod interim probabili ratione sumere licebit, *κράζειν τινα* idem valere atque *ἐγκράζειν τινὶ*, *inclamare aliquem*, *inclamando objurgare*; cætera non ita male habent, ut de eorum interpretatione prorsus desperandum videatur. Produxerat præceptor Logicæ disciplinæ (de quo supra diximus ad vers. 1.) juvenem aliquem, qui in publico & pleno auditorum consessu, præsente & præsidente Epicteto, pensum aliquod ex Logicis institutionibus, de Syllogismis Hypotheticis, prælegebat recitabatque, ut, quid in ea parte profecisset juvenis homo, adpareret. Male is suas partes agebat, ut satis adpareret, rationem præceptorum, de quibus agebatur, minime perceptam eum habere. Attamen ipse, quid sibi deesset, minime intelligebat, multumque sibi placens, sperabat, mox se, finito studiorum cursu, (in quo morum disciplinæ minimam rationem

tionem habebat) Romam cum laude posse redire, ibique eximiam eruditionis & solertiæ famam consecuturum. Occasionem hinc ceperat Epictetus, monitum interserendi utile huic ipsi homini & reliquis suis auditoribus: *quemadmodum in Logicis spectare debemus, quid quodque sequatur, quid repugnet: sic multo magis in vitæ actione: ne suscipiamus aliquam personam, cui consentaneas convenientesque partes tueri non possimus. Ne festinent juvenes de schola decedere, Romamque redire, & ibi turbini rerum sese committere, priusquam bene præparatum pectus habeant, & moralia præsertim præcepta non modo mente recte perceperint, sed etiam usu familiaria sibi reddiderint. Quodsi etiam parentes revocent filios; deprecari eos hi debent, & cum eis agere, ut se diutius in scholæ institutione, quousque discenda superstnt, morari patiantur.* Quæ cum audivisset ille juvenis, parum ea ad se pertinere ratus, pergebat ea fronte eoque tenore quo cœperat. Tum recta ad eum se convertit *Epictetus, inclamans eum,* stultitiamque ejus & ineptiam arguens. Ibi tum *magister, qui produxerat hominem, & pensum illud recitandum ei proposuerat, ridere ipse suum discipulum coepit.* Quo facto, omittens jam paulisper juvenem *Epictetus, ad ipsum magistrum se convertit,* &, veluti culpæ partem a juvene amoliturus, *illum increpat, quod non recte hunc præparavit institueritque.* Mox vero rursus ad juvenis caussam & eorum, quæ ei similes sunt, redit; & pergit auditores suos monere, *intelligat tandem quisque, quid ei adhuc desit, & quantum distet a scientiæ perfectione, quam pæne jam adeptos se multi persuadent: denique ne ad difficiliora suscipienda festinent, priusquam faciliora recte percepissent. Nec vero id in eis tantum disciplinis* curent, quæ *cognitione & speculatione* maxime continentur; sed præsertim etiam *in morum institutione & in totius vitæ actione.*

Ibid. τοῦ ὑποδεμένου αὐτῷ τὴν ἀνάγνωσιν. „Estne idem qui ὁ πράξας? Idemne lectorem vocavit, eumque derisit, imperite scil. legentem ea quæ non intelligebat? Sic videtur.“ WOLFIVS. Immo vide Adnot. proxime præced. & confer notata ad vers. 1. & ad I. 4, 9.

Ibid. σεαυτοῦ, ἔφη, καταγελάς. εἶπε h. l. pro ἔφη scribit pb.

Ibid. οὐ προεγυμν. In pc. hæc sic scribuntur: οὐ προεγύμνασας; οὐ προεγύμνασας τὸν νεανίσκον.

Ibid. Ἀλλ' ὡς ἀναγνώστῃ αὐτῷ χρῇ; „*At pro lectore eo uteris?* quasi dicas, non opus est puerum intelligere, modo legat ut ipse intelligam.“ WOLFIUS. ἀναγνώστῃ, pro ἀναγνώστῃ, perperam dabant Ven. & Bas. Wolfii emendationem, ἀναγνώστῃ in contextum recepit editor Colon. & seqq. eamdemque firmant nostri codd. pabc. Porro χρῇ, contra vulgatum usum, legebant omnes ante Vptonum, qui tacite χρῆ correxit; nescio an a codice suo admonitus.

Vers. 14. Τί οὖν, ἔφη, τῇ [μὴ] δυναμένῃ διανοίᾳ συμπεπλεγμένου ἐπιπρίσει παρακολουθεῖν &c. Cum ignorarent vulgo omnes *negantem particulam*, quam nos (uncis quidem inclusam) adjecimus, sic ad hunc locum commentatus est WOLFIVS: „Τί οὖν; ἔφη· *Quid tum, inquit;* Epictetus scilicet. Ea quae sequuntur videntur interrogative legenda, hoc fere modo: *Quid tum? inquit. Ei-ne, qui non tantum legit, sed etiam intelligit argutias dialecticas, maximarum rerum judicium est credendum?* Quasi dicat, Nequaquam. Si sine interrogatione legatur; significat, quid fiat, non quid fieri debeat. Philosophi, inquit, est, non Dialectici, vere laudare, & vituperare. Cicero Lucullo: [Acad. II. 28.] *Dialecticam inventam esse dicitis, veri & falsi quasi disceptatricem & judicem. &c. — — Quod sit summum bonum, quid habet, ut queat judicare? Quid igitur judicabit? quae conjunctio, quae disjunctio vera sit, &c.* Lector ipse locum hunc inquirat, quem brevitatis caussa omitto, quanquam non ad hoc tantum caput intelligendum utilem.“

Post Τί οὖν, ante Vptonum omnes *interrogandi signum* ponebant; quod ille, monitus (ut video) a Salmasio, sustulit, ut τί idem ac διὰ τί valeret; percommode id quidem, quamquam fere perinde erat. Caeterum e sequentibus verbis, prouti vulgo legebantur, ad quae nihil adnotavit Vptonus, nullum plane sensum extricare mihi licuit, nisi adjecta *particula negante;* quam & res ipsa poscebat, & parallelismus sequentis membri orationis, ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς, denique tota cum antecedens, tum consequens oratio. Quare aut eodem loco, quo uncis inclusam posui, inserenda fuerit particula μὴ vel οὐ, aut articulus τῇ in μὴ mutandus. Negantem particulam a Teutonico etiam Interprete hoc loco suppletam video. Juvenis ille, de quo agitur, satis sese prodiderat *non posse* ita, ut par erat, & uti videri voluerat,

rat, *rationem complexi sive connexi syllogismi pervidere ac dijudicare.* λόγος vel συλλογισμὸς συμπεπλεγμένος idem est ac συνημμένος, *syllogismus hypotheticus connexus*, id est, cujus major propositio est hypothetica connexa sive adfirmans. Conf. Simplic. ad Enchir. c. 58. p. 292 sq. edit. Lugd. Aliud est τὸ συμπεπλεγμένον, de quo vide ad II. 9, 8.

Ibid. ἔπαινον πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Hæc quo pertineant, definire non ausim. Fortasse, finito cursu Dialectico, nunc in eo erat juvenis noster, ut Rhetoricas frequentaret scholas; aut etiam in arte Rhetorica, non minus quam in Dialectica, magnos jam profectus fecisse sibi videbatur: cujus artis & exercitationes & specimina, pro illius ætatis more, potissimum ponebantur in declamationibus, quibus laudes aut vituperia hominum, virtutibus, aut vitiis clarorum, exsequebantur, aut de rebus bonis & malis disserebant, & locum aliquem ex morali Philosophia tractabant; quo in genere & elaborabant sæpe & eminere etiam sibi videbantur multi, priusquam, quid esset bonum, quid malum, quid laudabile, quid vituperandum, ipsi ex moralis Philosophiæ diligenti studio recte perceptum habuissent. Illum igitur fortasse morem respicit Epictetus in his verbis, ἔπαινον πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Sed, ut dixi, mihi de hac parte sermonis Epicteti non satis liquet: & doctiorum virorum auctiorumque interpretationem exspecto. Fortasse etiam meliores codices, quos adhuc superesse spero, si olim excutientur, cum huic loco, tum bene multis aliis, clariorem lucem adfundere poterunt.

Ibid. κἂν τινα κακῶς λέγῃ, οὗτος ἐπιστρέφεται; *Quod si quem vituperat, is curabit?* Nil variant libri nostri, nisi quod, pro κακῶς, temere scribit pc. Cæterum vulgo omnes absque interrogatione legunt; & sic vertit Vptonus cum Wolfio: *Quod si cui maledicit, is curat.* Ego *interrogandi signum* adjiciendum putavi, ut ea prodiret sententia, quam in versione expressi. Fortasse autem rectius pronomen οὗτος cum λέγῃ conjungeretur, in hanc sententiam, *quod si quem vituperat hic homo.* Sed id quidem parum referre videtur. At in verbis proxime sequentibus, κἂν ἐπαινῇ τινα, ἐπαίρεται, ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἔξῆς; non modo rursus interrogandi signum in fine adjeci, quod ignorant alii;

alii; verum etiam reliqua verba aliter, quam vulgo factum, distinxi. Nempe superiores omnes sic: κἂν ἐπαινῇ τινα, ἐπαίρεται ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς, ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς. id est, Wolfio interprete & Vptono: *Si quem laudat, rebus adeo minutis extollitur is, qui id quod consequens est, non deprehendit.* Ad quae verba, haec WOLFIVS adnotavit: „ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς. *Qui id quod sequitur, non invenit:* hoc est, (ut opinor) Dialecticae imperitus magni facit Dialectici de se judicium. Ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς. Quae sunt illa parva? Num argutiae Dialecticae? an vero imperiti judicis laudes.“ — Mihi, licet haud satis commoda videri poterat verborum trajectio, tamen manifeste jungenda visa sunt haec, ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς, id est, *hic, qui in tam minutis rebus* (quale est judicium de ratione syllogismi hypothetici ferendum) *id quod consequens est, non cernit.*

Vers. 15. Αὕτη οὖν ἀρχὴ τοῦ φιλοσοφεῖν. „Vide lib. II. cap. 12. [cap. 11. voluerat] in initio.“ VPTON.

Ibid. πρὸς τὰ μέγιστα. πρὸς τὰ μεγάλα dant tres nostri codd. pabc.

Vers. 16. συντάξεις ἀγοράσαντες ἐπιβάλλονται ἐσθίειν. διὰ τοῦτο ἐμοῦσιν, ἢ ἀπεπτοῦσιν. „Seneca de Tranq. Animi, c. 9. *Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumtus emittitur, — — Distrahit animum librorum multitudo. — — Fastidientis est stomachi, multa degustare: quae ubi varia sunt, & diversa, inquinant, non alunt.* Hic M. Antonin. II. 2. Ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι σπῶ. Idem mox: τὴν δὲ βιβλίων ὀλίγαν ῥίψον.“ VPTON. — σύνταξιν, pro συντάξεις, dant pabc. minus recte. Pro ἀγοράζοντες, ἀγορά σαντες scribit pc.

Ibid. ἀπεπτοῦσι recte edd. cum pb. Corrupte ἀπετοῦσι pa. ἀπαιτοῦσι pc.

Vers. 18. ἀνεξέταστον βίον μὴ ζῆν. „Vide III. 13, 15. Socratis verba sunt apud Platonem in Apol. sect. 18. [sect. 28. p. 112. ed. Forster.] Ἐάν τ' αὖθις λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο, ἑπάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων, περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἠκούετε διαλεγομένου, καὶ ἐμαυτὸν καὶ ἄλλους ἐξετάζοντος, (ὁ δὲ ἐξέταστος βίος, οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ) ταῦτα δ' ἔτι ἧττον πείσεσθέ μοι λέγοντι.

τι. Respexit autem ad Epicteti hunc locum M. Antonin. III. 5. Μήτε ἀκούσιος ἐνέργειᾳ, μήτε ἀκοινώνητος, μήτε ἀνεξέταστος." VPTON.

CAPVT XXVII.

TIT. Ποσαχῶς αἱ Φαντασίαι γίνονται. Verbum γίνονται perperam h. l. deest in pab. Sed habent illud iidem codd. in Tabula Capitum libro primo præfixa.

Ibid. πρὸς αὐτάς. Sic recte Vpt. ut scribendum monuerat Meibom. Mendose olim πρὸς αὐτὰ edd. & mssti nostri; sed hi quidem in Capitum Indice verum tenent.

Vers. 1. ἢ γάρ, ὡς ἔστι τινὰ, οὕτω φαίνεται. Sic scripsi cum nostro pb. Cæteri vulgo, ἢ γάρ ἐστί τινα οὕτως, ὡς φαίνεται.

Vers. 2. ἐν πᾶσι τούτοις εὐστοχεῖν, ἔργον ἐστὶ τοῦ πεπαιδευμένου. Ὁ πεπαιδευμένος e Stoicæ disciplinæ usu intelligendus, quo tria hominum genera distinguebantur: ὁ ἀπαίδευτος vel ὁ ἰδιώτης; tum ὁ ἠρεμένος παιδεύεσθαι, vel ὁ παιδευόμενος, idemque ὁ προκόπτων; denique ὁ πεπαιδευμένος vel ὁ φιλόσοφος. Enchir. c. 5. (c. 10. recens. Wo.) & cap. 48. (Wolf. 71 sq.) Vide Not. ad I. 4, 1. Dicit autem: *in omnibus istis scopum attingere, & numquam errare, munus esse & rem eruditi hominis & perfecti philosophi:* at nempe is, qui nondum est perfectus philosophus, cui vero curæ cordique est ut in via ad veram eruditionem, ad veram sapientiam, profectum faciat, is eam partem curabit quæ est maxime necessaria: curabit, ut rectum de rebus bonis & malis judicium ferat, ut perturbationum animi vim frangat; cavebit, ne a pravis consuetudinibus abripi se patiatur: hoc, inquam, prius curabit, hoc prius aget, in hoc prius elaborabit, quam discere volet, quibusnam dialecticis subtilitatibus occurrendum sit Pyrrhonicorum & Academicorum sophismatibus. Hoc argumentum, hoc caput caussæ est, quod Dissertatione hac continetur.

Ibid. ἐκείνῳ δεῖ προσάγειν τὴν βοήθειαν. „Ad hunc locum respexisse arbitror M. Anton. V. 36. Μὴ ὁλοσχερῶς τῇ Φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ δύναμιν, καὶ κατ' ἀξίαν." VPTON.

Ibid. Πυῤῥώνεια. Sic bene ed. Cantab. & seqq. cum pabc. Πυῤῥώνια editt. vett.

Vers. 3. αἱ τῶν πραγμάτων πιθανότητες. „*Rerum probabilitates:* id est, illecebræ ad assentiendum; ut divitiarum

vitiarum πιθανότης est, eas esse bonum, & expetendas; mortis, eam esse malum, & aversandam." WOLFIVS. „Confer II. 22, 6. III. 7, 23. Laërtius in vita Zenonis, VII. 89. Διαστρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῷον, ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων. *Perverti autem rationale animal, interdum exterioribus negotiis inductum, quandoque crebris sermonibus eorum quibuscum versatur.* M. Anton. V. 6. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. *Siquidem & illi rationis specie quadam probabili abducuntur.*" VPTONVS. Apud Laert. l. c. equidem πραγμάτων scribendum putem, pro πραγματειῶν, quod non erat illius loci.

Ibid. βοήθειαν ἀνευρίσκειν. εὑρίσκειν h. l. pc. sicut paulo post dant omnes.

Vers. 4. τὸ ἐναγίζον ἔθος. „Vide III. 13, 6 sq. & II. 18, 25." VPTON.

Vers. 5. Τάλας ἐκεῖνος. Perperam ἐκεῖνον Ven. & Bas. Correxit Genev. & sqq.

Ibid. ἐξεκόπη. Vulgo hæc conjungebant, ἡ μήτηρ ἐξεκόπη, quæ separanda esse, ut ad juvenem referatur ἐξεκόπη, recte docuit Wolfius: cui tamen in græcis non obsecuti sunt editores ante Vptonum. — „ἐξεκόπη, *sublatus, excisus est;* vel pro funditus interiit, vel morte violenta interiit, accipio." WOLFIVS. Satis fuerit, si, quod mox ait, *immatura morte abreptum* intelligamus. *Pater & mater perierunt:* non hoc dicit, ipsos pariter obiisse, ut Wolfius acceperat; sed ita dictum puta, ut quis de se ipse dicit, *perii;* ergo *perierunt*, i. e. *moerore confecti sunt.* De re confer Ench. c. 16. Tria verba, ἡ μήτηρ, & ἐξεκόπη, desunt pc.

Vers. 6. ἀπόσπασον σεαυτὸν τούτων τῶν φωνῶν. τούτων τῶν φαντασιῶν pc.

Ibid. τὰς ἐναργεῖς προλήψεις ἐσμιγμ. Vulgo τὰς προλήψεις ἐναργεῖς, ἐσμιγμένας &c. Placuit series verborum quam secutus est pb. qui nec comma ante ἐσμιγμένας posuit, perperam vero ἐσμιγμ. scripsit. Perperam porro προλείψεις ed. Ven. & Bas. pro προλήψεις. De προλήψεσι dictum cap. 22. ubi vide not. ad vs. 1.

Ibid. ἐσμιγμένας. „*Absersas;* a σμήχω, unde σμῆγμα." WOLFIVS. Idem in versione, *expolitas*, bene; nempe non *ærugine obductas*, sed læves & expolitas, ut, cum fert usus, uti eis possimus. Hoc magis placet, quam *repurgatas, puras*, ut vertit Vptonus in Ind.

Vers.

Verſ. 7. Cum ſic vulgo, conſentientibus noſtris mss. tis, legeretur: Ὅταν θάνατος φαίνηται, καλὸν πρόχειρον ἔχειν &c. id eſt, *cum mors apparuerit, bonum eſt in promtu habere* &c. monuit WOLFIVS: „Videtur omiſſum κακὸν. *Si mors viſa fuerit eſſe malum, bonum eſt*, &c.“ — Tum VPTONVS: „Recte Wolfius. Diſtingue itaque, Ὅταν θάνατος φαίνηται κακὸν, πρόχειρον ἔχειν &c. *Cum mors videatur eſſe malum, fac in promptu habeas*, &c.“ — Eodem vero modo curandum hunc locum, Meibomius etiam monuerat. Quibus ego in Græcis edendis obſecutus ſum, non modo κακὸν ſcribens, ſed & delens καλὸν, quo non erat opus; ſiquidem, ut mos eſt in præceptis, infinitivus pro imperativo uſurpatur, per ellipſin verbi δεῖ, χρὴ aut θέλε. conf. vſ. 14. Haud ita raro iſta vocabula καλὸν & κακὸν, per librariorum ſocordiam levitatemque, commutata inter ſe deprehendimus. Vide I. 22, 7. *n.* Sic paſſim apud Simplic. in Comment. in Enchir. Conf. Lexic. Polyb. in Καλός. ubi τὰ καλὰ γέγονε ſcribe, pro τὰ κακὰ, quod perperam ibi expreſſum eſt.

Ibid. ὅτι τὰ κακὰ ἐκκλίνειν καθήκει, καὶ ἀναγκαῖον ὁ θάνατος. „*Mala convenire declinare, mortem autem eſſe neceſſariam*; hoc eſt, inevitabilem, non igitur malam.“ WOLFIVS.

Verſ. 8. Ἔστω ἐμὲ μὴ εἶναι Σαρπηδόνα. Ignorant vulgo omnes negantem particulam; & verba iſta cum iis quæ ſequuntur ſic interpretatus eſt cum Wolfio Vptonus: *Fingam me (liceat enim magnifice loqui) Sarpedonem eſſe, ſatu Jovis editum. Abibo, & aut ipſe rem bene geram, aut alteri rei bene gerendæ occaſionem dabo.* — — *Sint hæc ſupra nos*, &c. Quæ ad verba, ſic illi commentati ſunt. „Ἔστω ἐμὲ εἶναι Σαρπηδόνα *Finge me Sarpedonem eſſe.* Quem Homericus Jupiter quamvis charum ſiſium, morti eripere non potuit.“ WOLFIVS. — „Mox imitatur orationem Sarpedonis. Homer. Il. μ'. 328.

Ἴομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.“

VPTON. Tum ad illa verba, Ἔστω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς. *Sint hæc ſupra nos.* ἐκεῖνο οὐ πίπτει εἰς ἡμᾶς; *illud non cadit in nos?* rurſus hæc notavit WOLFIVS: „Sententiam eſſe puto: Quamvis non optio detur nobis aut occumbendi, aut pugnandi fortiter in bello; illud tamen non eſſe a nobis alienum, ut moriamur. Dandam igitur operam,

operam, ut contra mortis metum parati simus." WOLFIVS.

Quæ ego legens relegensque, & Græca præsertim verba, prouti vulgata erant, in omnem partem vertens, nullam in eis sententiam, nullam certe sententiarum connexionem, potui perspicere. Inserta post ἐμὲ vocula μὴ, quæ facile inde excidere potuerat, plana sunt omnia. Denique ipsa verba ἔστω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς, (*Vers.* 9. initio) quæ manifeste ad superiora illa referuntur, haud dubie clamate mihi visa sunt, sic ibi Arrianum scripsisse, Ἔστω ἐμὲ μὴ εἶναι Σαρπηδόνα. Brevis & perspicua sententia hæc est: *Si non sumus animo tam eximie magno, quam Sarpedon fuit, ut, sicut ille, ultro & deliberato occurrere morti possimus; si hoc est supra nos, si nondum tantum in sapientiæ studio profecimus; nonne illud saltem in nos cadit, ut contra terrores mortis, quam sane effugere nullo pacto possumus, familiaria nobis reddendo sapienter præcepta philosophorum, munire studeamus?*

Vers. 9. ἔστω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς. ἡμᾶς ex Wolfii mente primus edidit anonymus Lond. tenuitque Vpt. consentientibus nostris codd. pabc. Sic etiam scribendum monuerat Meibom. Perperam ὑμᾶς superiores editiones, & sic prius videtur fuisse in pb.

Ibid. καὶ ποῦ φύγω τὸν θάνατον; „*Quo fugiam mortem?* hoc est, quo me recipiam, ubi sim tutus a morte?" WOLFIVS. — „Alludisse arbitror ad Socratis verba, Xenoph. Apol. s. 23. [p. 343. edit. Oxon.] ἔπειτα τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν, οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶψαι ἐδόκει, ἐρόμενος, εἶτου εὐδεῖέν τι χωρίον ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα οὐ προσβατὸν θανάτῳ. Vide Platon. in Critone." VPTON. Potuit illa Socratis oratio menti Epicteti, cum ista diceret, obversari. Sed verba hæc, ποῦ φύγω τὸν θάνατον, cum eis quæ superius vers. 7. his eisdem præmisit, τί γὰρ ποιήσω, e poëta aliquo ducta putem, quemadmodum Sarpedonis verba, quæ illis mox ibidem subjecit.

Ibid. παραβάλλει. Sic recte Vpt. cum Cant. & Lond. anon. Sic quoque corrigere jusserat Salmas. Perperam olim παραβάλει, quod ex παραβαλεῖ corruptum videri poterat. Sed præstat istud, in quod etiam consentiunt mssti.

Ibid. ἐπαοιδήν. „Vide ad II. 20, 12." VPTON.

Vers.

Verſ. 10. τὸ φοβεῖσθαι αὐτὸν μὴ ἀποφύγω; Vulgo ita orationem inſtruebant diſtinguebantque: οὐ δύναμαι τὸν θάνατον ἀποφυγεῖν. τῷ φοβεῖσθαι αὐτὸν μὴ ἀποφύγω, ἀλλ' ἀποθάνω πενθῶν; Quam rationem Vptonus etiam in contextu tenuerat, & locum in verſione cum Wolfio ſic expreſſerat: *Non poſſum effugere mortem. Metuendo quidem eam non effugiam. At moriar lugens & tremens?* Quæ cum frigida eſſe ſatis adpareret, & aliena ab Epicteti ratiocinatione; recte in Notis monuit VPTON: „Legendum cum noſtro codice τὸ φοβεῖσθαι, & ita diſtinguendum: Οὐ δύναμαι τὸν θάνατον ἀποφυγεῖν· τὸ φοβεῖσθαι αὐτὸν μὴ ἀποφύγω; ἀλλ' ἀποθάνω πενθῶν καὶ τρέμων; [Eodem modo legit & diſtinguit pb.] *Non poſſum effugere mortem: eſto: at timere mortem* (id eſt, *timorem mortis*) *non effugiam? ſed moriendum eſt mihi lugenti & trementi?* Vide infra, II. 1, 13. ubi eadem verba, τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον." —

Ibid. αὕτη γὰρ γένεσις πάθους &c. „Vide III. 2, 3. II. 17, 18." VPTON.

Verſ. 11. τὸν ἐμποδίζοντα ἐκτυφλῶσαι θέλω. „*Excæcare volo eum a quo impedior.* τὸ ἐκτυφλῶσαι, pro *adimere facultatem impediendi* intelligo. Videtur alludere ad Homericum Polyphemum; quo excæcato Vlyſſes ex antro evaſit." WOLFIVS. Mox verſ. 13. rurſus, τὸν ἐμποδίζοντα ἐκτυφλῶσαι. Iſta locutio, quemadmodum complures id genus aliæ, quæ in hisce ſermonibus occurrunt, non videtur ab Epicteto nunc primum inventa, ſed Stoicorum uſu jam olim trita, & ex eorum ſcriptis ducta.

Verſ. 13. μήτε τὰ πράγματα μεταθεῖναι. Articulum τὰ, quem ignorabant ſuperiores editiones, tacite adjecit Vpton. Recte vero: eumdem agnoſcit pb. In pc. plura hic verba deſunt.

Verſ. 14. Τί οὖν μοι χεῖρον ἔσται, ὧν ἐστί μοι νῦν; Quum χεῖρόν ἐστιν olim legeretur, monuit WOLFIVS: „Malim ἔσται. Impietas, inquit, cum jam ſim infelix, nihil mihi incommodabit." — Pariter MEIBOMIVS notaverat: „ἔσται fortaſſe." — Inde VPTON: „Noſter codex ἔσται. [Sic & pb.] Legendum itaque, Τί οὖν; ἐμοὶ χεῖρον ἔσται, ὧν ἐστί μοι νῦν; *Quid igitur? mihi erit pejus iis, quæ nunc mihi ſunt?* — Et in contextu ſic ediderat idem Vptonus: Τί οὖν; μοὶ χεῖρον ἔσται &c. Ego vero tenens ἔσται, recte in futuro poſitum,

interrogationis ſignum proxime poſt Τί οὖν, quod & ignorabant editiones veteres et mssti, delevi; quod ibi ſi poſitum Arrianus voluiſſet, haud dubie deinde non μοὶ χεῖρον ἔσται ſcripſiſſet, ſed χεῖρόν μοι ἔσται, transpoſitis verbis; quia nulla peculiaris emphaſis nunc in pronomine μοι vel ἐμοὶ ineſt, propter quam initio dictionis poneretur. De re, quæ hic agitur, conf. II. 22, 15 ſqq. & Enchirid. 31, 4. ubi vide quæ notavit doctiſſimus Heynius.

Ibid. ἐκείνου μεμνῆσθαι. „Deeſt δεῖ, vel legendum μέμνησθε. *Illud meminiſſe oportet*; vel, *illud memento-te.*“ WOLFIVS. „Ita loco imperativi infinitivus uſurpatur. Supple ὅρα, χρή, aut aliquid ſimile,“ UPTON. Nil frequentius. Conf. ſupra ad vſ. 7.

Ibid. ταῦτα οὐ δοκεῖ ἐπείγοντα; „*Non videntur hæc urgentia?* Significat, præcepta hæc eſſe maximi momenti.“ WOLFIVS. *Maxime neceſſaria.* conf. I. 17, 4 ſq. III. 2, 3.

Verſ. 15. Ἐρχέσθω καὶ ἀπαγέτω Πυῤῥώνειος καὶ Ἀκαδημαϊκός. ἐγὼ μὲν γὰρ, τὸ ἐμὸν μέρος, οὐκ ἄγω σχολὴν πρὸς ταῦτα. Si recte & ſuo loco ſtat γὰρ poſt ἐγὼ μὲν, neceſſe eſt proxime ante iſta verba vel exciderint nonnulla, aut cogitatione ſuppleantur, in hanc ſententiam, *hos non curo; horum argutias non moror; procul eos abire jubebo, & alios quærere quibuscum diſputent. Nam mihi quidem non vacat.* γὰρ libri hic agnoſcunt omnes, ſed μὲν caret pb. & in pa. inter lineas adſcripta eſt ea particula, a prima tamen manu. De καὶ particula, quæ eſt inter Πυῤῥών. & Ἀκαδ., dubitatio oborta fuerat Meibomio, anne cum ἢ eſſet permutanda; recordatus eſt tamen, ſupra quoque vſ. 2. pariter καὶ ſcribi. Ac ſane familiare eſt Græcis ſcriptoribus, καὶ ſubinde particulam ponere, ubi ἢ exſpectaſſes. Vide Lexicon Polyb. in Καί.

Ibid. οὐδὲ δύναμαι συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ. *neque poſſum patrocinari.* vel *ſuffragari, adſtipulari, obſequi mori.* Cui mori? Non aperte declarat: ſed, ſi quid video, ſignificat plerorumque Stoicorum morem, ad Chryſippi exemplum, de profeſſo in certamen cum Pyrrhoniis & Academicis deſcendentium, &, ſuas argutias illorum argutiis opponendo, æternis litibus, quibus parum proficiebatur, ſeſe implicantium. Hunc morem, inquit, ſi tenent alii, non invideo, nec improbo: puto, illis eſſe otium, (cf. vſ. 20 ſq. & loca ibi citata) &

habere

habere eos in tuto atque in liquido ea, quæ magis sunt necessaria; at mihi nec vacat, nec possum ego, pro mea parte, morem istum sequi. Iam sæpius vidimus monuimusque, alienum fuisse Epictetum a dialecticis subtilitatibus atque argutiis, quibus nimium delectabantur atque etiam gloriabantur plerique Stoicorum. Neque tamen aperte sententiam suam, ut videtur, declarare audebat; partim veneratione Chrysippi, summi in eodem genere artificis; maxime vero, ne animos juvenum, qui ista magni faciebant, & harum artium peritos singulariter admirabantur, nimium a se alienaret, & contemtum suæ institutionis, quæ ad mores formandos maxime pertinebat, eisdem adferret. Pro eo quod h. l. συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ dicit, infra vs. 20. τηρεῖν ait τὴν συνήθειαν, si modo vera ibi scriptura. Pro συνηθείᾳ h. l. ἀληθείᾳ habet pb.

Ad eadem verba, συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ, hæc notaverat WOLFIVS: „*Patrocinari consuetudini*: hoc est, sententiæ vulgo receptæ, de cognitione & certitudine rerum, quam oppugnant Sceptici, sublata assensione.“ — Cui Adnotationi his verbis subscripsit SHAFTESBVRIVS: „Recte. Vide Plutarch. de Contrad. Stoicorum.“

Vers. 16. εἰ καὶ περὶ ἀγριδίου &c. *Quod si mihi vel de agello negotium esset, alium patronum advocarem.* Nota duplicem usum verbi συνηγορεῖν, quod modo *suffragari, adstipulari* significat, ut proxime ante; modo *patrocinari, causam alicujus agere*, uti nunc. Lites interminabiles, quæ Stoicis intercedebant cum Academicis & Pyrrhoniis, confert cum litium contestationibus in judiciis, ubi non solum summa contentione, verum etiam cum omni genere argutiarum, cavillationum, calumniarum, fallaciarum, geri res solet: a quo toto genere alienum se esse ait, & sibi, gravioribus rebus occupato, otium ad illud non suppetere. conf. infra ad vs. 21.

Ibid. Τίνι οὖν ἀρκοῦμαι; τῷ κατὰ τὸν τόπον. „Τίνι, nempe συνηγορήσαντι.“ VPTON. „τῷ κατὰ τὸν τόπον. *Eo quod est hujus loci*; vel uno loco sum contentus: hoc est, vel una loci circumstantia refellit Scepticos. Nisi enim certi esset aliquid, cibus aliis non minus ingereremus, quam nobis ipsis, &c.“ WOLFIVS. „Male accipit Wolf.“ COMES SHAFTESB. „Verte: *Quonam ergo patrono contentus sum? Eo, quicunque sit, qui nunc adest.*

adeſt. Vide I. 28, 29.“ VPTON. — Immo vero, haud ita male Wolfius. Nam quemadmodum I. 28, 29. (quem locum cum hoc conferre ipſe Vptonus juſſit) τὸ κατὰ τὸν τόπον ἀληθὲς non eſt *verum quodcunque ſit quod nunc adeſt*, ſed *verum quod ad illum locum pertinet; id quod in ea re, de qua agitur, verum eſt; verum quod ad caput cauſſæ pertinet, de qua agitur:* ita & hîc τὸ κατὰ τὸν τόπον non eſt *id quodcunque ſit quod nunc adeſt*, ſed *id quod ad hunc locum, de quo quæritur, pertinet; quod ad caput cauſſæ pertinet de qua agitur.* Nam & τίνι οὖν ἀρκοῦμαι non accipio τίνι κατηγορήσαντι, ſed τίνι πράγματι, vel τίνι λόγῳ; *quanam igitur re, quonam argumento contentus ſum? quid igitur mihi ſufficit? Id quod ad hunc locum, quod ad rem ipſam, ad caput cauſſæ pertinet: quod rem ipſam conficit.* Caput quæſtionis, quæ diſceptatur inter Stoicos & inter Pyrrhonios atque Academicos, hoc eſt, an detur aliquod criterium veritatis, aliquod clarum ac certum veri judicium; ac primum quidem, verbi cauſſa, quæruntur de *evidentia ſenſuum*, ſive de *certo judicio veri in eis rebus quæ ſenſu percipiuntur.* Ego igitur non in illius quæſtionis difficultates me immitto, quo pacto & quibus rationibus exiſtant ſenſuum perceptiones; (*verſ.* 17.) ſed dico homini Sceptico aut Academico: *Vos evidentiam ſenſuum tollitis; vos negatis, dari ullum certum judicium veri in rebus ſenſu perceptis.* (*verſ.* 19.) Quod ſi ergo vobis exempla adfero, in quibus vos ipſi fateri cogimini, ſenſum nos numquam fallere; ſtat mea ſententia, & corruit veſtrum adſertum; nec opus eſt, ut ad omnes veſtras argutias reſpondeam.

Verſ. 17. Πῶς μὲν αἴσθησις γίνεται, πότερον δι' ὅλων, ἢ ἀπὸ μέρους. *Quo pacto ſenſus fiat;* utrum per totum corpus ſit fuſus, *an a parte aliqua exſiſtat.* Intelligitur, fuiſſe hanc unam ex infinitis quæſtionibus, quæ a Philoſophis olim ultro citroque jactabatur. Quæ quo pacto ab illis ſit tractata, & quid in utramque partem diſputatum fuerit, jam non occurrit, nec vacat inquirere. Pauca ad hæc SCHEGKIVS notavit, nec tamen ex antiquitatis fontibus. „Et quod *totum animal ſentiat*, & *quod parte certa ſentiat*, defendi poteſt. Quod enim ſentit, totum eſt animal: quo vero ſentit, inſtrumenta ſunt ſenſuum, & partes animalium, non totum animal.“ — Apud Sext. Empir. Pyrrh. III.

188.

188. ex Stoicorum ſententia dicitur, ἐξ ὅλου κινεῖσθαι τὸ πνεῦμα (vel τὴν ψυχὴν) κατ' ἐπάστην τύπωσιν. Ceterum in verbis notandum, illa δι' ὅλων tacite ſic ab Vptono eſſe conſtituta; ex auctoritate vero, ut puto, codicis, cujus tamen nullam mentionem fecit. Id ipſum vero habent & noſtri mssti omnes. πότερον δι' ὅλῳ mendoſe dabat Ven. δὴ ὅλῳ ed. Baſil. & ſeqq.

Ibid. ἀπολογίσασθαι ex edit. Ven. reſtitui; poſtquam in ἀπολογήσασθαι perperam mutatum eſſet in Baſil. quod tenuere poſteriores omnes atque etiam Vptonus. Illud eſt, *rationem reddere*, *rationem explicare*; hoc, *excuſare*, *defendere*. Vide Lexic. Polyb. & loca ibi citata. ἀπολογίσασθαι habent pac. ἀπολογησ. pb.

Verſ. 18. Οὐδέποτε καταπίνειν τι θέλων. „Confer II. 20, 28 ſqq.“ VPTON.

Ibid. ἀλλ' ἀεὶ ἐπὶ τὸν ἄρτον ἔρχομαι. Perperam ἔχομαι Ven.

Ibid. ὡς πρὸς σκοπόν. Sic ex conjectura corrigere non dubitavi. Vulgo omnes ὡς προκόπτων, quod Vptonus, præeunte Wolfio, *tanquam operæ pretium facturus*, interpretatus eſt.

Verſ. 20. τοῦ τηρῆσαι τὴν * συνήθειαν, τοῦ πεφράχθαι πρὸς τὰ κατ' αὐτῆς. Vulgo absque mendæ ſuſpicione hæc eduntur, & cum proxime antecedentibus in hunc modum vertuntur: *Quid ergo? non pro virili & hæc retinenda ſunt, ut conſuetudo defendatur? (obſervetur?* Vpt.) *ut obturatæ ſint aures ad ea quæ contra ipſam afferuntur?* At, quam nunc conſuetudinem, quem morem dicit? Putaveram ſtatim, illum rurſus morem hic dici, qui commemoratus eſt verſ. 15. ubi vide quæ notavimus. Sed tunc haud adparet, quid ſit πεφράχθαι πρὸς τὰ κατ' αὐτῆς, id eſt, *munitum eſſe* (nam hoc ſonat πεφράχθαι) *adverſus ea quæ ſunt contra illam conſuetudinem*, vel *contra illum morem*; haud adparet, inquam, hoc quid ſit: aut, rectius ut dicam, adparet, hæc poſteriora cum illis ſuperioribus non cohærere. Itaque ſuſpicatus ſum in vocab. συνήθειαν mendam latere, pro quo ſi τὴν ἀλήθειαν ſubſtituas, in plano & in liquido ſunt omnia, eâ ſententiâ quam in verſione expreſſi. *Quid igitur?* inquit. *Nonne pro viribus his etiam opera danda eſt*, ſcil. his quæ pertinent ad Pyrrhoniorum Academicorumque objectiones refutandas, *ut teneatur defendaturque veritas, & muniatur contra ea quæ illi adverſantur.* Ars Dia-

lectica confertur cum vallo, quo tenetur, munitur, defenditurque veritas. Sic Cicero de Legib. I. 24. postquam varias partes descripsit quibus viri vere philosophi scientia sapientiaque continetur, his verbis pergit: *Atque hæc omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, veri & falsi judicandi disciplina, & scientia & arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.* Confer Epictetum nostrum III. 26, 15. Notavi supra ad vs. 15. pro συνηθείᾳ ibi ἀληθείᾳ scribi in nostro cod. pb. Videtur vocabulum, cujus hic erat locus, per errorem librarii, mutata terminatione, in alienum locum fuisse translatum. Ego in Græco contextu dubitationem meam addito asteriſco significare contentus, in latina versione id, quod h. l. legendum suspicatus eram, expressi.

Vers. 21. Καὶ τίς ἀντιλέγει; &c. *Et quis negat?* Nempe, non ego. *At eum his operam dare oportet, qui potest, cui vacat.* Se vero non posse, sibique non vacare, supra dixerat, vs. 15. Sed dum modeste de se uno loqui videtur, auditores suos potissimum vult admonitos. (conf. ad I. 8, 5.) *Qui adhuc*, ait, *animi perturbationibus distrahitur, qui timet, qui angitur, qui invidia torquetur; is alia negotia habet*, multo magis necessaria, *quibus bene fecerit si operam otiumque suum tribuerit;* nempe is primum animum suum curet, &c. Conf. III. 2, 16.

Hanc fere esse mentem sententiamque hujus sermonis Epictetei putavi; ad cujus dilucidationem (cum non careret difficultatibus) parum vel nihil adtulit Vptonus. WOLFII ad postremum versum *Notata* sunt hujusmodi: „Καὶ τίς ἀντιλέγει; *Et quis contradicit?* Cui? utrum Scepticis? an vero: Quis negat quin ita faciendum sit, ut muniti simus contra Scepticorum ἀκαταληψίαν." — „Ἀλλὰ τὸν δυνάμενον. *Sed eum qui potest.* Scilicet, δεῖ περιφράττειν. Eum qui rationes contrarias opponere potest: hoc est, ejus est refutare Scepticos, qui mentis & sensuum integritate est præditus, quique abundat otio. Quasi dicat, stultos assentiri Scepticis, quorum ita sit absurda oratio, ut eam refutare supervacaneum esse videatur." — „Τὸν δὲ τρέμοντα. *Qui vero tremit.* Significat, opinor, infirmi & timidi esse animi, nugis Scepticorum commoveri." Hæc *Wolfius.* Ad quæ SHAFTESBVRIVS, referente Vptono, breviter, ut solitus erat, adnotavit: „Sensum omnino non vidit Wolfius

fius in Notis." — Quid vero ipse senserit vir doctus ingeniosusque, non declaravit. Ad verbum σχολάζουσα, idem *Shaftesb.* monuit: „Vide infra." Respiciens nempe (ut Vptonus indicat) I. 29, 58. II. 14, 29. III. 2, 16. Conf. supra, Not. ad vs. 2.

CAPVT XXVIII.

De eodem *Argumento*, quod hoc capite tractatur, confer Cap. 18. hujus libri.

Vers. 2. ἡ Φύσις αὕτη ἐστὶ τῆς διανοίας. Ante Vptonum edd. omnes ἡ Φύσις αὐτή ἐστι. Hinc jam olim WOLFIVS: „Lego αὕτη, ab οὗτος." — „Recte; (inquit VPTON;) & ita noster codex." — Sic & noster pc. Accedit pb. qui ita habet, ὅτι Φύσις ἐστὶν αὕτη.

Ibid. τοῖς μὲν ἀληθέσιν ἐπινεύειν &c. Conf. I. 7, 5. not.

Vers. 3. Παίδε, εἰ δύνασαι &c. „Verbum πάσχειν ita hic usurpatur, ut supra annotavimus. [ad I. 18, 1. conf. Adn. ad I. 2, 3.] *Afficere animo* quia durius videbatur, verti, *persuade tibi.* Eadem est verbi ἀποπάσχειν ratio. Simplicius [in Procem. Comment. in Enchir. p. 2. edit. Lugd.] πάσχειν ὑπὸ τῶν λόγων, *moveri atque affici oratione.*" WOLFIVS. Aliud vero est παθεῖν τι ὑπὸ τῶν λόγων apud Nostrum II. 20, 34.

Ibid. πάιδε ἢ ἀπόπαιδε ἀπὸ τοῦ ἀρτίους εἶναι &c. „Pro ἀπὸ τοῦ, lego τὸ ἀρτίους." WOLFIVS. — „Delet ἀπὸ τοῦ Salmasius. *Persuade tibi, stellas esse pares;* seu *persuade tibi, stellas non esse pares. Fieri non potest:* quia stellarum numerus nos latet. Vide Cicer. Acad. [II. 10.] p. 93. edit. Davis." VPTON. De legitima constructione verbi ἀποπάσχειν, quod nonnisi in scholis usitatum fuisse videtur, haud liquet. Nec enim alibi usquam, quoad sciam, hodie reperitur, nisi hic apud Epictetum nostrum; & ne adnotatum quidem a Lexicographis est. Mendose ἢ ἀπόταιδε sola edit. Bas. quæ & ipsa paulo ante in ἀπόπαιδε consensit.

Vers. 4. Ὅταν οὖν τις συγκατατίθηται. Sic ex cod. Paris. corrigendum monuit Vpton, [nempe sic habent pab.] pro συγκατατίθεται, quod & ipse e superioribus editionibus propagatum in contextu tenuerat.

Ibid. ψευδεῖ συγκατατίθεσθαι. „Sequor nostrum codicem: [cum quo facit pb.] alii συγκατατίθεσθαι."

θέσθαι." VPTON. Percommodus tamen h. l. fuerat aoriſtus. Cæterum ψευδεῖ h. l. ſcripſi cum ed. Ven. Baſ. Gen. & codd. pac. a τὸ ψευδές. Quæ ſcriptura miro errori in ed. Col. occaſionem dedit, οὐκ ἤθελε δεῖ συγκαταθέσθαι. Correxit errorem editor Cantab. ψεύδει συγκαταθέσθαι ſcribens, quod tenuit Vptonus; ſic vero & in pb. hoc loco ſcribitur, ut paulo ante.

Ibid. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στερεῖται τῆς ἀληθείας, ὡς λέγει Πλάτων. „In Sophiſt. p. 228. ed. Steph. Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν. Plato de Legib. lib. IX. p. 860. Ὡς οἱ κακοὶ πάντες, εἰς πάντα εἰσὶν ἄκοντες κακοί. In Protag. p. 345. D. Ἐγὼ γὰρ σχεδόν τι οἶμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται οὐδένα ἀνθρώπων ἑκόντα ἐξαμαρτάνειν, οὐδὲ αἰσχρά τε καὶ κακὰ ἑκόντα ἐργάζεσθαι· ἀλλ' εὖ ἴσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ κακὰ ποιοῦντες, ἄκοντες ποιοῦσι. Vide Ariſtot. Ethic. lib. III. c. 5. Cæterum ad hunc Epicteti locum reſpexit M. Anton. VII. 63. & XI. 18. Idem lib. II. 1. Πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. & VII. 22. Confer autem [Epictet. noſtrum] I. 17, 14. I. 18, 4. II. 22, 36." VPTON. In στερεῖται h. l. conſentiunt libri; ſed II. 22, 36. στέρεται ſcribunt omnes, ut eſt apud M. Antonin. VII. 63. & XI. 18.

Verſ. 6. Δύναται οὖν τις &c. Vulgo omnes, Οὐ δύναται οὖν τις &c. quod absque interrogatione ſaltem erat efferendum, ut fecerunt ſuperiores. Vptonus vero, tenens negantem illam particulam, & tamen interrogandi ſignum in fine dictionis poſt μὴ αἱρεῖσθαι δ' αὐτὸ adponens, contrariam invexit ſententiam. Nam ferri quidem hæc ratio utcumque poſſet, ſi auditor hæc dicens induceretur. Sed Epictetus hoc quærit, *Fieri ne igitur poteſt;* tum ſibi ipſe (ſive ſuo, ſive auditoris nomine, perinde eſt) reſpondet: *Non poteſt.* Itaque importunam h. l. particulam ſuſtuli. Eadem ratione jam Wolfius verſionem adcommodaverat: *Num quis ergo poteſt id, quod ſibi expedire putat, non amplecti?* Quam verſionem ad verbum tenuit Vptonus.

Verſ. 7. Πῶς ἡ λέγουσα; Intercidiſſe ſuſpicor particulam δὲ, ut ſcripſerit Πῶς δ' ἡ λέγουσα; ubi ſubintelligitur λέγει ἐκεῖνο τὸ ἔπος.

Ibid. Καὶ μανθάνω μὲν &c. „Medeæ verba apud Euripidem; [verſ. 1087.] ubi tamen pro δρᾶν μέλλω, legitur

legitur τολμήσω. Hæc igitur variis lectionibus adjicienda. [Sed] veteres memoriter loca citaverunt; unde paſſim discrepantia. Vide autem [infra] II. 17, 19." VPTON. Non neglexit iſtam discrepantiam Muſgrav. ad vſ. 1086. quæ etiam in codd. nonnullis & in vetuſtiſſima editione legitur.

Ibid. ἡγεῖτο. „Alii ἡγεῖται. Nos auctoritatem noſtri codicis ſequimur." VPTON. Mendoſe ὑγεῖται Ven. Baſ. ἡγεῖται Col. Cant. & Lond. anonym. non male. Et ſic pabc. Pro συμφορώτερον, quod præcedit, minus recte συμφερωτ. dat pc. Idem paulo ante, τῷ θυμῷ, pro τὸ θυμῷ.

Verſ. 8. τίνι ἔχει ἀκολουθῆσαι, ἢ τῷ φαινομένῳ. „τῷ φαινομένῳ, *ei quod apparet.* Verti, *ſequi opinionem ſuam.* τὸ φαινόμενον, ſcilicet συμφέρειν ἢ ἀληθὲς ὑπάρχειν. Quisque id ſequitur, quod aut ſibi expedire, aut verum eſſe judicat." WOLFIVS. Non male τὸ φαινόμενον opinio vertitur. Sic enim & ἐρεῖν τὸ φαινόμενον eſt *dicere ſuam ſententiam*, apud Polyb. & alios. Conf. ad vſ. 32.

Verſ. 9. Τί οὖν χαλεπαίνεις αὐτῇ. „Si geminetur interrogatio, erit acrior ſententia, hoc modo: *Quid ergo ei ſuccenſes? eo-ne, quod maximis in rebus decepta eſt miſera?* Ad rem quod attinet, facinoroſis iraſcimur, non quia decepti ſunt; ſed quia ſua voluntate coacti & decepti ſunt, quia voluntas prava recto judicio non aſſentitur. Vt autem ei aſſentiamur, malo cogenda eſt." WOLFIVS.

Ibid. ὅτι πεπλάνηται ἡ ταλαίπωρος. Articulum ἡ, qui aberat vulgo, ſuo e codice adjecit Vptonus; ejusdemque codicis auctoritate idem mox, cum ἀνὴ τοῦ ἀνθρώπου eſſet editum, τοῦ articulum delevit. In utroque conſentientem habet pb. Mox, pro περὶ τῶν μεγ. eſt ἐπὶ τῶν μεγ. in pc. Pro ταλαίπωρος, cum articulus olim abeſſet, ταλαιπώρος legendum cenſuerat Salmaſ.

Ibid. οὐχὶ δ', εἴπερ ἄρα, μᾶλλον ἐλεεῖς. Quum absque diſtinctione (quam Vptono debemus) ſic olim hæc ſcriberentur, οὐχὶ δ' εἴπερ ἄρα μᾶλλον ἐλεεῖς; monuit WOLFIVS: „Εἴπερ ἄρα aut redundare, aut aliquid deeſſe videtur." — Hinc VPTONVS: „Incluſive; εἴπερ ἄρα, *ſi modo fas ſit, ſi ita dicam.* Ita apud Dion. Chryſoſt. p. 356. ἀλλ' (εἴπερ ἄρα) συνηδίκησέ σοι. Sic locum diſtingue." — Vptono vero jam præi-

verat Salmasius, duobus incisis intercipienda verba εἴπερ ἄρα notans. Recte. Hoc dicit Epictetus: *Si modo fas sit*, inquit, *miserari quemquam; miserari hanc potius debebis, quam ei irasci.* Cum de re, tum de eodem hoc loco, jam dictum est supra ad I, 18, 3. Formulam εἴπερ ἄρα rursus eodem modo positam habes III. 3, 17. & in eadem re, quæ hic agitur, IV. 6, 2.

Ibid. ὡς τοὺς τυφλοὺς ἐλεοῦμεν. „Sic supra, I, 18, 6. τὸν ἀποστετυφλωμένον· οὐ τὴν ὄψιν τὴν διακριτικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων, ἀλλὰ τὴν γνώμην τὴν διακριτικὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν. M. Anton. IV. 29. τυφλὸς, ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι. In eandem mentem Horat. Ep. lib. I. 10, 26.

Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
certius accipiet damnum, propiusve medullis,
quam qui non poterit vere distinguere falsum.“

VPTON.

Ibid. οὕτω καὶ τοὺς τὰ κυριώτατα τετυφλωμένους. „τὰ κυριώτατα intellige, non *maximis in rebus*, sed *quorum principales & præcipuæ partes excæcatæ sunt & claudicant.* Hæ vero sunt Judicium & Voluntas.“ WOLFIVS. τετυφωμένους pc. In contrariam partem sæpius inter se confunduntur duo ista verba a librariis. Particulam καὶ post οὕτω, quam ignorant vulgo omnes, opportune dedit noster pb.

Vers. 10. ἀνθρώπῳ μέτρον πάσης πράξεως τὸ φαινόμενον. Ante Vptonum non comparebat in editis articulus ad φαινομ. Hinc WOLFIVS: „Lego τὸ φαινόμενον.“ Et VPTON: „Suffragante nostro codice. Nota autem constructionem, τὸ φαινόμενον· — — — οὐδενὶ ὀργισθήσεται. Cætera inclusive.“ — Obsecutus viro docto, parentheseos signis inclusi verba λοιπὸν &c. quæ signa quum olim abessent, paulo obscurior erat connexio orationis. Artic. τὸ agnoscunt tres nostri codices. Eumdem adjectum voluerat Meibom.

Ibid. οὐ προσκόψει οὐδενί. „*Non offendit quenquam:* a verbo κόπτω, non a σκώπτω.“ WOLFIVS. Nempe mendose προσκώψει expressum erat in Bas. Ceteri recte. Minus commode vero cum Wolfio Vptonus *neminem offendet* interpretatus est, pro *offendetur*, *succensebit*, quod & connexio orationis hic desiderabat, &

ferebat

ferebat Græci sermonis usus. conf. III. 22, 89. & Lexic. Polyb. h. v.

Vers. 12. Ἡ Ἰλιὰς οὐδέν ἐστιν, ἢ φαντασία καὶ χρῆσις φαντασιῶν. Conf. ad vers. 32.

Ibid. ἀπάγειν. ἀπαγαγεῖν pc.

Vers. 13. Ἀπολώλει ἡ Ἰλιὰς οὐ μόνον. „Pro οὐ μόνον ἡ Ἰλιάς.“ VPTON. — Pro ἀπωλώλει, quod perperam dabant editt. omnes, ἀπολώλει reſcripſi cum pbc.

Vers. 14. Τίνα δὲ καὶ λέγεις. Minime incommoda hic particula καὶ, quam agnoſcunt editt. omnes, ante Vpt. & noſtri codd. pac. Eam, abjectam ab Vptono, & a noſtro etiam pb. prætermiſſam, ſuum in locum reſtituere placuit.

Ibid. Οὐδέν; Vulgo abſque interrogatione ſcribunt; non male, ſi Epicteto hoc verbum tribuitur. Sed litera majuſcula illud ſcribens Vptonus, ſignificaſſe videtur, ſe pro auditoris reſponſo habere; in quo facile ei adſenſus ſum. At ſic oportebat interrogative accipere; quod ego feci, ſignum interrogandi adjiciens, & *Nihil ne?* vertens.

Vers. 15. ἐμπρησθ. ἢ κατασκαφ. Pro ἢ eſt καὶ in pc.

Vers. 16. οἰκημάτια. οἰκήματα pc.

Ibid. νεοσσιαὶ. νεοσσειαὶ pa.

Vers. 17. *ſq.* Quæ verba apud nos complent verſum 18. Ὅμοιον οὖν ἐστι usque Κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. vulgo in edd. & msstis codicibus medio verſui 17. inſerta erant, inter iſta, ὡς οἴκησις· & πλὴν ὅτι μὲν &c. Vnde turbato nexu orationis, WOLFIVS ad illa verba, κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. πλὴν &c. monuerat: „Videtur poſterius membrum omiſſum, & ſic ſupplendum: ὁμοιότατον, ὅμοιον δ' οἰκία καὶ νεοσσιά; ὁμοιότατον πλὴν &c.“ — Ad verba κατὰ τὸ σῶμα, notaverat SALMASIVS: „κατὰ τὸ δῶμα. Ita omnino ſcribendum: nam σῶμα perperam.“

Perſpecte vero VPTONVS monuit, perperam vulgo verba complura ſuo loco eſſe mota, & in alienum rejecta. — „Videamus ipſa verba: (inquit) ἢ δεῖξον μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπου καὶ νεοσσιὰ πελαργοῦ, ὡς οἴκησις; (Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον.) πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ κεραμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἢδ' ἐκ ῥάβδων καὶ πηλοῦ. Quæ verba uncis incluſi, e loco ſuo mota eſſe videntur. Redige in ordinem igitur,

&

& sic lege: Τί μέγα ἢ δεινόν; ἢ δεῖξόν μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπου καὶ νεοσσιὰ πελαργοῦ, ὡς οἴκησις, πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ κεραμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἥδ' [rectius ἡ δ'] ἐκ ῥάβδων καὶ πηλοῦ; Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότα[τον]. Οὐδὲν οὖν διαφέρει ἄνθρωπος πελαργοῦ; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τούτοις οὐ διαφέρει. *Quid hoc magni aut atrocitatis habet? aut ostende mihi, quid inter hominis domum & ciconiæ nidum, quoad habitationem, intersit, nisi quod e trabibus, cæmentis & lateribus exstruuntur domunculæ, nidus autem e virgultis & luto? Ergo ciconia & homo inter se sunt similes? Quid ais? simillimi si corpora spectes. Nihil ergo differt homo a ciconia? Absit: verum istis rebus* (nempe, domo, & corpore) *non differt.*" — Hæc perspecte, ut dixi, VPTONVS; cujus rationem in ipso constituendo græco contextu adoptare non dubitavi. Præterea vero *vers.* 17. pro ἥδ', quod minus recte vulgo ibi scribebatur, in promtu quidem erat ἡ δ' corrigere, nempe ἡ δὲ (*νεοσσιὰ οἰκοδομεῖται*) *ἐκ ῥάβδων*, quemadmodum in versione cum Wolfio Vptonus acceperat ista verba, quæ respondere videbantur illis, *ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν — — οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, e trabibus — — domunculæ exstruuntur, nidus autem e virgultis & luto.* Sed opportunam his ipsis prioribus verbis medelam obtulerunt codices nostri pbc. pro ὅτι μὲν, ὅτι ὁ μὲν scribentes, scil. ὁ ἄνθρωπος, ut οἰκοδομεῖται non esset passivum verbum, sed medium, quod dicitur, reciproce accipiendum, *exstruit sibi*, & ut τὰ οἰκίδια esset accusativus casus. Ita simul fiebat, ut ἡ δὲ non amplius ad *νεοσσιὰ*, sed ad *πελαργὸς* debuerit referri. At hoc nomen quum constanter in masculino genere usurpent Græci, istum quoque errorem sustuli præeunte codice pb. qui plane id, quod desiderabatur, ὁ δ' ἐκ ῥάβδων, exhibebat. Denique (vers. 18.) verba ista, τί λέγεις; commodius ita intelligi putavi, ut ad præcedentem quæstionem pertineant: Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; τί λέγεις; Ad quam respondet Epictetus: Κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. Pro οἰκίδια vs. 17. οἰκήματα scribit codex pc. ut supra vs. 16. Pro οἰκοδομεῖται vero, perperam οἰκοδομῆται ed. Ven. & Bas.

Vers. 19. εὑρήσεις, ὅτι ἄλλῳ διαφέρει. „Noster codex, ὅτι ὅλῳ διαφέρει. „Recte forsan." VPTON. Speciem utique habet hæc lectio; nec sperno: neque tamen

men cum vulgato permutare auſus ſum, quod tuentur noſtri libri omnes.

Verſ. 21. *περιτετειχισμένον.* „Hic murus aheneus eſto. Horat. Epiſt. lib. I. 1, 60.“ VPTON.

Ibid. μὴ διαΦθείρηται τὸ αἰδῆμον. recte *διαΦθείρηται* ed. Genev. & ſeqq. cum pab. pro *διαΦθείρεται* quod erat in ed. Ven. & Baſ. cum pc. In ſcripturam *τὸ αἰδῆμον*, cum circumflexo in penultima, conſentiunt nunc edd. & mssti. Vide ad I. 25, 4.

Ibid. καὶ ἐπολιορκῆται. καὶ πολιορκ. pb.

Verſ. 22. *Ἔπτασέ, Φησι, μεγάλα.* Sic ſcripſi cum pb. quod & per ſe commodius eſt, & uſui Noſtri accommodatum. Cæteri vulgo omnes ignorant h. l. *Φησι*, ſed *Φασὶν* deinde interſerunt inter *ἐπῆλθον* & *οἱ Ἕλληνες*, ubi verbum illud delevi præeunte eodem cod. pb.

Ibid. ὅτε ἐπῆλθον. Temere & mendoſe *ὅτι ἐπῆλθον* ed. Col. & ſeqq. Correxi ex Ven. Baſ. & Gen. ubi *ὅτ' ἐπῆλθον*, & ſic pabc. De corrigenda menda monuit etiam Vpton in Notis.

Ibid. καὶ ὅτε οἱ ἀδελφοὶ. Rurſus *ὅτι*, pro *ὅτε* temere dabant Cant. Lond. anon. & Vpt. Recte *ὅτε* Ven. Baſ. Gen. Col. cum mssts.

Verſ. 23. *πταῖσμα δ' ἦν.* Deeſt conjunctio in pc. non male.

Ibid. ὅτε ἀπώλεσε. ὅτε pb. cum aliis in contextu, ſed ibi nunc *ὅτι* inter lineas. Mendoſe vero *ἀπόλεσε* habent ed. Ven. Baſ. invitis mssts.

Verſ. 24. *ἔκλαεν.* Bene ſic ed. Vpt. *ἔκλαεν* absque jota ſubſcripto habent ſuperiores editiones cum pac. *ἔκλαιεν* pb.

Verſ. 25. *καθαιρῆται.* „Sic noſter codex, & ms. Par. Alii libri *καθαιρεῖται.*“ VPTON. Subjunctivum poſtulabat particula *ὅταν*. Et in hoc conveniunt pabc.

Verſ. 26. *Ὅταν οὖν γυναῖκες ἄγωνται, καὶ παιδία αἰχμαλωτίζηται, καὶ ὅταν αὐτοὶ καταΦάζωνται.* „*παιδία — — ὅταν αὐτοὶ*: vocant Grammatici *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον*. Sic apud Anacreontem:

— — Βρέφος μὲν
ἐσορῶ Φέρον]*α τόξον.*“

VPTON.

VPTON.' — At nihil istis verbis commune cum hoc schemate. Distinguuntur *uxores*, *pueri*, *ipsi*; nempe *viri*.

Ibid. κατασφάζωνται. Sic recte ed. Genev. & sequentes cum pa. Mendose κατασφάζονται Ven. & Bas. cum pc. κατασφάττωνται pb.

Vers. 27. Πόθεν οὖν τοῦτο προσδοξάζεις; „*Cur istam opinionem adjungis?* scilicet, *cædes & exsilia esse mala.*" WOLFIVS. „*Vnde itaque hanc opinionem adjicis? unde itaque hoc ipsi tibi verum esse persuades, quod a visis suggestum est?* Legerem προσεπιδοξάζεις, vide A. Gell. lib. XIX. c. 1. nisi ita quoque M. Anton. VII. 64. καὶ μὴ προσδοξάζῃς, *opinionem ne adjeceris:* nihil amplius ex opinione tua adjeceris, quam quod ipse sensus renunciaverit." VPTON. Non turbare Vptonum debuit Gellii locus, ubi verbum προσεπιδοξάζειν alia ratione usurpatur, nempe pro synonymo fere verbi συγκατατίθεσθαι, & ipse Gellius interpretatur *sua assensione approbare.* Habemus apud Polybium, qui præ cæteris multa verba frequentavit e Philosophorum scholis & e Stoa potissimum ducta, similis formæ verbum cognatæque significationis cum προσδοξάζειν, προσδοξοποιεῖσθαι, cum ait: Τὰ μὲν ἄλλα ζῶα, ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις αὐταῖς δουλεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. lib. XVII. c. 15, 16. ubi nulla necessitas urgebat, ut verbum istud in duo, πρὸς δεδοξοποιημένον, dirimeremus. Et ex collatione hujus loci Epicteti, & illius quem e M. Antonino Vptonus citavit, intelligitur, verbum illud προσδεδοξασμένον, quod apud Suidam vulgo pro δεδοξοποιημένον legitur, (sub hac ipsa voce Προσδεδοξοποιημένον) non prorsus de nihilo esse, sed fortasse interpretationis causa fuisse a Grammatico adjectum, & a librariis deinde alieno loco, extruso altero verbo, positum. Vim verbi προσδοξάζειν Seneca expressit, cum ait: *levis dolor est, si nihil illi opinio adjecerit.* &c. Epist. 78.

Vers. 28. ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς κανόνας· Φέρε τὰς προλήψεις. *&c.* Confer I. 25, 6. II. 11, 11 sqq. II. 20, 21. III. 3, 15. Perperam ἔλθομεν edd. ante Vpt. cum pc. ἔλθωμεν dedit codex Vpt. & pab. Et ita corrigere jusserat Salmas.

Ibid.

Ibid. διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἱκανῶς θαυμάσαι τὸ γινόμενον. „Vertit Schegkius: *Quocirca mirari satis nequeo quod vulgo fieri solet.* Wolfius: *Nemo profecto satis mirari potest ea quæ vulgo fiunt.* Sed hoc certe contra Stoici mentem: haud enim decet mirari ea quæ vulgo fiunt. *Nil admirari:* hoc decantatissimum. Pro θαυμάσαι itaque lego τιμῆσαι, *æstimare;* nam τιμὴ est *pretium quo res aliqua æstimatur.* Deinde scribo interrogative: *Veniamus ad regulas; profer anticipationes: nam ob hanc rem non abunde datur æstimare ea quæ vulgo fiunt.* Sic videtur locus distinguendus, & legendus." VPTON. Nescio quem nodum in scirpo quæsivit vir doctus. Quis nobis persuadebit, adeo ab usu sermonis abhorrere debuisse Stoicum, & præsertim candidum & apertum Epictetum nostrum, ut sibi negatum putaret in familiari sermone verbo *mirari* ulla ratione uti? At quænam in his verbis difficultas: *Mirari satis non possumus pervulgatam hominum levitatem atque constantiam. Ad judicandas res minimi momenti adhibent regulas & certa principia: ubi agitur de re, quæ longe omnium maximi gravissimique momenti est, ibi nulla prorsus cautione opus esse existimant!* Non sane de illa *admiratione* cogitare hic debebat Vptonus, de qua cap. seq. initio agitur.

Vers. 29. τὸ κατὰ τὸν τόπον ἀληθὲς. „Verti, *in quoque rerum genere.* Ad verbum: *id quod eo loco* [potius, *in eo loco*] *verum est.*" WOLFIVS.

Ibid. εἰκῇ ποιήσει. Corrupte εἰκεῖ h. l. ed. Ven. & Bas.

Vers. 31. Κρείσσων γάρ εἰμι &c. Ironice dictum: *Nempe ego major sum Achille aut Agamemnone, ut illi quidem, quoniam primo cuique viso statim obsecuti sunt, in tanta mala inciderint, mihi vero nihil tale sit metuendum.* Hæc, si quid video, in universum est sententia hujus loci; quæ satis etiam perspicue in græcis inest verbis, exceptis postremis, ἐμοὶ δὲ μὴ ἀρκῇ τὸ φαινόμενον. Hæc quamcumque in partem verti sem, nullum inde sensum extrico. Itaque aut corruptum verbum ἀρκῇ puto; aut particulam μὴ delendam, ut sit, ἐμοὶ δὲ ἀρκῇ τὸ φαινόμενον, id est, *mihi vero satis sit, aliquid esse visum,* scil. *ut continuo illud faciam citra ullum errandi periculum, utque mihi non necesse sit discutere disquirereque rationem ejus sententiæ, quæ meo animo occurrit, aut ejus consilii quod primæ*

specie

ſpecie probabile mihi viſum eſt. Re iterum iterumque expenſa, negantem iſtam particulam uncis incluſi, ut merito ſuſpectam, ab iisque temere intruſam, qui orationis connexionem minus perſpexiſſent; quo & pertinet, quod *ἀρκεῖ* pro *ἀρκῇ* habent pbc. Pro *τοῦ Ἀχιλλ. ἢ τοῦ Ἀγαμεμν.* inverſo ordine pc. *τοῦ Ἀγαμ. ἢ τοῦ Ἀχιλλ.*

Verſ. 32. *Ἀτρεὺς Εὐριπίδου.* „Periit hæc fabula, temporis injuria, ut & Phœnix.“ VPTON. Euripidis Atreum, præter Epictetum noſtrum, commemoraſſe videtur etiam Dio Caſſius lib. LVIII. c. 24. ut monuit Fabric. in Bibl. Græc. T. I. p. 648. Quare immerito Barneſius ad Eurip. P. II. p. 458. negavit exſtitiſſe illius poëtæ fabulam hoc nomine. Tamen & BRVNCKIVS noſter, in Sophoclis Fragmentis p. 36. contendit, nullum fuiſſe Euripidis Atreum, diverſum ab ejusdem Thyeſte; ut adeo apud Arrianum h. l. intelligendus ſit *Atreus in Euripidis Thyeſte.*

Ibid. τί ἐστι; Τὸ φαινόμενον. — — τί ἐστι; Τὸ φαινόμενον. &c. Iſta omnia ſunt *φαινόμενα, viſa.* Poſſis & *opiniones* vertere. conf. ad vſ. 8. Sed vſ. 12. plane vocabulo *φαντασία* utitur. Sunt nempe *viſa, quæ* (temere quidem & præcipitanter, & non excuſſa, non ad rectæ rationis regulam exacta, ut paulo ante aiebat) *arripuerunt, adprehenderunt, & iis uſi ſunt iſti homines,* adeoque *ſibi propria reddiderunt, ſua δόγματα, ſua decreta fecerunt.* Quare (eodem ſenſu) omnia iſta, *δόγματα eſſe,* ait III. 3, 18. & alibi.

Ibid. Φοίνιξ. Fuit & Sophoclis & Euripidis fabula hoc nomine. Et quamquam Sophoclis Oedipus proxime ante commemoratus eſt, non tamen id ſatis cauſſæ eſſe videtur, cur *Sophoclis* potius, quam *Euripidis Phœnicem* h. l. ab Epicteto citari dicamus cum Fabricio Bibl. Græc. T. I. p. 632.

Ibid. Ἱππόλυτος. Exſtat hodieque *Euripidis Hippolytus;* & periit alia fabula eodem nomine ab eodem poëta edita. Commemoratur vero etiam *Sophoclis Hippolytus;* quem unice hoc loco intelligi voluit Fabricius l. c. p. 627. & ad Sext. Empir. p. 272. Quam in ſententiam BRVNCKIVS, quum nullum fuiſſe Sophoclis drama, Hippolytus inſcriptum, diverſum ab ejusdem poëtæ Phædra, monuiſſet, apud Arrianum h. l. intelligendum eſſe ait *Hippolytum* qui *in Sophoclis Phædra* inducebatur. (in Fragm. Sophoclis p. 36.)

Verſ.

Vers. 33. Τούτου οὖν μηδεμίαν &c. „Legendum: τούτου οὖν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, τίνος ἡμῖν εἶναι δοκεῖ; *Cujus esse videtur, non curare ut recte sentiat?* Sanos esse negat, qui non studeant veras habere de quibusvis rebus opiniones. Sunt ea quæ sequuntur, interrogative legenda.“ WOLFIVS. „Cod. Bas. habet ποιεῖσθε, cæteri ποιεῖσθαι: ita quoque noster codex, & τί ὑμῖν δοκεῖ, pro τίνος. Haud male. *Quid vobis videtur, nullam hujus rei habere curam?*“ VPTON. ποιεῖσθαι recte ed. Ven. & pabc. & id ante Vptonum jam restituerat anonymus editor Lond. In sequentibus verbis nil mutatum velim, neque ex Wolfii mente, nec ex codicis Vptoniani præscripto. Multo sane concinnius τίνος, *cujus (hominis) id esse videtur*, quam τί, *quid:* & in τίνος consentiunt pabc. Nec ὑμῖν in ἡμῖν mutato opus est; (quamquam ἡμῖν habet pc.) nec verbum εἶναι ullo modo desideratur.

CAPVT XXIX.

Vers. 1. Οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις ποιά. Forsan Η οὐσία scripsit, ut II. 1, 4. & a librario prætermissa est initialis litera, minio pingenda. Habes quidem & οὐσία ἀγαθοῦ absque articulo I. 20, 15. sed ibi alia grammatica ratio. Quod autem ait, προαίρεσις ποιὰ, id est, *certum quoddam voluntatis institutum*, (nam *institutum* latine dicere malui, quam cum Vpt. & Wolfio *affectionem*) pertinet illud ad τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν, *ad usum visorum*, & omnino ad usum in nostra potestate positum virium facultatumque nostrarum; ut docet locis paulo ante citatis; cum quibus conf. I. 8, 16. & ibi notata. Adde I. 30, 4. III. 3, 1.

Vers. 2. Τί οὖν τὰ ἐκτός; Ὕλαι τῇ προαιρέσει. Vide Not. ad vers. seq.

Vers. 3. Ἂν τὰς ὕλας μὴ θαυμάσῃ. „*Si materias non admiratus fuerit*, hoc est, non magni fecerit. Despicientia rerum humanarum commendatur. *Materiam* autem intellige & *res humanas*, non tantum divitias, uxorem, liberos, amicos, honores: sed etiam tuum corpus, sanitatem, robur, formam, celeritatem, horumque contraria. Sola enim virtus & sapientia a materiæ appellatione excipiuntur, & ad effectionem potius referuntur: non sunt ligna & lapides, sed architecti. Horatius idem docet epistola quadam his verbis:

Nil admirari, prope res eſt una, Numici,
ſolaque, quæ poſſit facere & ſervare beatum.“
WOLFIVS.

„Hoc autem paſſim inculcat, *Nil admirari;* uti Horat. Epiſt. 6. lib. I. Quod philoſophice admodum & erudite explicatur a Comite Shaftesburienſi in Vol. III. p. 202. Ipſe Epictetus, IV. 5, 8. μὴ γὰρ θαυμάζει τι τῶν γινομένων. IV. 1, 77. ὑπέθηκας τὸν τράχηλον, ἄν τι θαυμάσῃς τῶν μὴ σῶν. & alibi. Nec aliter M. Anton. XII. 1. Καὶ παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος, καὶ θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. Diog. Laërt. in vita Zenonis, VII. 123. τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων. Seneca, Epiſt. 45. *Hoc nos doce, beatum non eum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: ſed illum, cui bonum omne in animo eſt, evectum, & excelſum, & mirabilia calcantem.* Idem de Vita Beata, c. 3. *Aliarum rerum, quæ vitam inſtruunt, diligens, ſine admiratione cujusquam.* Hoc τὸ ἀθαύμαστον vocat M. Anton. I. 15.“ VPTON.

αἱ ὕλαι quæ ſint, recte interpretatus Wolfius eſt; nempe *eæ res*, ea *objecta*, ut in ſcholis loquuntur, *in quibus occupatur, circa quæ verſatur noſtra* προαίρεσις, *& uſus virium noſtrarum;* quo pertinent in primis *res externæ.* conf. II. 5, 1. not. II. 6, 1 ſq. Sed certo reſpectu alibi etiam ipſam *mentem* noſtram, τὸ ἡγεμονικὸν, ὕλην dicit τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ, III. 3, 1. nempe quatenus hoc ſibi propoſitum habet, in hoc elaborat vir bonus, ut mentem ſuam excolat atque perficiat.

Ibid. δόγματα, ὀρθὰ μὲν ὄντα &c. „Ὀρθὰ, *recta*, & στρεβλὰ, *curva*, pari modo, idque in re philoſophica, opponuntur apud Horat. Epiſt. lib. II. 2, 44.

Scilicet ut poſſem curvo *dignoſcere* rectam.“
VPTON.

Verſ. 4. τέθεικε. δέδωκε pc. temere.

Ibid. Μή· ἀλλὰ παρὰ σεαυτοῦ. Frigide & languide hæc nunc repetuntur, poſtquam graviter & ſignate modo dixerat, eſſe hanc legem a Deo conſtitutam, παρὰ σεαυτοῦ λάβε. Quare dubito, an iſta ab auctore ſint; quæ imperite intruſa videtur. Sed poterat repetitis his verbis veluti transitu uti ad ea quæ ſequuntur.

Verſ.

Vers. 5. Ὅταν ἀπειλῇ ὁ τύραννος, *&c.* Vide I. 1, 23 sq. I. 25, 30.

Ibid. καὶ μὲ καλῇ. καὶ μὴ καλῇ Ven. Bas. Gen. Col. nec aliter pabc. Hinc WOLFIVS: „καὶ μὴ καλῇ, *& non vocet.* Lego καὶ μὲ καλῇ, *meque vocet.* Sæpe mentionem facit Epictetus accessus ad Cæsarem, ut rei maxime formidabilis.“ — Illud μὲ in contextum recepit editor Cantab. & tenuit anonymus Lond. & Vptonus. Monuit tamen VPTON in Notis, καὶ καλῇ dare suum codicem, deleta vocula μή. At vide, ne καὶ μ' ἐγκαλῇ scripserit Arrianus; quod & per se probabile videri poterat, & ex vers. 10. confirmari videtur. Ad vulgatam olim scripturam Meibomius adnotaverat: „Forsan μετακαλῇ, aut μὲ καλῇ, vel μὴν καλῇ.“

Ibid. Τίνι ἀπειλεῖς, & mox χερσὶν ἀπειλεῖς, & *Vers.* 6. τῷ τραχήλῳ ἀπειλεῖς. Omnibus his locis ἀπειλεῖς suo e codice edidit Vptonus, pro ἀπειλεῖ, quod habebant superiores editiones cum pabc.

Vers. 6. Κἂν ἐξορισμὸν ἀπειλῇ· τὸ αὐτό. „Τὸ αὐτό, *tantundem est, idem est.* Probo tamen Salmasii lectionem, τῷ αὐτῷ, scil. ἀπειλεῖς. Istud ὅλῳ quoque defendi possit ex IV. 1, 153. hoc modo: Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. Ὅλῳ τῷ σαρκιδίῳ. κἂν ἐξορισμὸν ἀπειλῇ· Τῷ αὐτῷ. *In custodiam te conjiciam: Corpusculo toti*, inquam, minitaris. *Si exilium minitetur: Eidem*, inquam, minitaris.“ VPTON. De illo, ὅλῳ τῷ σαρκιδίῳ, adsentior viro docto, intelligendum esse ἀπειλεῖς. In Τῷ αὐτῷ frigidum id mihi videtur intelligere. Sed ad τὸ αὐτὸ intelligo Φημὶ, *idem respondeo.*

Vers. 7. πέπονθα. Ne cum Meibomio πέποιθα suspiceris legendum; vide supra, ad I. 2, 3.

Vers. 8. οὐδὲ εἷς. οὐδεὶς pc.

Vers. 9. Ὑμεῖς οὖν, οἱ Φιλόσοφοι, διδάσκετε καταφρονεῖν τῶν βασιλέων. Conf. IV. 7, 33. Seneca, Epist. 73. *Errare mihi videntur, qui existimant, philosophiæ fideliter deditos, contumaces esse ac refractarios, & contemtores magistratuum ac regum, eorumve per quos publica administrantur. E contrario enim, nulli adversus illos gratiores sunt: nec immerito. Nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet.*“ VPTON. Respexit fortasse Epictetus id quod in Socratem etiam dixerat accusator, *sermones ejus ἐπαίρειν τοὺς νέους καταφρονεῖν τῆς καθεστώσης πολιτείας.* Xenoph. Memorab. I. 2, 9.

Ibid. Τίς ἡμῶν διδάσκει ἀνθιποιεῖσθαι πρὸς αὐτοὺς τῶν ὧν ἐκεῖνοι &c. „Αὐτοὺς pro αὐτοὺς sæpissime in hoc libro. Τίς ἡμῶν διδάσκει ἀντιποιεῖσθαι πρὸς αὑτοὺς τούτων, ὧν ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἐξουσίαν; *Quis nostrum docet, nobis ipsis arrogare eorum aliquid, quorum isti habent potestiam?*“ VPTON. Et mihi suspectum fuit τῶν, quod ante ὧν vulgo legitur, quod utique in τούτων mutandum videtur, nisi prorsus deletum malimus, cum satis per se sit ὧν ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἐξουσίαν. Quod ad αὐτοὺς adtinet, quod invitis libris omnibus in αὑτοὺς mutatum Vptonus voluit, ne ad eam quidem conficiendam sententiam, quam ille in istis verbis quæsivit, mutatione ea opus foret; quandoquidem quavis fere pagina pronomen istud, quod absolutum proprie & demonstrativum est, pro reciproco usurpatum videmus. At non dicunt Græci, quoad quidem nobis compertum, ἀνθιποιοῦμαι τούτου πρὸς ἐμαυτὸν, *mihi ipsi hoc arrogo* vel *vindico;* sed satis est ἀνθιποιοῦμαι τούτου; aut, si quid amplius ad exprimendam illam sententiam desideres, oportebat αὐτὸς vel ἐγὼ αὐτὸς ἀντιποιοῦμαι τούτου. At ex vulgato & haud dubio usu præpositionis πρὸς, dictio hæc, ἀνθιποιοῦμαι τούτου πρὸς αὐτὸν, ad verbum latine sonabit, *vindico hoc mihi adversus illum*, i. e. *de hoc cum illo contendo, hoc illi præripere conor.* Quam in sententiam diserte Suidas Ἀντιποιηθέντα per Φιλονεικήσαντα, id est, *qui contendit*, exponit. Atque ita plane rursus Epictetus noster II. 10, 8. IV. 7, 34.

Vers. 10. ἀναπείθω ἀνθιποιεῖσθαι. ἀνθιποιεῖσθαι ἀναπείθω pa.

Vers. 11. δέδωκε. ἔδωκε pa. minus commode.

Ibid. Ποῦ δύνασαι νικῆσαι δόγμα ἀλλότριον; Nota ποῦ, pro πῶς positum, ut passim aliâs. conf. ad II. 19, 21. Post ἀλλότριον cum abesset in editionibus omnibus interrogandi signum, interrogative legenda ista verba monuit Vptonus in Notis. Pro δύνασαι, perperam δύναμαι habet pb.

Ibid. Προσάγων, Φησὶν, αὐτῷ Φόβον. „Conf. I. 17, 25. Φησὶν est objiciendi formula; de qua ad I. 4, 9.“ VPTON. Perperam προσάγω pc. pro προσάγων.

Vers. 12. αὐτὸ αὐτὸ ἐνίκησεν. „Scil. δόγμα. Codex tamen noster αὐτὸς αὐτὸν.“ VPTON. αὐτὸ αὐτὸ pab. ut editi. αὐτὸ αὐτὸ pc. ne sic quidem male, ac fortasse etiam melius. In eamdem sententiam mox ait, προαίρεσιν

ρεσιν οὐδὲν ἄλλο νικῆσαι δύναται, πλὴν αὐτὴ ἑαυτήν. conf. I. 17, 26. Et hæc quidem dictio satis plana atque aperta, *voluntatem nihil aliud vincere potest, nisi ipsa se.* Illud vero, *decretum ipsum se vicit*, utique παραδόξως quodammodo & non satis adæquate expressum videri poterat; nam *idem decretum* non *ipsum se* vincere potest, sed *aliud* decretum vincit *aliud;* quemadmodum *alius impetus alium vincit*, & *alia adpetitio vel aversatio aliam vincit adpetitionem vel aversationem*, ut ait I. 17, 24. Quare specie non caret, quod in suo codice scriptum Vptonus ait, αὐτὸς αὑτὸν, quod etiam SALMASIVS ad oram sui libri adnotaverat; ubi tamen rursus MEIBOMIVS adscripsit: „melior est excusa lectio.“

Vers. 13. Τὸ κρεῖσσον ἀεὶ περιγινέσθω τοῦ χείρονος. περιγενέσθω pc. — Ad rem quod spectat, hæc adnotavit vir doctus: „Confer infra, vs. 19. & III. 17, 6. & III. 22, 101. M. Anton. V. 16. Ἡ οὐκ ἦν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων; & mox sect. 30. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς κοινωνικός. πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. & sæpius alibi. Seneca, Epist. 90. *Naturæ est, potioribus deteriora submittere.* Plato in Protag. p. 338. B. edit. Steph. Οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸν χείρω τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν. Apud Dionys. Halic. Rom. Hist. p. 5. [lib. I. c. 5.] senarius laudatur, sed interpretes non notaverunt:

Ἄρχειν ἀεὶ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας.

Philemon quoque apud Stobæum, Floril. tit. LXII. [Serm. LX. p. 383.] *Minora esse majorum* dicit: ita enim accipio; hodie tamen verba sunt corrupta. Lego adeo, pro ἡττόνων δὲ μείζονα, μειζόνων τὰ δ' ἥττονα. Levissima est mutatio; sensus commodus, & philosopho dignus:

— — Πάντα, δ' ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκε, μειζόνων τὰ δ' ἥττονα.

Omnia si consideres, prorsus aliorum sunt [*servа,*] *& minora quidem majorum.* Et Dio Chrysost. Orat. III. p. 47. Οὐκοῦν καὶ ᾧδιον (scribe ἡδίω cum interpr.) ἀνάγκη τὸν βίον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως. ὁρᾷς γὰρ ὅτι παντάχοῦ τὸ βέλτιον τοῦ ἥττονος ἔταξεν ὁ θεὸς προνοεῖν τε καὶ ἄρχειν· οἷον τέχνην μὲν ἀτεχνίας, ἀσθενείας

νείας δὲ δύναμιν, τοῦ δὲ ἀνοήτου τὸ Φρόνιμον προνοεῖν καὶ προβουλεύειν ἐποίησεν. ἐν πάσαις δὲ ταύταις ἐπιμελείαις, τὸ ἄρχειν, οὐδαμῶς ῥᾴθυμον, οὐδὲ, (lego ἀλλὰ) ἐπίπονον· οὐδὲ πλέον ἔχεται ἀνέσεως καὶ σχολῆς, ἀλλὰ Φροντίδων καὶ πόνων. *Proinde & ſuaviorem eſſe neceſſe eſt vitam boni regis. Vides enim ubique ita Deum ordinaſſe, ut id quod melius eſt, imperet & provideat inferiori: verbi gratia, fecit ut ars ei quod eſt ſine arte, ut potentia impotentiæ, ſapientia inſipientiæ provideat & proſpiciat. In omnibus autem hisce curis, principatus res non eſt ſegnis, ſed laborioſa; neque in ſe habet remiſſionem & ocium, ſed ſtudia & labores.*“ VPTON.

Verſ. 15. οἱ δὲ μὴ. Omnes ante Vptonum ὁ δὲ μὴ dabant. οἱ δὲ vero in verſione expreſſit Wolfius, & ſic in græcis corrigere juſſit; quod fecit Vpton, adſtipulante ipſius codice & noſtro pb. Eamdem correctionem ad oram ſui libri notaverat Meibom.

Verſ. 16. Σωκράτης οὖν ἵνα πάθῃ ταῦτα. „Proſopopoeia eſt.“ WOLFIVS. Delevi comma, quod poſt οὖν vulgo interſerebant. ἵνα vim interjectionis habet, *itane!* Elliptice, pro *fierine debebat, fierine poterat, ut Socrates* &c. ἵνα ταῦτα πάθῃ pb.

Ibid. Ἵν' οὖν τὸ Σωκράτους σωμάτιον. Vulgo omnes πραγμάτιον. Sed: „Lego σωμάτιον.“ WOLFIVS. — „Codex Salmant. * πραγμάτιον, in margine * σωμάτιον. Forſan recte. τὸ πρᾶγμα — — πραγμάτιον. Hinc cauſſa librariis errandi: ſi modo ſit error. vide III. 1, 31. & Indicem in voce Πρᾶγμα.“ VPTON. — At locus iſte, III. 1, 31. nil prorſus huc facit; quod & ipſe Vptonus in Ind. intellexiſſe videtur, cujus verba in Nota ad l. c. referemus. Et haud dubie aut σωμάτιον fuit h. l. ſcribendum, quod feci, aut σαρκίδιον ex verſ. 6. Meibomius σαγμάτιον ſuſpicatus erat. Vulgatum vero pertinaciter tenent codices noſtri. Simili dormitatione ac negligentia ſcriba codicis pc. mox pro τῷ σωματίῳ, in quod ceteri libri conſentiunt, τῷ σωκρατίῳ ſcripſit. Hoc loco, cum σωμάτιον ſcribere deberet librarius, aberravit oculo ad vocabulum πρᾶγμα, quod paulo ante præceſſit. Pari ratione in contrarium errorem incidit librarius ille, qui Archytæ fragmentum ſcripſit, quod Thom. Gale in Opuſculis Mythol. &c. p. 732. exhibet: cum πράγμασιν ſcribere deberet, oculo aberrans ad vocabulum

lum σώματος, quod paulo post sequebatur, σώμασιν, scripsit.

Ibid. καὶ συρῇ. „Pro συρῇ, σύρηται magis placet.“ VPTON. Non video, cur præsens tempus, quam aoristum mallemus, præsertim cum & præcesserit & sequatur aoristus.

Ibid. τῷ σωματίῳ τοῦ Σωκράτους. Sic suo e codice edidit Vptonus, cum quo facit noster pb. Alii τῷ Σωκράτους, quod magis etiam placet.

Ibid. κἀκεῖνο ἀποψύχῃ. Vulgo ἀποφύγῃ edd. & mssti. „Atque *illud aufugiat.* Potest de interitu corporis intelligi, quem fugam appellat. Sed legendum opinor ἀποψύχῃ, ab ἀποψύχω, non ab ἀποφεύγω: corpus enim manet, sed anima fugit. Apud Sophoclem est ἀποψύξαι βίου, pro ἀποθνήσκειν. Interpreteris igitur licet: *atque illud mori*, vel *frigore obtorpescere;* ut alludatur ad Platonis Phædonem, ubi Socrati βαρύνεται τὰ σκέλη, & ipse ψύχεταί τε καὶ πήγνυται.“ WOLFIVS. „Huic Wolfii interpretationi atque emendationi astipulatur vir Nobilis, Comes Shaftesburiensis.“ VPTON. Ego vero haud cunctanter recipiendam duxi. Etiam nude per se ἀποψύχειν *vita fungi* significat, & *animam efflare*, ut docuit Stephanus in Thes. h. v. Et Suidas: ἀποψύχειν, ἀποθνήσκειν. Vulgatum tenent pab. In pc, est ἐκείνῳ ἀποφυγῇ, quod nihilo melius.

Vers. 18. Ποῦ ἦν ἡ οὐσία. Sic scripsi cum nostro pc. Cæteri vulgo Ποῦ οὖν ἡ οὐσία.

Ibid. προσσχῶμεν. Literam σ duplicavi. Vulgo omnes προσχῶμεν, mendose.

Ibid. Ἐμὲ δ' Ἄνυτος καὶ Μέλιτος &c. Ex Platonis Apol. Socr. c. 18. ed. Forst. p. 93. Confer Nostrum II. 2, 15. III. 23, 21. & Enchir. in fine.

Ibid. γενέσθω. γενέσθαι ed. Ven. perperam, & refragantibus nostris mssti.

Vers. 19. ὅτι χείρονα ἔχων δόγματα. „Lego ὅτι ὁ χείρονα &c.“ WOLFIVS. Commodus utique foret articulus; sed fortasse non necessarius.

Ibid. τοῦ κρείττονος ἐν δόγμασιν. Recte hæc conjunxit Vpt. præeunte Lond. anon. & Wolfio. Sic vero & mssti nostri omnes. Perperam superiores editores verba ἐν δόγμασιν sequentibus junxerant; quem errorem notavit etiam Salmas.

Ibid. περιγινέσθω. Sic primus edidit Cantabrigiensis, quemadmodum vs. 13. legebatur; idque tenuere

Lond. & Vpt. Sic vero habet etiam codex pb. Olim περιγενέσθω h. l. legebatur, cum pac. quod teneri poterat.

Verſ. 21. κἀγὼ τὸν λύχνον ἀπώλεσα. „Vide ſupra, I. 18, 15.“ VPTON.

Ibid. τοσούτου ὠνήσατο λύχνον. Olim τοσοῦτον. Tum: „Lego τοσούτου vel certe τοσούτων.“ WOLFIVS. — „Clare exhibet noſter codex τοσούτου.“ VPTON. a quo id receptum, conſentiente pb.

Ibid. Τοῦτο ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελεῖν. „Hoc idem quod ſupra dicit, I. 18, 15. ὅτι ἔπαθέ τι ὁ ἄρας οὐκ ἀπίθανον.“ VPTON.

Verſ. 23. Καὶ ποίαν ἔπραξα ἂν εἰσαγωγὴν. Vulgo edd. omnes ἔπραξαν ἂν εἰσαγ. Ad quæ WOLFIVS notavit: „Lego ἔπραξ' ἂν. Εἰσαγωγὴν, hic intelligo σύνλομον διδασκαλίαν. *Quænam ita efficax doctrina, quod compendium, quæ ratio id mihi præſtare potuiſſet?*“ — Tum VPTONVS: „Recte Wolfius corrigit: vide omnino II. 16, 34. [& ibi not.] II. 17, 27. Nota interea ſignificationem vocis πράττειν, latiſſimo ſenſu. Dicimus Anglice, *to make*, eodem fere modo. Verte autem: *quibus elementis inſtructus eſſe potui?*“ — Mendoſam ſcripturam in contextu reliquerat Vptonus. Ego ἔπραξα ἂν εἰσαγ. ſcripſi cum pbc. a quibus non multum discedit pa. qui εἰσαγωγ. ἔπραξ' ἂν ſcribit.

Ibid. ἰσχυρ. ἐπιλαβ. μοῦ τοῦ ἱματίου. ἰσχυρότερός μου ἐπιλ. τοῦ ἱμ. pb.

Ibid. περισπάσαντες. περιστάντες pc. neſcio an rectius.

Ibid. ἐμβάλωσι. ἐμβάλλωσι pc.

Verſ. 24. Ἄλλο οὖν οὐδὲν ἔμαθον; „Potius ἔμαθες;“ VPTON. Minime vero! Bene habet vulgata, in quam conſentiunt libri. Dixerat verſ. præced. *Illud diſcere non potui, ut, ſi decem me traherent raperentque, ego non traherer.* Nunc ait: *Aliud ergo nihil didici?* Reſpondetque: *Immo, didici, quod in mea non ſit poſitum voluntate, id ad me non pertinere.* Cæterum, pro Ἄλλο οὖν, in quod conſentiebant edd. & mssti, Ἀλλ' οὖν poſuit Vptonus ſua auctoritate: quod quidem videri poterat nihil differre ab altera ſcriptura; ſed e verſione latina intelligitur, Ἀλλ' absque accentu ſcribere eum voluiſſe, quod eſſet ex Ἄλλα᾽ decurtatum: nam in verſione, pro eo quod Wolfius habebat, *Aliud ergo nihil didici?* ipſe, *At igitur nihil didici?* poſuit.

Ibid.

Ibid. ἵνα πᾶν &c. Naturalis verborum ordo hujusmodi: ἵνα ἴδω, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον, ἂν ἀπροαίρετον ᾖ, οὐδέν ἐστι πρὸς ἐμέ.

Verſ. 25. Πρὸς τοῦτο οὖν οὐκ ὠφελῆσαι; ὠφελῆσαι dabant Ven. & Baſ. WOLFIVS vero: „Lego ὠφέλησαι, paſſivi præteriti ſecunda perſona.“ — Atque ita edidit Colonienſis, & ſequentes. Recte, puto: quamquam vim horum verborum & connexionem cum præcedentibus non ſatis me percipere fateor. Interim ſic accipio: Poſtquam verſibus nonnullis præcedentibus in prima perſona, ut aiunt Grammatici, locutus eſt, ac veluti de ſe dixit id quod ad quemque philoſophum pertinet; nunc ſubito, ne de ſe uno videretur loqui, ad auditorem (ad quem iſta perinde ſpectabant) ſe convertit, ex eoque quærit: *Non tu eadem hæc didiciſti? non tu ex eis, quæ didiciſti, eumdem percepiſti fructum, ut perſuaſus ſis, ac firmiter hoc teneas, nihil ad te pertinere id, quod non ſit in tua poſitum voluntate?* conf. vſ. 35. Sed ut hæc ſententia atque hæc orationis connexio clarius intelligeretur ineſſe in his verbis, videtur diſerte ſignateque adjiciendum fuiſſe σὺ pronomen. Quare vide, ne in hunc modum Arrianus ſcripſerit: Πρὸς τοῦτο σὺ οὐκ ὠφέλησαι. Nempe eo loco, quo σὺ poſui, commode carere poteramus particula οὖν, quæ vulgo ibi legitur. At σὺ nullus e noſtris libris agnoſcit. ὠφέλησαι perſpicue dant pbc. ὠφελεῖ σε pa. in contextu; ſed in ora ὠφελῆσαι.

Verſ. 26. Καθήμενος λοιπὸν &c. Pergit in ſuperiore oratione, & rurſus in prima loquitur perſona: dum de ſe loqui videtur, aliis præcepta tradens, eosque, quid faciendum, monens.

Ibid. ὁ ταῦτα κραυγάζων. *Is qui* præ cæteris (conf. v. 22.) cum riſu atque ludibrio *ei adclamaverat, Philoſophe, quid te juvant tua præcepta atque decreta?* Οὔτε τῶν σημαινομένων ἀκούει &c. *Non intelligit hic homo vim verborum: nec quænam vis ſit præceptorum, quæ ille videt, nec quid ipſe dicat, novit.* &c. *Quid ergo tua refert, quid ille vociferetur?* Ἄφες αὐτόν. *Omitte illum!* Quod in ſingulari numero hoc verſ. dicit ὁ ταῦτα κραυγάζων, cum vſ. 22. in plurali numero ἐπικραυγάζουσιν ἄλλοι dixiſſet, turbare nos illa ἀνακολουθία non debet, quam fert uſus Epicteti in hisce ſermonibus, de quo jam monui ad I. 24, 14. Vide infra vſ. 34. & vſ. 59.

Vers. 27. Ἀλλ' ἔξελθε &c. Prosopopoëtica tota oratio, (ut jam supra Wolfius monuit,) & mimica quodammodo. Quo in genere mirus est artifex Epictetus. Hoc loco notavit VPTONVS: „Videtur αὐτὸν [in Ἄφες αὐτὸν] referri ad eum de quo supra, ὁ ταῦτα κραυγάζων. Ἔξελθε, ad Epictetum." — Recte.

Ibid. μηκέτι χρείαν. μὴ χρείαν pc.

Vers. 28. Μέχρις ἂν οὗ ὁ λόγος αἱρῇ. „*Quoad ratio evicerit, obtinuerit.* Platoni frequens loquendi modus." WOLFIVS.— „Plato in Critone, sect. 4. *ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτω αἱρεῖ, quandoquidem sic exigit ratio.* Herodot. lib. II. c. 37. καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτω αἱρέει. M. Anton. II. 5. *ἀπὸ τοῦ αἱροῦντος λόγου, a rationis dictamine.* Idem IV. 24. καὶ ὅσα ὁ τοῦ φύσει πολιτικοῦ ζώου λόγος αἱρεῖ, καὶ ὡς αἱρεῖ *Quæque animantis civilis ratio dictat, & quomodo dictat.* Sic legendum II. 2, 20. non λόγος ἀρκεῖ." VPTON. — Articulum ὁ adjeci ex pc. conf. infra, III. 24, 58. & Enchir. c. 32, 3. Ab aliis abest; nec id male, ut II. 2, 20. & III. 24, 44.

Ibid. λάβετε αὐτό. „*Accipite* [vel, *sumite*] *corpus:* ipse enim derelinquam. Hæc spectant ad sapientem *αὐτοφόνον*, & sibi ipsi manus inferentem. Hoc concedit; *σπανίως* tamen, neque *ἐκ τῆς τυχούσης προφάσεως.* Vide omnino I. 9, 20. & quæ ibi notavimus." VPTON.

Vers. 29. μὴ μαλακῶς. μὴ κακῶς pb. quod ita dictum intelligi possit, ut κακὸς στρατιώτης dicitur *ignavus miles.* Sed nolim solicitari vulgatum.

Ibid. πάλιν γὰρ &c. *πάλιν, rursus, vicissim.* Non erat cur solicitaret hoc Meibomius, πάλην legere jubens.

Ibid. χρείαν γὰρ ἔχει κόσμου τοιούτου &c. „Vide ad I. 6, 13." VPTON.

Ibid. ἐὰν δὲ σημήνῃ τὸ ἀνακλητικόν. „Vide ad I. 9, 16." IDEM. ἐὰν δὲ σημαίνῃ pc.

Vers. 30. λέγειν δεῖ ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς; Sic rursus vs. 64. κηρύσσειν δεῖ ταῦτα πρὸς πάντας;

Ibid. τὸ αὐτὸν πείθεσθαι. Sic edd. vett. consentientibus msstis. Præter rem αὐτὸν scripsit Vpton. cum anon. Lond.

Vers. 31. Σήμερον Σατορνάλια ἀγαθά. „*Bona Saturnalia! Jo Saturnalia!* Hic solennis clamor festis Saturni diebus. Livius XXII. 1. *Per urbem*, Saturnalia! *diem*

diem ac noctem clamatum. Petronius, c. 58. O Saturnalia! *Rego, menſis December eſt.* Vbi Heinſius legit, *Jo Saturnalia!* Sic enim, ſeu *Bona Saturnalia!* ſervi per urbem diſcurſantes clamitabant. Martialis lib. XIV. 79. [XIV. 70.]

Iſte tibi faciet Bona Saturnalia *porcus.*

Idem lib. XI. 2.

Clamant ecce mei, Jo Saturnalia, *verſus.*

Vbi tamen, ut verſui melius conſulatur, malim *Bona Saturnalia;* quamquam altera lectio defendi poſſet. Catullus:

Saturnalibus, optimo dierum."

VPTON.

Ibid. λέγομεν. „Adderem μὴ, vel τί; *num,* vel *quid dicimus?*" MEIBOM. At etiam nudum per ſe verbum interrogative intelligi poterat.

Ibid. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπιμ. ἀλλ' αὐτοὶ pc. & caret καὶ.

Verſ. 32. μεταπεῖσαι. μεταποιῆσαι pc. temere.

Ibid. μὴ δύνῃ. οὐ δύνῃ pb.

Ibid. ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο θέλῃ. „*Si te ſibi applaudere noluerit.* Malim θέλῃς. *Si tu ei applaudere nolueris.*" WOLFIVS. Et ego θέλῃς malueram.

Ibid. σιώπα λοιπόν. „σιώπα. λοιπὸν τούτων &c." SALMASIVS." — „At Meibomius: λοιπὸν plane cum σιώπα conjungendum. Mihi magis Meibomii diſtinctio placet: nam ſic in Enchir. c. 46. [c. 49. ed. Wolf.] σιώπα τὸ πολὺ." VPTON. Et λοιπὸν cum σιώπα jungunt edd. & ſcripti libri omnes.

Verſ. 34. Νέῳ γὰρ ἀπὸ σχολῆς ἀπιὼν εἰς περίστασιν ὅμοιός ἐστι τῷ μεμελετηκότι &c. Vulgo in edd. omnibus inde a Baſ. comma interſerebant poſt Νέῳ γὰρ, ut cohærerent illa, ἀπὸ σχολῆς ἀπιὼν εἰς περιστ. quæ vertebant, *qui e ſchola abiens in diſcrimen incidit.* Quo ſpecioſius erat id quod VPTONVS ad h. l. adnotavit: „Cod. Salmant. [id eſt editio Salmanticenſis] in marg. νέος. Et ſic legendum arbitror. *Juvenis enim, qui e ſchola abiens in diſcrimen incidit, ſimilis eſt ei, qui* &c." — Et νέος etiam Meibomius ſuſpicatus erat; idque ipſum codex noſter pb. (qui in contextu quidem cum aliis omnibus in νέῳ conſentit) ſuperne inter lineas adnotatum habet. Ego vero, quamquam omni ex parte emen-

emendata esse verba, qualia cum msstis & edd. exhibui, pronunciare minime ausim, tamen haud dubie dativum νέῳ ad τῷ μεμελετηκότι referendum putavi, simul vero comma post Νέῳ γὰρ delendum, quod nec editio Ven. nec scripti libri agnoscunt, ut cohærerent hæc, νέῳ ἀπὸ σχολῆς, id est, *juveni e schola*, *juveni scholastico*, *juveni studioso*, quemadmodum dicimus ἀπὸ περιπάτου, ἀπὸ στοᾶς. Id ipsum etiam MEIBOMIVS spectavit, cum adscripsit: „Vel distingue νέῳ γὰρ ἀπὸ σχολῆς, ἀπ.“ — Quod si quis tamen νέος prætulerit, cum eo equidem non contendam; & poterit is, ut alia taceam, præsidium sibi aliquod videri invenire in II. 8, 15 sq. & II. 1, 36. quibus tamen locis non ἀπὸ præpositio, sed ἐκ adhibetur. Confer vero etiam II. 17, 37.

Ibid. κἂν τις εὔλυ]ον αὐτῷ προτείνῃ, &c. Editi & scripti omnes, quoad novimus, εὔλοσον legunt: quod licet ferendum tenendumque alicui videri possit, mihi tamen temperare non potui, quin εὔλυτον corrigerem. Agitur περὶ ἀναλύσεως, de *solutione syllogismorum*; & opponitur συλλογισμὸς εὔλυ]ος, *solutu facilis*, τῷ πεπλεγμένῳ κομψῶς, *scite nexo*, *artificiose perplexo*. Exercitatio hæc juvenum erat, in arte dialectica versantium, (& apud Stoicos non juvenum solum exercitatio, sed etiam præceptorum qui lumina scholæ habebantur,) *syllogismos nectere*, *aliisque solvendos proponere*, *& ab aliis propositos solvere*. Quem morem rursus respiciens Noster, II. 13, 26. ait: εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο, καὶ πλέκε συλλογισμούς, καὶ ἄλλῳ πρότεινε. & IV. 6, 15. ἄνω κάτω στρέφω τοὺς προτεινομένους, καὶ ἄλλους πλέκω, καὶ μεταπίπτον]ας ὡσαύτως. Quo pertinent *laquei* quos Cicero dicit *Stoicorum*, Tusc. V. 27. de Orat. I. 10. Dicitur autem non modo ἀναλύειν *syllogismos*, sed & λύειν; ut, κομψὸν σοφισμάτιον ἔλυσας, II. 18, 17. Vnde εὔλυτος συλλογισμὸς, *solutu facilis*. In pa. sicut in reliquis codd. εὔλογον quidem hodie scriptum legitur; sed litera ο post λ ex alia litera, nescio quo, efficta videtur a recentiori manu.

Ibid. οἱ ἀθληταὶ τοῖς κούφοις νεανίσκοις δυσαρεστοῦσιν. Hoc dicit: *Qui in palæstra exercentur*, ubi aliquem in arte profectum jam fecerunt, *non delectantur si componuntur cum adolescentibus parum validis & in arte adhuc prorsus rudibus*. (Vide Not. ad I. 24, 1. & Simplicii locum ibi citatum.) Οὐ βαστάζει με, φησίν. *Iste me non adtollit! Sic dicit aliquis athleta*, sua arte jam

jam aliquatenus confidens, ubi secum committi videt gracilem & invalidum juvenem. Quæ sequuntur verba, Οὗτός ἐστιν εὐφυὴς νέος, statim cum proxime præcedentibus ita connectenda putaveram, ut idem athleta diceret: *hic* (alter) *est fortis & nobilis juvenis; cum hoc me compositum velim.* Sed, quæ continuo sequuntur, suadent, commodius hæc cum Wolfio pro Epicteti verbis accipi, qui dicat: *Ita se gerit nobilis & bonæ indolis juvenis. At vos nimirum non ita. &c.* conf. II. 6, 23. Est autem ad eadem verba WOLFII Adnotatio hujusmodi: „Οὗτός ἐστιν εὐφυὴς νέος. *Hic est bonæ indolis adolescens:* scilicet, qui se in difficilioribus exerceri vult. Lego ἀποφαντικῶς, non πευστικῶς." — id est, positive, non interrogative; nam post εὐφυὴς νέος interrogandi signum posuerant veteres editores, quod etiam tenuere sequentes, & ne Vptonus quidem sustulit. βαστάζειν est *sublimem tollere*, ut apud Polyb. XV. 26, 3. & apud Nostrum II. 9, 22. Hinc de luctatore usurpatur, qui adversarium *sublimem tollit*, ut *humum sternat;* quemadmodum aliàs αἴρειν vel ἄρασθαι. Sic apud Lucian. Deor. Dial. XIII. 2. ἁράμενός σε ῥίψω ἐπὶ κεφαλήν. Ac videtur verbum fuisse usitatum in palæstra βαστάζειν, quamquam nusquam notatum istum usum reperio. Nota vero rursus subitum a plurali numero ad singularem transitum: οἱ ἀθληταὶ δυσαρεστοῦσιν, & mox φησίν. Vide ad I. 24, 14. Pro βαστάζειν, temere βιβάζειν scripsit pc.

Vers. 35. Οὔ. *Non.* Intellige: *At plerique vestrûm non ita: sed* &c. conf. vs. 40. Rursus quæ sequuntur, ironice & mimice expressa vides.

Ibid. κλάειν. κλάειν, absque subscripto jota, ed. Ven. cum pbc. κλαίειν ed. Bas. & seqq. cum pa. Vide ad I. 28, 24. Negative οὐ κλαίειν legendum suspicatus erat Meibomius; minus feliciter.

Ibid. εἰ ταῦτα οὐκ ἔμαθες ὥστ' ἔργῳ δεῖξαι. Ante Vptonum sic edebatur: εἰ ταῦτα οὐκ ἔμαθες, οὐχ ὥστ' ἔργῳ δεῖξαι, &c. Ad quæ WOLFIVS: „Lego ἔμαθες; πευστικῶς. Et postea, εἰ οὐχ ὥστ' ἔργῳ." At illa, οὐχ ὥστ' ἔργῳ MEIBOMIVS adnotavit: „Omitterem οὐχ." — VPTONVS vero: „Nos autem ejecimus οὐχ, auctoritate nostri codicis." — At negantem particulam pertinaciter nostri libri omnes: quare vide, ne exciderit nonnihil, legendumque sit οὐχ ὥστε λόγῳ, ἀλλ' ὥστ' ἔργῳ. Quod vero præcedit pronomen Τίνα; id perperam

perperam editio Baſ. & ſeqq. nulla interpoſita diſtinctione cum εἰ ταῦτα &c. conjunxerant. Interrogandi ſigno ab his ſeparanda monuit Salmaſ. Idque ſignum perſpecte jam adjecerat editor Lond. anon. & tenuit Vpton. Puncto interpoſito jam olim ſeparaverat ed. Ven. cum pab. commate diſtinxit pc.

Verſ. 36. Ἐγώ τινα οἶμαι τῶν καθημένων ἐνταῦθα ὠδίνειν &c. „Ἐγὼ τίνα &c. interrogative, non enunciative, prout e ſequentibus patet. Nil enim tale de ſuis credidit Epictetus. Sic itaque totum locum interpretare: *Et pugiles, adoleſcentes leves moleſte ferunt. Non me attollit, inquit.* (pugilum e numero unus.) *Hic eſt bonæ indolis adoleſcens.* (qui nempe, ut Logicus iſte, ut pugiles, dura quærit ad probandas vires & exercendas.) *Non ita:* (ironice Epictetus, Tu inquis nihil tale:) *at cum tempus ad dura vocet, plorandum eſt, & dicendum, Vellem adhuc diſcere. Quænam? ſi hæc non didiciſti, ut re ipſa monſtrares, in quem uſum ea didiciſti? Ego-ne arbitror,* &c.“ VPTON.

At dubitare tamen ſubit, rectà-ne Epictetus *negare* voluerit, eſſe *ullum* e ſuis auditoribus, cui iſta cordi eſſent. Sane & mox in fine vſ. 37. non ait, *nemo e vobis eſt;* ſed, *nemo-ne e vobis fuerit?* Et quod initio ejusdem vſ. ait: *tales vos omnes eſſe debebatis;* ſignificare videtur, non deſperaſſe ſe, eſſe forſan unum aut alterum. Alibi, ubi de exiguo ac pæne nullo fructu conqueritur, quem e ſuis præceptis ſuisque cohortationibus capiunt auditores, ut I. 9, 10 ſqq. II. 16, 15 ſqq. II. 19, 29 ſqq. lenit mollitque reprehenſionis acerbitatem eo, quod ita loquitur, ut partem culpæ in ſe ipſe ſuscipere videatur. νεκρὸς μὲν ὁ παιδευτὴς, νεκροὶ δ' ὑμεῖς. I. 9, 19. οὐ γὰρ μεμέληκεν ἡμῖν, οὐ δὲ μελετῶμεν. II. 16, 18. ἢ παρ' ἐμέ ἐστιν, ἢ παρ' ὑμᾶς, ἥ, ὅπερ ἀληθέστερον, παρ' ἀμφοτέρους. II. 19, 33.

Ibid. ὠδίνειν. „Vide ad I. 22, 17.“ VPTON.

Ibid. καθήμενον ἐν γωνίᾳ. Sic recte Vpt. cum ed. Ven. & Baſ. conſentientibus msstis. Sic infra, vſ. 55. ἐν γωνίᾳ καθεζόμενοι. Temere h. l. in ed. Gen. omiſſa eſt vocula ἐν, errore operarum, in alias editiones inde propagato. Adjiciendam propoſitionem notavit Salmaſ.

Ibid. στεφανωθῆναι Ὀλύμπια. „*Coronari Olympia.* Sic Horat. Epiſt. lib. I, 1, 50.

Magna coronari *contemnat* Olympia.

Eodem

Eodem modo Ennius, *vicit Olympia.* Vide Ind. in voc. Ὀλύμπια." VPTON.

Ibid. πότε τις ἐμοὶ καταγελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα; Olim καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα. Ad quæ WOLFIVS: „*Quando quis mihi negligit tale certamen?* Apud Isocratem, οἱ μὲν πολλῶν καταμελοῦσιν. Nec constructio, nec sententia, satis placet: nec tamen occurrit, quid pro καταμελεῖ reponendum esse videatur. Neque enim καταμένει, neque καταβαλεῖ placet. Videtur generosus adolescens his verbis expostulare cum eo cujus culpa fiat, ne in tale certamen descendat. Qui aliquid melius invenerit, candide communicet." Hæc ille. VPTONVS: „Noster codex καταγελεῖ, cæteri καταμελεῖ, quod cum nihil sit, haud miror hæsisse interpretes." In καταγελεῖ consentiunt pabc.

Vers. 37. Οὕτως ἔχειν ἔδει. Οὕτως ἔδει ἔχειν pc.

Ibid. ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις. „Cæsares ad suas & populi voluptates proprios alebant *gladiatores:* ii vocabantur Fiscales, & Postulaticii; Arrianus dicit Καίσαρος μονομάχους. Consule Lipsi. Saturn. lib. II. c. 16. Vide quoque Martial. Epigr. 19. [Epigr. 20.] in Spectac. ubi Myrinus & Triumphus nominantur e ludo Cæsaris; ex eodem ordine Epigr. 27. [29.] Priscus & Verus. Seneca, de Provid. c. 4. *Ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audivi querentem. Quam bella, inquit, ætas perit! Avida est periculi virtus; &, quo tendat, non quid passura sit, cogitat.*" VPTON.

Ibid. οἱ ἀγανακ]. Deest οἱ pc.

Ibid. Φανήσεται. Φαίνεται pb.

Vers. 38. Ἤθελον πλεῦσαι. „Nicopoli profectus scilicet Romam usque." VPTON.

Ibid. πῶς μελετᾷ τὴν ὑπόθεσιν. „*Quomodo tractet causam.* μελέται sunt declamationes, quibus hîc res adversæ comparantur; quod, ut declamationes eloquentiæ, sic hæ virtutis sint exercitatio." WOLFIVS. Immo μελέται & μελετᾶν de cujusvis generis *meditationibus* dicitur *& exercitationibus;* & figillatim etiam de athletarum exercitationibus. Hesychius: Μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται. Μελέτη γάρ, ἡ ἄσκησις. Quod de mutanda distinctione monuit Salmasius, post πῶς μελετᾷ interpositum punctum volens, ut accusativus τὴν ὑπόθεσιν ad sequentia trahatur; ea novatione nil opus esse videtur. In vulgatam distinguendi rationem consentiunt libri.

Vers.

Verſ. 39. Οὐ θέλω, φησὶ. Non erat cauſſa, cur φησὶ ſolicitaret Meibomius, adnotans: „Puto φῂς.“

Ibid. Ἀλλαξόν μοι τὴν ὑπόθεσιν. „Vide I. 12, 17.“ VPTON.

Ibid. χρῆσασθαι τῇ δοθείσῃ. τῇ cum abeſſet ab editis, adjiciendum monuit Wolfius e conjectura; & adjecit Vpton, ſuffragante ipſius codice, noſtrisque codd. pbc.

Verſ. 40. Σόν ἐστι, προτεῖναι· ἐμὸν, μελετῆσαι καλῶς. προθεῖναι, pro προτεῖναι, dabat Baſil. ex intempeſtiva ipſius editoris (puto) conjectura; quod quum tenuiſſent ſequentes editores, atque ipſe etiam VPTONVS; monuit tandem hic in Notis: „Cod. Ven. & Salmant. προτεῖναι. Recte admodum, & ſic ſupra, vſ. 34. Dele interrogationem. Quoad verba, haud abſimile iſtud Virgilianum:

— — — *Tuus, o Regina, quid optes*
explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt.“

Sic ille. Et in προτεῖναι conſentiunt pabc. Interrogandi ſignum poſt κελῶς poſuerant editores omnes. Illud delere juſſit Vptonus: at, quo pacto capienda ſint illa verba, non declaravit. Nempe, quod jam ſæpe vidimus, atque monuimus, ita fere tota in actione poſiti ſunt hi ſermones Epicteti, ut orationis connexio ſubinde obſcuritatis aliquid habeat, ob ellipſin nonnullorum verborum, quibus (ſi minus animatam atque rapidam velles orationem) indicari potuerat ſententiarum connexio. Hoc quidem loco adſentior Germanico Interpreti, ſupplenda eſſe hujusmodi quædam verba: *Tu cogitare, tu dispenſatori certaminis dicere debebas: tuum eſt proponere* &c. Ἔδει λέγειν, Σόν ἐστι &c. Quo deinde refertur id quod ſequitur: Οὔ· ἀλλὰ &c. Quæ formula ita intelligi debet, ut in verſione poſui, *At tu non ſic*, nempe, *tu non ſic ais, non ita facis, ſed* &c. prorſus ut ſupra, vſ. 35. & ſæpe aliâs. Vide III. 1, 37 & 45. III. 22, 50.

Ibid. μὴ τοιοῦτό μοι προβάλῃς τροπικὸν. „Quid τρόποι ſint apud rhetores, notum eſt. Sed quid τροπικὸν hic ſibi velit, niſi pro *obſcuro* & *intricato* ponatur, non video. Ne τοπικὸν quidem ſatis placet.“ WOLFIVS.

„*Noli proponere mihi tale tropicum, ſed tale.* Τροπικὸν, vox Stoicæ Logices, eadem ac συνημμένον. [id

[id est, *propositio connexa in syllogismo hypothetico.*] Nam in Dialecticis propria sibi habuisse vocabula Stoicos, docet Philoponus in Priora Analytica Aristot. quæ vocabula cum Aristotelicis confert:

Peripatetici	Stoici
1. πράγματα	1. τυγχάνοντα
2. νοήματα	2. ἐκφορικὰ
3. φωναὶ	3. λεκτὰ
4. ἡγούμενον	4. ἡγούμενον
5. ἑπόμενον	5. λῆγον
6. συνημμένον	6. τροπικὸν
7. μετάληψις	7. πρόσληψις
8. συμπέρασμα	8. ἐκφορά." [Immo ἐπιφορά.]

VPTON. Totum Philoponi locum huc spectantem transscripsit Fabricius ad Sext. Empir. Pyrrh. II. sect. 3. ubi ejusdem etiam Fabricii reliqua consule notata. Ibi videbis etiam, syllogismi conclusionem, quæ Peripateticis τὸ συμπέρασμα dicebatur, a Stoicis non ἐκφορὰν fuisse nominatam, sed ἐπιφορὰν; quo vocabulo eadem notione passim etiam Epictetus noster utitur. De verbo προβάλῃς, quum προβαλῇς mendose editum esse, recte monuerat WOLFIVS: „Legendum προβάλῃς active." — Cui tamen nemo ante nos obsecutus est. προβάλῃς vero recte habet pb. προβαλῇς pac. ut editi. Vocabulum τροπικὸν in προπικὸν detorsit pc.

Ibid. μὴ τοιαύτην ἐπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν. „Μὴ τοιαύτην ὑπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν. *Ne talem objicias objectionem:* sic enim in scholis vulgo appellant, quam Vlpianus, Demosthenis interpres, ἀνάθεσιν vocat. ὑποφορὰ & ἀνθυποφορὰ quid sint apud rhetores, notum est. Sensus hujus loci esse videtur: non minus ineptum esse, qui talem vel talem casum objici sibi postulet, quam declamatorem qui ab adversario nihil velit sibi objici, nisi quod ipsius causæ serviat." WOLFIVS. — „At nihil nobis cum Rhetoribus, sed cum Dialecticis. Vide supra quæ ex Philopono citavimus." VPTON. At Rhetoricis & Dialecticis multa communia: & sicut apud rhetores ὑποφορὰ est ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος, *adversarii oratio*, (quod ex Hermogene etiam docuit H. Stephanus, præeunte Budæo) sic nihil impedit, quo minus idem vocabulum apud Dialecticos etiam eadem notione in usu fuisse credamus. Et ipse etiam Vptonus, cum Wolfius convertisset, *ne ad istum modum mihi occurrito, sed hoc modo;*

do; in eamdem ſententiam interpretatus eſt, *ne talem objicias objectionem, ſed talem.* Denique in eis, quæ ex Philopono paulo ante Vptonus protulit, nihil eſt quod nunc huc ſpectet. Ceterum, quod pro verbo ἐπενέγκῃς, quod hoc loco agnoſcunt libri omnes, ὑπενέγκῃς adtulit Wolfius in Notis, caſu-ne id factum ſit, an conſulto, neſcio: illud ſcio, percommodum id fore, ſi darent codices, & vel absque codicum auctoritate ſpeciem habere; quum præſertim & aliâs verbum ὑποφέρειν *objicere* ſignificet, ſicut nomen ὑποφορὰ *objectionem* denotat; quo accedit, quod in msstis libris nexus literarum επ & υπ ita ſint inter ſe ſimiles, ut interdum ægre discerni, eoque facilius permutari inter ſe poſſint. Sed quoniam nec verbum ἐπιφέρειν, in quod conſentiunt libri, per ſe ullo modo incommodum hoc loco viſum erat, mutare non ſum auſus.

Verſ. 41. Ἔστιν χρόνος τάχα, ἐν ᾧ οἱ τραγῳδοὶ &c. „Ἔστι [ſic ante Vptonum edebatur] χρόνος τάχα. *Eſt tempus fortaſſe.* Lego ἔσται, *erit.* Sententia eſt: Hiſtriones fortaſſis aliquando non arte ſua, ſed ornatu erunt freti. Sic philoſophi barba & pallio, non vita & moribus; ſicut pſeudomonachi cucullo, non pietate & vitæ ſanctitate.“ WOLFIVS. „ἔσται noſter codex, non ἐστί.“ VPTON. Codici Vptoni ſuffragantur noſtri pbc. τάχα commodius h. l. *mox, brevi*, quam *fortaſſe*, vertendum putavi: quemadmodum vernaculo ſermone ſimiliter dicere ſolemus, *bientôt le tems viendra.* Vtrumvis prætuleris, intelligi par eſt, eſſe hanc ironicam loquendi formulam, quæ in familiari ſermone uſitata fuiſſe videtur.

Verſ. 42. γελωτοποιὸς, *ſcurra*; qui perſonæ alicujus tragicæ ornatum ſumit, ſed partes ei convenientes agere neſcit, aut conſulto ea loquitur agitque, quæ ab iſtius perſonæ ratione prorſus abhorrent.

Verſ. 43. καὶ ἐν εἰδώλῳ αὐτὸν προσαγάγῃ. „*In ſimulacro*, vel *umbra*, *eum adduxerit.* Non aſſequor quid ſibi velit, niſi forte umbræ mortuorum, ut Polydori in Hecuba Euripidis, nudæ in ſcenam [uti nimirum ratio ſuadebat] aut involutæ faſciis prodierint, ſine ornatu tragico.“ WOLFIVS. — „Forte ἐν φαινόλῃ, ut infra, (IV. 8, 34.)“ COMES SHAFTESB. — „Placet mihi Wolfii interpretatio; ſic enim Πολυδώρου εἴδωλον apud Euripidem in Hecuba προλογίζει. (Vbi tragœdus, cujus eæ erant partes, ſolertiæ ſuæ ſpeciem edere

edere debebat, & illius demonstrandæ quam maxime occasionem habebat, quamquam nec cothurnis, nec palla ornatus.] Lego autem προαγάγῃ cum Salmasio, pro προσαγάγῃ; sic mox προαχθῆναι." VPTON. In προαχθῆναι vers. 47. consentiunt libri. Et commodum utique h. l. προαγάγῃ foret: sed προσάγειν eodem prorsus modo, pro *producere*, usurpatur; aut certe ita promiscue ista verba passim posuere librarii, ut, utrum verum sit, utrum falsum, ægre dignoscas. Confer Polyb. VI. 20, 4 sqq. XVIII. 29, 8 sq. & utroque loco notata. Sic mox apud Nostrum vs. 49. in προσαγαγεῖν consentiunt libri, & vs. 45. in πρόσελθε. Et h. l. προσαγάγῃ pab. In pc. vero plura in hac regione verba prætermissa sunt. Quibus quidem omnibus in locis προσ in προ mutatum voluerunt Salmas. & Meibom.

Vers. 44. Καὶ ἐνθάδε. Λάβε ἡγεμονίαν. Vulgo omnes absque distinctione, Καὶ ἐνθάδε λάβε ἡγεμονίαν. Quod Vptonus cum Wolfio vertit: *Etiam hic accipe principatum;* quo sensu, ipsi viderint. Ego concise (ut solet, & ut hoc maxime sermone loquitur) dictum accipio, pro Οὕτως καὶ ἐνθάδε. *Sic & hic:* (nempe, *in ea re de qua nos agimus, in vitæ actione*, in qua Philosophi est, recte agere partes quas illi moderator certaminis & dispensator rerum tribuit. Dicit ille tibi:) *Cape præfecturam!* Tu dicere debes: *Accipio, & in ea ostendam*, &c.

Vers. 45. Θὲς τὴν πλατύσημον. „Vide supra, I. 24, 12." VPTON

Ibid. πρόσελθε ἐν προσώπῳ τοιούτῳ. „Πρόελθε, *prodi, egredere*, tanquam tragœdiæ persona, scribendum cum Meibomio, pro πρόσελθε" VPTON. At, quemadmodum προσάγειν eadem notione ac προάγειν, (ut ad vs. 43. dictum) sic & passim προσέρχεσθαι eodem modo ac προέρχεσθαι usurpatum reperitur. Et nihil hic variant libri. Conf. IV. 1, 11. Adde Polyb. XVIII. 29, 9. aliaque loca in Lexico Polyb. ad hoc verbum citata.

Ibid. οὐ δέδοταί μοι καλὴν φωνὴν εἰσενεγκεῖν. Conf. vs. 42. Φθέγξαί τι, & vs. 43. ἂν φωνὴν ἔχῃ.

Vers. 46. Πῶς οὖν ἀναβαίνεις νῦν. „Ἀναβαίνεις, scil. ἐπὶ τὸ βῆμα. *Ascendis ad tribunal*, dicendi testimonii causa. Crebrum est apud Demosthenem & alios oratores, καὶ τούτων ἀνάβητέ μοι μάρτυρες." WOLFIVS. At, quod de teste ait, id nunc demum sequitur. Itaque hic,

πῶς οὖν ἀναβαίνεις νῦν, ex præcedente metaphora accipiendum; *quomodo igitur in scenam vitæ adscendis?* Temere ἀναβαίνῃς pro ἀναβαίνεις expressum est in sola ed. Genev. quod corrigere jussit Salmas.

Ibid. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεκλημένος. Perperam ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὐ κεκλημένος pc.

Vers. 47. Ἔρχου σὺ &c. Deus ipse loquens inducitur.

Vers. 48. Κύριε. „De Deo dictum, more Christianorum.“ VPTON.

Vers. 49. μέλλεις μαρτυρεῖν. Perperam & invitis libris nostris μέλεις μαρτ. editt. vett.

Ibid. κέκληκεν. Corrupte κέκλημαι pa.

Ibid. τοιαύτην τιμὴν. ταύτην τὴν τιμὴν pc.

Ibid. προσαγαγεῖν εἰς μαρτυρίαν τηλικαύτην. „Lego προαγαγεῖν εἰς μαρτυρίαν.“ WOLFIVS. „Recte: sic supra προαχθῆναι, & προαγάγῃ.“ VPTON. Nil mutant libri. Vide Notata ad vs. 43.

Vers. 50. ἀπεφήνατο ὁ ἔχων. Deest artic. in pc. absorptus a terminatione verbi præcedentis.

Ibid. Κρίνω σε ἀσεβῆ &c. Nempe quod Socrati accidit.

Vers. 51. περὶ συνημμένου τινός. „De *connexo* seu *copulato aliquo:* hoc est, *de propositione hypothetica.*“ WOLFIVS. Vel *de syllogismo hypothetico.* Exempla tam frequenter e Dialecticis petit, quia istam artem magni faciebant auditores, & multo etiam majoris quam par erat. Quod pro συνημμένου h. l. συνημένου apud Vptonum scribitur, simplici litera μ, id operarum errore factum, ex edit. Cant. propagato. De vocabulo confer Indicem.

Ibid. ἐδεδώκει ἀπόφασιν. ἀπόφανσιν edidit Basileensis, qui nullo codice msto usus est, idque tenuere sequentes editores. Sed ἀπόφασιν dabat Ven. quod ipsum (nisi aliter scripti libri) non modo ferri poterat, sed & teneri debebat. Licet enim ἀπόφασις, ab ἀπόφημι, sit *negatio*, & ἀπόφανσις ab ἀποφαίνω sit *enunciatio, pronunciatio*, tamen & ἀπόφασις eadem notione ac ἀπόφανσις usurpatum frequentissime ubivis reperitur. Vide modo quæ Stephanus in Thes. collegit, eisque adde Lexic. Polyb. Et in ἀπόφασιν h. l. consentiunt pabc. quo minus dubitavi illud restituere.

Ibid. εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι. Vulgo εἰ ἡ ἡμέρα, & pro ἐστὶ utroque loco εἶναι edebatur, quæ omnia & VPTONVS tenuit; monuit vero in Notis: „Lege cum

cum noſtro codice εἰ ἡ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστί.“ — Cui in verbo ἐστὶ obſequi non ſum cunctatus. Perperam vero adſutus erat articulus ἡ ad ἡμέρα, qui nec per ſe ullo modo deſiderabatur, & alibi nusquam in illa formula comparet, nec apud Laërt. VII. 69. &c. nec apud Sext. Empir. Pyrrh. II. 146 ſq. adv. Math. VIII. 414 ſqq. & paſſim alibi; eumdemque h. l. ignorant noſtri codices pabc. Itaque & nos eum delevimus. In pb. quidem non modo ἡ deeſt, ſed & præcedens particula εἰ, ut ſit τὸ ἡμέρα εἶναι φῶς εἶναι, qui proprius illius codicis error eſt.

Verſ. 52. οἶδε τί ἐστι τὸ εὐσεβὲς. Rurſus mendoſe εἶναι editi omnes, & codd. pabc. quod in ἐστὶ cum ſuo codice mutandum monuit Vpton. Ex perperam accepto ſcripturæ compendio haud dubie ortus ille error.

Ibid. μεμελέτηκεν αὐτὸ, καὶ μεμάθηκεν; ποῦ; παρὰ τίνος; Sic ſcripſit diſtinxitque Vptonus, præeunte ipſius codice. Antea ſic legebant: μεμελέτηκεν αὐτό; μεμάθηκεν ποῦ, παρὰ τίνι; haudquaquam male. In καὶ vero ante μεμάθηκεν & in τινος (in genit.) cum Vptoni codice convenit noſter pb. ſed orationem is non aliter niſi hoc modo diſtinguit, καὶ μεμάθηκέ που παρά τινος; Copulam καὶ, qua percommode (ſi quid video) carere poteramus, ignorant pac. & uterque τίνι in dativo habet; μεμάθηκε ποῦ· παρὰ τίνι; pa. μεμάθηκέ που παρὰ τίνι; pc. Et παρὰ τίνι quidem, in dativo caſu, commodiſſime ferri poterat. cf. II. 19, 29. & præſertim IV. 5, 16. Quare ego ſcripturam olim vulgatam, cum hac orationis diſtinctione, reſtitutam malim: μεμελέτηκεν αὐτό; μεμάθηκεν; ποῦ; παρὰ τίνι;

Verſ. 53. οὐκ ἐπιστρέφεται αὐτοῦ ἀποφαινομένου. Quidni τοῦ ἀποφαινομένου? quod, ut brevius, ſic concinnius videtur. Sed vulgatum pertinaciter tenent libri omnes. Recte; nempe τοῦ ἐξουσίαν ἔχοντος. cf. vſ. 50 & 52. Itaque quum Salmaſius etiam τοῦ pro αὐτοῦ ſcribere juſſiſſet, perſpecte Meibomius adnotavit: „Retineo αὐτοῦ.“

Ibid. περὶ τῆς νήτης, εἶναι ὑπάτην. Ad iſta verba, quum ὑπάτη, non ὑπάτην, vulgo legeretur, hæc adnotavit WOLFIVS: „*De infima voce, eſſe ſumma.* Conſtructio Græca infinitivi: ut apud Sophoclem, λαβεῖν ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν παρὰ θεῶν διὰ τὸ δίκαιος εἶναι. *Neten* & *hypaten*, quia vocabula ſunt artis, mutare nolui.“ — Nempe in verſione hic interpres ſic poſuerat:

cum Neten esse Hypaten pronunciat. Miror vero, hunc locum & in contextu & in Notis intactum relictum esse ab Vptono. Satis notus Graeci sermonis usus nominativum casum cum verbo εἶναι jungendi: sed in ejusmodi connexione, qualis hic est, accusativus necessario requirebatur, apud prosaicum certe scriptorem. Et ὑπάτην, quod ex conjectura jam reposueram, dehinc perspicue in nostris codd. pbc. scriptum inveni.

Ibid. ἀπὸ κένδρου. Miro errore ἐπικένδρου habet pb.

Vers. 54. ὁ δὲ ταῖς ἀληθείαις πεπαιδευμένος. „Conf. M. Anton. V. 32. & VI. 35.“ VPTON. De πεπαιδευμένῳ & ἀπαιδεύτῳ conf. ad I. 27, 2. & ad I. 4, 1.

Ibid. ἀδίκου καὶ δικαίου. δικαίου καὶ ἀδίκου pb.

Ibid. Ὦ πολλῆς ἀδικίας τῶν πεπαιδευμένων. „*O quanta sit eruditi injuria.* ἀδικία passive accipiatur, pro ᾧ ὡς σφόδρα ἀδικοῦνται οἱ πεπαιδευμένοι.“ WOLFIVS. — Nempe, *injuria haec foret in eruditos admissa, tale quid de eis cogitare.* Et commode hoc ita interpretatus Wolfius est: nam, si active accipias τὴν ἀδικίαν, pugnat hoc cum πεπαιδευμένου notione, qui non potest esse injustus: nisi statuamus, πεπαιδευμένον nunc non rigidiore illo strictioreque sensu accipiendum, de quo locis paulo ante citatis dictum. Ac fortasse ita etiam h. l. accipi debet, ut dicat: *o insignem injuriam eorum, qui πεπαιδευμένους se perhibent ac profitentur, & philosophorum nomen usurpant!* conf. vs. 60.

Vers. 55. Οὐ θέλεις τὰ μὲν λογάρια τὰ περὶ τούτων ἄλλοις ἀφεῖναι; — „Τὰ λογάρια περὶ τούτων, *ineptiunculos de his*, scil. perversis judiciis. Mercenarii, inquit, philosophi ista curant; veri philosophi negligunt.“ WOLFIVS. Generatim *Stoicorum ratiunculas* dicit, id est, *argumenta breviter adstricta*, ut Cicero ait Tusc. Quaest. III. 6. & *contorte concluſa*, ibid. c. 10. de quavis philosophiae parte, atque etiam sigillatim de rebus ad morum disciplinam pertinentibus, v. c. de contemnendis rebus externis & nostrae voluntati non subjectis, de aspernandis judiciis imperitorum, &c. Quas ratiunculas solicite curabant plerique juvenes, ut bene tenerent, & in numerato atque in promtu haberent: ut ipsorum praeceptorum moralium vim animis suis inculcarent, seseque ad ea in omni vitae occasione observanda exercerent, id ad suam curam minime pertinere arbitrabantur. De quo

perverso

perverso hominum studio passim graviter conqueritur noster Epictetus. Vide mox vs. 56. II. 10, 29 sq. II. 18, 26. II. 19, 22. λογάρια ista *ratiunculas* interpretatus est Cicero, Tusc. Quæst. II. 12. & alibi; tum *contortulas ac minutas conclusiunculas*, ibid. c. 18.

Ibid. ἀταλαιπώροις ἀνθρωπαρίοις. „ταλαιπώροις, *miseris homunculis.*“ SALMASIVS. „Recte ἀταλαιπώροις, non ταλαιπώροις. Vide ad II. 20, 20.“ VPTON. Nempe ἀταλαιπώρους hos homines dicit, id est, *laborum fugientes, ignavos, molles;* qui in scholarum umbra tricis dialecticis vacantes, de philosophiæ præceptis in vitæ actum deducendis minime laborant. ταλαιπώροις habet pb. nempe ex parum felici conjectura librarii. In ἀταλαιπ. consentiunt pac.

Vers. 56. ἀλλὰ γέμει τὰ βιβλία τῶν Στοϊκῶν λογαρίων. „ἀλλὰ γέμει. Ita edit. Salmant. & noster codex. Veneta edit. & Bas. γέ μοι.“ VPTON. Inde WOLFIVS: „Ἀλλά γέ μοι τὰ βιβλία &c. *Nam Stoicarum disputationum libri mihi suppetunt.* Hanc sententiam esse puto. Neque legendum, ἀλλ' ἄγε μοι, *Immo affer mihi libros.*“ Et COMES SHAFTESBVRIENSIS: „Ἀλλά γέ μοι. Sic edit. Bas. Sed unde illud γέμει in textu Wolfii? Sic etiam in edit. Genev. γέμει, non γέ μοι. *Libri mihi sunt* (i. e. libri manu scripti) *referti Stoicarum ratiuncularum.* Sic infra lib. II. c. 1. in fine: ἰδοῦ πῶς διαλόγους συντίθημι. Et paulo ante, ἀλλ' οὐκ ἀνέγνων σοι; &c.“ — Nihil hic ad rem vir alioquin acutissimus. Et quod ait, γέμει esse in textu Wolfii, fallitur: græcum enim textum numquam Wolfius edidit; in Notis γέ μοι, non γέμει, citat; & in versione sic scripsit: *Immo libri mihi sunt Stoicarum ratiuncularum.* Sed alter interpres Schegkius γέμει ex conjectura legerat interpretatusque erat, *At Stoicorum libri referti sunt disputationibus.* Recte vero γέμει, præter codicem Vptoni editionesque Salmant. & Genev. ceteræ etiam editiones, Colonienses, Cantab. & Londinenses anon. neque aliter nostri codd. pabc. De re, vide Adnot. ad vs. præc. & loca ibi citata.

Vers. 57. Τοῦτό μοι τὸ πρόσωπον. τὸ caret pc.

Vers. 58. Ταῦτα οὖν τίνος ἐστὶ θεωρεῖν; „Ταῦτα, scil. τὰ λογικά, quæ & convenientia & necessaria suo loco, sed quæ hic λογάρια vocat, quia non nisi σχολάζων ista tractare debet; supra (I. 27, 21.) & infra (II. 14, 29.)“ COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Non so-

lum τὰ λογικὰ, id est dialectica præcepta, hic intelligenda; sed omnino omne genus argumentationum & rationum argute conclusarum de rebus quibusvis ad quamlibet philosophiæ partem pertinentibus. Cf. ad vs. 55. & adde mox vers. 60.

Ibid. τοῦ σχολάζοντος. „Id est σχολαστικοῦ, τοῦ φιλοσοφοῦντος. Non hic hominem *otiosum* intelligo, sed *studiosum:* hoc est, discendi labore occupatum.“ WOLFIVS. „τοῦ σχολάζοντος, *otiosi:* sic enim latini de literatis & iis qui in otio student. Ipse Virgil. Georg. IV. in fine:

— — *Studiis florentem ignobilis oti.*“

VPTON. Immo vero *otiosi*, ex vero & proprio vocabuli sensu, id est, ejus *cui vacat, cui ad hoc suppetit otium, cui non graviora incumbunt curanda;* ut I. 27, 21. IV. 4, 30. Est enim σχολάζειν nunc i. q. εὐσχολεῖν, III. 2, 16. III. 9, 19 &c.

Ibid. Φιλοθέωρον ζῶον. Φιλοθέωρον τὸ ζῶον edd. cum pa. Delevi articulum cum pbc. Nam cum sequatur subjectum orationis ὁ ἄνθρωπος, prædicatum (Φιλοθ. ζῶον) absque articulo poni debuit.

Vers. 59. ἀλλ' ἀπερισπάστως καθῆσθαι. „Forsan Ναί· ἀλλ' ἀπερισπάστως δεῖ καθῆσθαι.“ VPTON. — Neutro adsumento opus est. Ναὶ prorsus non erat hujus loci: δεῖ commode intelligitur. Ad ἀπερισπάστως confer III. 9, 19.

Ibid. νῦν δὲ καθαρῷδοῦ. „Hæc verba, νῦν δὲ καθαρῳδοῦ, addidi, fidem secutus nostri codicis.“ VPTON. — Opportune sane hæc dedit Vptoni codex, quæ ignorant nostri juxta cum editt. vett. Deesse aliquid viderat Salmasius; &, νῦν δὲ καὶ κωμῳδοῦ, jusserat adjicere.

Ibid. ἅμα μὲν ἐπέστη, &c. Anacoluthon ex eo genere, quod jam aliquoties observavimus. I. 6, 42 sq. I. 24, 14 sq. I. 29, 26. coll. cum vs. 22. I. 29, 34. A plurali numero, οἱ δραπέται, subito ad singularem transit, ἐπέστη. Pertinet hoc ad vividum, rapidum, prosopopoëticum dicendi genus, quo res velut in actione positæ oculis subjiciuntur. Sed quod continuo rursus ad pluralem redit, σεσόβηνται, ταράσσονται, id quidem eo pertinere arbitror, quod subito, nec præparato hæc dixit Epictetus, adeoque non satis curare orationis proprietatem potuit. ἐπέστη, *adstat.* Sic rursus vs. 62. ὡς δραπέτης ἐφίστα-

ἐφίσταϲθαι θεάτρῳ. An locus erat in theatro, ubi ſtantes ſpectabant ſervi aut infimæ plebis homines, cum cæteri ſedentes ſpectarent? An fugitivus *ſtetiſſe* dicitur *poſt alios*, ut in procinctu eſſet, paratus ad profugiendum, ſi agnoſceretur?

Verſ. 60. θεωρεῖν τὰ ἔργα τῆϲ φύϲεως. „Conf. ad II. 14, 23.“ VPTON.

Ibid. Ἄνθρωποϲ ἀνθρώπου κύριοϲ οὐκ ἔϲτι. „Conf. II. 2, 26. III. 20, 8. Enchir. c. 14. (Wolf. c. 20.)“ VPTON.

Verſ. 61. βρονταῖϲ καὶ ἀϲτραπαῖϲ. „Alluſiſſe arbitror ad ea quæ de Pericle dicta olim:

Ἥϲτραπτ', ἐβρόντα, ξυνεξεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Vide Ariſtoph. Acharn. vſ. 529. [531. ed. Brunck.] & Plutarch. in Pericle; unde ei cognomen Olympii.“ VPTON.

Ibid. ἐγὼ δὲ ταῦτα φοβοῦμαι. Revocavi ex edit. Ven. ſubjunctivum φοβῶμαι, qui pendet a præcedente particula ὅταν. Temere φοβοῦμαι habet Baſ. quod inde in cæteras editiones propagatum. Verum tuentur pbc.

Ibid. ἐπέγνωκα. ἀπέγνωκα pb. male.

Verſ. 62. ἀνοχὴν ἀπὸ τούτων ἔχω. „Vide IV. 1, 58.“ VPTON.

Verſ. 63. Pro φοβεροὶ, perperam πονηροὶ pa. in context. ſed alterum in marg.

Verſ. 64. ταῦτα πρὸϲ πάνταϲ; πρὸϲ πάνταϲ ταῦτα; pb. ταῦτα πρὸϲ πάνταϲ operarum errore expreſſum eſt in ed. Genev. quem errorem imperite repetierunt Col. Cant. & Lond. anon.

Ibid. τοῖϲ ἰδιώταιϲ συμπεριφέρεϲθαι. „Vide ad III, 14, 7. τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν.“ VPTON. — De re confer ſupra, vſ. 30 ſqq.

Ibid. ὃ αὐτῷ ἀγαθόν. Sic edd. ante Vpt. cum pa. In pbc. uterque ſpiritus ſuper αὐτῷ notatus eſt. αὑτῷ ſua auctoritate edidit Vpton.

Verſ. 65. τῷ ἐπὶ τῆϲ φυλακῆϲ. „*Cuſtodi carceris.* Vide Critonem & Phædonem Platonis.“ WOLFIVS. — „A Platone vocatur ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτηϲ. in Phæd. ſect. 48.“ VPTON.

Ibid. κλάουϲι. Sic rurſus cum ſubſcripto jota edere placuit. κλάουϲι dabant ed. Ven. cum pabc. κλαίουϲι ed. Baſ. & ſeqq. Vide ad vſ. 35. & ad I. 28, 24.

Ibid. Ὡς γενναίως ἡμᾶς ἀποδεδάκρυκε; „Verba Socratis apud Platonem hæc sunt: Καὶ ἅμα πρὸς ἡμᾶς· Ὡς ἀστεῖος, ἔφη, ὁ ἄνθρωπος; καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσήει, καὶ διελέγετο ἐνίοτε, καὶ ἦν ἀνδρῶν λῷστος· καὶ ὡς νῦν γενναίως με ἀποδακρύει;“ VPTON. — Vide Plat. Phæd. cap. 65. edit. Forsteri.

Vers. 66. ὅτι διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας ἀπελύσαμεν. „Verba sunt: Ἐγὼ μέν τοι οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα, ἵνα μὴ τοιαῦτα πλημμελοῖεν. [ibid. c. 66.] Et in initio: [c. 3.] Ὦ Κρίτων, ἔφη, ἀπαγέτω τις ταύτην [Ξανθίππην] οἴκαδε.“ VPTON. — Et cap. 65. τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν.

Ibid. Ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις. „*Non; sed familiaribus.* Sæpe omittitur ναὶ & οὐκ ante ἀλλὰ in hisce libris. Hoc modo: Ναί· ἀλλὰ &c. Οὔ· ἀλλὰ &c.“ VPTON. — Non clare sententiam suam aperit vir doctus, intelligi-ne particula οὐ hoc loco per ellipsin omissa debeat; an librariorum errore prætermissam putarit. Præcise vero TOVPIVS, in Notis ad Longinum p. 247. præcipit: „Omnino resingendum, τὰς γυναῖκας ἀπέλυσα; μή· ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις. Sic mox: Μὴ ἄνθρωπε, ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον.“ — At ego Toupio primum respondeo, nusquam apud Nostrum, ubi ante ἀλλὰ ponitur negans particula, μὴ usurpari, sed constanter οὔ. Præterea, non esse necesse, ut, quoniam apud Platonem est ἀπέπεμψα in sing. numero, idcirco & Epictetum singulari usum putemus. Omnino vero, in concisa loquendi ratione, qua utitur Noster, nil opus esse hic arbitror diserte adjecta particula οὔ, eamque satis esse mente intelligi, ut sæpe aliàs. Vide I. 10, 11. II. 8, 26 & 28. II. 24, 27. ibique notata. Quid quod, si ἀλλὰ interpreteris *immo vero*, aut si hoc orationis membrum, quod ab ἀλλὰ incipitur, pariter atque præcedens interrogative accipias, ut, particula negante ex communi ad utrumque membrum relata, ἀλλὰ valeat *annon vero? annon potius?* ne opus quidem fuerit, ut *ellipsin* negativæ particulæ οὔ *ante* ἀλλὰ statuamus: at, verum si quæris, fuerit hac ratione *ellipsis* particulæ negativæ *post* ἀλλὰ statuenda; quam particulam expressam habes in ejusmodi dictionibus, qualem ex Platonis lib. V. de Rep. Hoogeveen citavit, de Partic. Græc. Ling. p. 46. reg. 2. Τί δέ; χρυσοχοήσαντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους;

CAPVT

CAPVT XXX.

Verſ. 1. ὅτι καὶ ἄλλος. Caret καὶ pa.

Ibid. γιγνόμενα. γινόμενα pbc. ut aliâs apud Noſtrum ſcribi ſolet hoc verbum.

Verſ. 2. Ἐκεῖνος οὖν. Deus, qui ſuperne omnia proſpicit; cui magis placere, quam hominibus ſtudere debemus.

Verſ. 3. Λέγε οὖν. τίνα ἐστὶν ἀδιάφορα; Τὰ ἀπροαίρετα. Λέγε καὶ τὰ ἐξῆς, ἀπροαίρετα, οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Ante Vptonum, omiſſis poſt ἀδιάφορα verbis Τὰ ἀπροαίρετα, ſic hæc legebantur diſtinguebanturque: λέγε οὖν, τίνα ἐστὶν ἀδιάφορα; λέγε καὶ τὰ ἐξῆς τὰ ἀπροαίρετα. οὐδὲν πρὸς ἐμέ, λέγε. καὶ τὰ ἀγαθά &c. (In poſterioribus vero verbis Veneta editio nec poſt ἐμέ, nec poſt λέγε, diſtinctionem poſuerat.) Quæ ſic vertit Wolfius: „*Dic igitur quæ ſunt indifferentia? Dic & ea quæ ſequuntur. Quæ noſtri arbitrii non ſunt, nihil ad me attinent, inque.* Tum in Notis idem WOLFIVS ſic: „λέγε καὶ τὰ ἐξῆς. *Dic etiam ea quæ ſequuntur*, vel *quæ cum his cohærent.* Jubet declarari τὰ ἀδιάφορα. Quæ ſunt ἀδιάφορα; τὰ ἀπροαίρετα, inquit.“ — SHAFTESBVRIVS vero: „Mala interpunctio, ait. Legendum: λέγε οὖν τίνα ἐστὶν; ἀδιάφορα. λέγε καὶ τὰ ἐξῆς, ἀπροαίρετα, οὐδὲν πρὸς ἐμέ. λέγε καὶ τὰ ἀγαθὰ &c.“ — Ad quæ VPTONVS: „Noſter codex poſt ἀδιάφορα habet τὰ ἀπροαίρετα: in cæteris viri nobilis emendationi & interpunctioni aſtipulatur.“ — Ego Vptoni lectionem diſtinctionemque fideliter tenui. Nec tamen ſatis video, cur ad ἀπροαίρετα poſt τὰ ἐξῆς omiſſus ſit articulus, quem ibi agnoſcebant ſuperiores editiones. Et ſuſpicatus eram, aut ita legendum: Λέγε καὶ τὰ ἐξῆς· τὰ ἀπροαίρετα οὐδὲν πρὸς ἐμέ. aut in hunc modum: Λέγε καὶ τὰ ἐξῆς, τὰ ἀπροαίρετα; Οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Articulum τὰ h. l. ad ἀπροαίρετα habet pc. ſed ignorant eum pab. cum Vptoni codice. In eis vero, quæ præcedunt, nihil a vett. editt. diſcedunt libri noſtri.

Verſ. 4. τίνα ὑμῖν ἐδόκει. *quænam vobis* (quum in ſchola hæc tractaretis, cf. vſ. 2.) *videbantur.* Vulgo ἡμῖν, *nobis*; quod non ſolicitarem, ſi ſuo nomine Epictetus hanc quæſtionem proponeret: nunc ferendum non putavi, quoniam Deus eam quæſtionem proponens inducitur; (conf. vſ. 1 ſq.) quo & refertur

id

id quod mox ad proximam quæstionem, Τέλος δὲ τί; respondetur, Τὸ σοὶ ἀκολουθεῖν. Quare h. l. prætuli ὑμῖν, quod opportune dabat codex noster pc.

Ibid. τὸ σοὶ ἀκολουθεῖν. *Te sequi*, scil. Deum. conf. vs. 1 sq. „Vide l. 20, 15.“ VPTON. Pronomen σοὶ immerito solicitavit Salmasius, cum τούτοις commutatum volens.

Ibid. Ταῦτα καὶ νῦν λέγεις; Ταὐτὰ καὶ νῦν λέγω. „Ταῦτα καὶ νῦν λέγεις. *Istane etiam nunc dicis?* ταὐτὰ καὶ νῦν λέγω. *Eadem etiam nunc dico.* Sic distinguendus est hic locus. Et fortassis initio quoque legendum ταὐτὰ.“ WOLFIVS. Nempe olim perperam distinguebant sic: τὸ σοὶ ἀκολουθεῖν ταῦτα. καὶ νῦν λέγεις ταὐτά; καὶ νῦν λέγω. Denique Cantab. & Lond. anon. verbis etiam quibusdam errore operarum omissis sic dabant: τὸ σοὶ ἀκολουθεῖν. ταῦτα καὶ νῦν λέγω. Wolfii distinctionem, quam ille jam in versione expresserat, in Græcis adoptavit Vptonus, quem nos secuti sumus. Eodem fere modo Salmasius voluerat: ταῦτα καὶ νῦν λέγεις; ταῦτα καὶ νῦν λέγω. Et sic scripsit pc. Recte vero posteriori loco ταὐτὰ Vptonus cum Wolfio; priori loco utrum pariter ταὐτὰ ponas, an ταῦτα teneas, parum refert. Posteriori loco in ταὐτὰ consentit pb. sed ibi proba hæc scriptura corrumpitur prava distinctione, quia hæc vox connectitur cum superioribus.

Vers. 5. Ἄπιθι λοιπὸν ἔσω. „*Jam introito*; scil. πρὸς τὸν ὑπερέχοντα. *Fidenter adito principem.*“ WOLFIVS. Ἄπιθι λοιπὸν ἔσω, θαῤῥῶν &c. Sic recte pc. cum editis. Sed Ἄπιθι λοιπὸν, ἔσο θαῤῥῶν. pab.

Ibid. τί ἐστι νέος &c. „*Quid sit adolescens*; id est, quantum excellat inter cæteros.“ WOLFIVS.

Vers. 6. ὅτι πείσῃ τὸ τοιοῦτον. „*Te passurum esse tale:* id est, *tale aliquid in mentem tibi venturum;*“ a πάσχω, non a πείθω.“ WOLFIVS. — „Recte omnino. Scribe itaque: Ἐγὼ μὲν, νὴ τοὺς θεούς, φαντάζομαι ὅτι πείσῃ τι τοιοῦτον· Τί οὖτω &c. *Equidem, per Deos, videre mihi videor te tale aliquid passurum,* (i. e. tale aliquid tibi in mentem venturum:) *Quid tantopere* &c.“ VPTON. Commodum hoc haud dubie foret: sed & illud, quod consentientibus libris vulgatum est, ferendum putavi. Et ubi τι in ista formula usurpa-

usurpatur, non præponi solet, sed postponi; sic τοιοῦτόν τι πάσχομεν II. 1, 15. & aliâs. In τὸ τοιοῦτον consentiunt nostri codd. pab. nec aliter scribere debuit pc. in quo mendose est τὸν τοιοῦτον.

Ibid. πολλὰ παρασκευαζόμεθα πρὸς τὸ μηδέν; „πρὸς τὸ μηδὲν, *ad nihil*, vel *ad rem nullius momenti*: vel, *citra necessitatem, & sine fructu.*“ WOLFIVS. Mox ait, ταῦτα οὐδὲν ἦν. Ad rem confer II. 6, 23.

Vers. 7. τοῦτο ἦν ἡ ἐξουσία; τοῦτο οὖν ἡ ἐξουσ. pc. non incommode; nec tamen hoc alteri præferam. Corrupte τοῦτο ἦν ἡ οὐσία pb.

Ibid. οἱ ἐπὶ τῆς μαχαίρας. „*Qui gladio præsunt.* Non satis statuere possum, num gladiatores, an præfectum prætoris, an satellites, an armigeros, an vero spiculatores, aut aliud aulicum munus significet.“ WOLFIVS. „Hi sunt μαχαιροφόροι, *milites stationarii, machæris seu longioribus gladiis armati.* Vide Glossar. Mediæ Græcit.“ UPTON.

Ibid. ὡς πρὸς μεγάλα. Carent πρὸς pab. male.

NOTÆ

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. II. CAP. I.

TIT. Ὅτι οὐ μάχεται τὸ θαῤῥεῖν τῷ εὐλαβεῖσθαι. Diogenes Laërt. in vita Zenonis, VII. 116. Εἶναι δὲ καὶ εὐπαθείας, φασὶ, τρεῖς· χαρὰν, εὐλάβειαν. βούλησιν. καὶ τὴν μὲν χαρὰν ἐναντίαν φασὶν εἶναι τῇ ἡδονῇ, οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν· τὴν δὲ εὐλάβειαν τῷ φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκκλισιν· φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δέ. Et mox: ὑπὸ δὲ τὴν εὐλάβειαν [πίπτειν] αἰδῶ, ἀγνείαν. [id est:] *Cautioni subjungi ajunt verecundiam, castitatem.* Plutarch. de Contrad. Stoic. p. 1038. Καὶ ἡ εὐλάβεια τοίνυν λόγος ἐστὶν ἀπαγορευτικὸς τῷ σοφῷ. τὸ γὰρ εὐλαβεῖσθαι, σοφῶν ἴδιον, οὐ φαύλων ἐστί. Cicero, Tusc. Disp. IV. 6. *Quoniamque, ut bona naturâ adpetimus, sic a malis natura declinamus; quæ declinatio cum ratione fit,* Cautio *adpelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente: quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili atque fracta, nominetur* Metus. *Est igitur Metus, ratione aversa cautio.* Seneca Epist. 85. *Non timebit illa, sed vitabit.* Cautio *illum decet;* timor *non decet.* Vide autem infra, cap. 5. Πῶς συνυπάρχει μεγαλοφροσύνη καὶ ἐπιμέλεια.“ VPTON.

Vers. 2. ἐναντίον δὲ γάρ πως δοκεῖ Olim ἐναντίως legebatur. Hinc WOLFIVS: „Lego γάρ πως ἔχειν δοκεῖ.“ — Sed VPTON: „At noster codex, quem sequor, ἐναντίον exhibet.“ — Sic & pabc. In pa. quidem primum fuerat ἐναντίως, sed correctum ἐναντίον ab eadem manu.

Vers. 3. δοκεῖ μοι τοιούτου τινὸς ἔχεσθαι. *Videtur mihi esse hujusmodi.* Rarior locutio pro οὕτω πως ἔχειν. Quasi dicas, *ad tale quid pertinere; cum tali quadam ratione esse conjunctum; a tali quadam ratione pendere.*

Ibid.

Ibid. πρὸς τὰ αὐτὰ. Sic scripsi cum pab. Vulgo ταυτὰ vel ταὐτὰ, cum pc.

Vers. 4. ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ &c. „Vide supra, I. 20, 15. & I. 29, 1.“ VPTON.

Vers. 5. τὰ προαιρετικὰ. τὰ προαιρετὰ legendum censuit Wolfius, nulla necessitate. Vide Adnot. ad I. 22, 18.

Vers. 6. τῇ εὐλαβείᾳ. Caret τῇ pc.

Ibid. μὴ ἐφ' ἡμῖν. οὐκ ἐφ' ἡμῖν pb.

Vers. 7. οὕτω μὴν ἅμα. „Ita noster codex: alii οὕτως ἅμα.“ VPTON. — οὕτως ἅμα pabc. cum edd. ante Vpt. quod vide ne teneri debuerit. Sane vereor, ne alieno loco hic stet μὴν particula. Lubens acciperem οὕτω μὲν, ni continuo sequeretur ἅμα μὲν. Sed vel sic οὕτω μὲν præferrem.

Ibid. νὴ Δία, διὰ τὴν εὐλαβ. Præpositio διὰ post Δία temere omissa est in ed. Cant. errore operarum, in anon. Lond. propagato.

Ibid. συμβήσεται θαρρεῖν ἡμῖν. ἡμᾶς pb. Neutrum male: ἡμᾶς ad θαρρεῖν referendum; ἡμῖν a συμβήσεται pendet.

Vers. 8. ὅτε φοβοῦνται φεύγουσαι αἱ ἔλαφοι τὰ πτερὰ. „Ita optime noster codex, & ms. Par. Cæteri dant τὰ πτηνὰ. Allusit autem ad morem illum cervos in venatione terrendi vario plumarum discolorum nexu: *Lineam* dixerunt, seu, a re, *formidinem*. Describit Nemesianus:

Linea *quinetiam, magnos circumdare saltus*
quæ possit, volucresque metu concludere prædas,
digerat innexas non una ex alite pinnas.
Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces
terrificant, linique vetant transcendere septum.

Ovid. de Remed. Amor. lib. I.

Aut pavidos terret varia formidine *cervos.*

Virgil. Georg. III. 371.

Puniceæve agitant pavidos formidine *pinnæ.*

Vide & Aeneid. XII. 749. Ovid. Metam. XV. 475. Lucan. IV. 437. Senec. Hippol. vs. 46. Hanc lineam s. formidinem appellat Oppianus μήριν θον δειμαλέην, *lineam formidolosam;* & δεῖμα πολύχροον, *multicolorem formidinem.*“ VPTON. — In τὰ πτερὰ consentiunt pab. quod vocabulum sicut proprie *alas* significat, sic in eadem

dem re eodem latino nomine Virgilius usus est, Aen. IV. 121.

Dum trepidant alae, *saltusque indagine cingunt.*

In *Φεύγουσα* & *αἱ ἔλαφοι* recte consentiunt iidem codd. mssti cum edd. Sed in pc. sic scribitur: *ὅτε φοβοῦνται, — Φεύγουσιν οἱ ἔλαφοι τὰ πτηνὰ πρὸ τοῦ πρέπουσαι;* Mox *πρὸς τίνα* recte dederunt pab. Et sic jam ediderat anonymus Lond. Superiores perperam *πρός τινα*, enclitice.

Vers. 10. *ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις.* Editiones omnes, ne Vptoniana quidem excepta, *ἐν τοῖς ἀπροαιρετικοῖς* dabant. Ad quem locum VPTONVS monuit: „Noster codex *ἀπροαιρετοῖς.* Sed vide supra Wolfii notam.“ — Nempe Wolfii Notam dicit ad vs. 5. quam nos superius ad I. 22, 18. retulimus. Recte vero Vptoni codex; quem tamen non *ἀπροαιρετοῖς*, circumflexa ultima, dedisse puto, ut Vptonus retulit, sed *ἀπροαιρέτοις* penacute, quemadmodum usus & grammatica ratio postulabat. Idque sequi debuerat Vptonus, quod etiam Wolfius l. c. suaserat; ubi vide quæ nos ad Wolfii Adnotationem insuper monuimus. Idem vocabulum *ἀπροαίρετος* habes I. 4, 27. tum hoc ipso capite vs. 4, 5 & 6. & sæpe alias. Et *ἀπροαιρέτοις* h. l. recte scribitur in pbc. Sic etiam scribendum monuerat Meibomius, quum *ἐν τοῖς προαιρετικοῖς* suasisset Salmasius.

Vers. 11. *αἴδημον.* Tenui hanc scripturam, quam h. l. præferebant editiones posteriores, inde a Genev. Superiores (Ven. & Bas.) *αἴδημον* dedevant, minus recte. Vide ad I. 28, 4. In *αἴδημον* consentit pb. Sed pac. hoc loco *ἄϋδημον* scribunt.

Vers. 12. *ὅπου προαίρεσις.* „Sic noster codex & ms. Par. Alii codices *προαίρεσιν.*“ VPTON. — Recte nominativum recepit vir doctus; intelligitur enim verbum *ἐστὶν*, quod mox diserte adjicitur, *ὅπου τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐστι.* Verum tuentur tres Parisini; *προαίρεσιν* habebant edd. ante Vpt.

Ibid. τὴν ἔκκλισιν. Mendose *τὴν ἔκκλησιν* Ven. & Bas.

Vers. 13. *Οὐ κατθανεῖν γὰρ &c.* „Euripidis versus. Vide Barnesii Eurip. p. 514. inter Fragmenta. (vs. 417.)“ VPTON.

Vers. 14. *Ἐδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὸ θάρσος ἐστράφθαι &c.* Ante Vptonum sic edebatur: *Ἐδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὴν φυγήν· πρὸς δὲ τὸ περὶ αὐτοῦ δόγμα* &c. omissis inter *τὸν θάνατον* & *τὴν φυγήν* novem.

novemdecim verbis, quæ e codice ſuo Vptonus ſupplevit. Quæ neſciens WOLFIVS, ad iſta verba, πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὴν φυγήν, monuerat: „Lego οὐ τὴν φυγήν. *Non fuga eſt morti opponenda.* Si quis legere maluerit πρὸς τὸν θάνατον καὶ τὴν φυγήν, *adverſus mortem & exilium;* erit ἀνακλαπόδοτον. Quare πρὸς τὸ περὶ αὐτοῦ δόγμα pro ἀλλὰ πρὸς τὸ accipio.“ — Pari ratione οὐ poſt Ἔδει οὖν inſerendum Gatakerus cenſuerat ad Anton. XI. 23. — VPTONVS vero: „Magna (ait) erat lacuna in omnibus codicibus, quam ex noſtro codice ſupplevi. Vide ad I. 18, 8. Haud mirum itaque, hæſiſſe interpretes. Cæterum haud abſimile dictum *Diogenis* memoratur apud Laërt. VI. 38. qui ajebat, *ſe objicere fortunæ quidem confidentiam, naturam legi, perturbationi rationem.* ἔφασκε δὲ ἀνθιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον.“ — Hæc ille; opportune ſane: nam noſtri quidem codices in eodem cum editis luto hærebant. Ad verba quod adtinet, phraſis illa, ἔδει πρὸς τὸν θάνατον τὸ θάρσος ἐστράφθαι e militari uſu deſumta videtur: *ut ſcutum obvertitur objicitur que ictui ab hoſte imminenti, ſic imminenti morti, veluti ſcutum, obvertenda eſt fiducia.* Conf. Polyb. XVIII. 13, 7.

Ibid. τὸ ἀδιαφορητικόν. „Fortaſſe τὸ ἀδιάφορον. Si lectio mendoſa non eſt, ſignificat hæc vox *dogma quo mors ſtatuitur non malum, ſed indifferens quiddam eſſe.* Verbum ἀνθιτιθέναι, aut ἀνθιτάξαι, a librario videtur omiſſum.“ WOLFIVS. Poſt ea, quæ ſupplevit Vptonus, nihil deeſt. E ſuperioribus hoc loco intelligendum verbum στρέφουσι, aut στρέφομεν. Vocabulum vero τὸ ἀδιαφορητικὸν non ſolicitare Wolfius debebat: eſt enim legitime deductum a verbo ἀδιαφορεῖν, & idem valet ac τὸ ἀδιάφορον, vel ἡ ἀδιαφορία. Vſurpatur autem verbum ἀδιαφορεῖν non de *rebus* ſolum *indifferentibus*, ut II. 6, 2. ſed & de *perſonis*, ſignificatque *indifferentem eſſe intuitu alicujus rei, rem pro indifferente habere*, ut apud Polyb. XXXI. 22, 10.

Verſ. 15. Ταῦτα δ' ὁ Σωκράτης — — μορμολύκεια ἐκάλει. „In Phædone: τὸν θάνατον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες μορμολύκεια. [Phæd. c. 24. ed. Forſt. τοῦτον οὖν πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ὥσπερ τὰ μορμολύκεια.] Et in Critone, p. 46. edit. Steph. [c. 6. ed. Forſt.] οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἢ τῶν πολλῶν δύναμις, ὥσπερ παῖδας, ἡμᾶς μορμολύττηται,

δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Huc respexit M. Anton. XI. 23. Cæterum confer III. 22, 106. Quodque interea notandum est: tyrones in philosophia & hic & alibi *pueros* vocat, apta translatione. Sic Marcus [Anton.] II. 12. Φύσεως ἔργον ἐν τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί. Audiamus Lucretium II. 54.

Nam veluti pueri *trepidant, atque omnia cæcis*
in tenebris metuunt; sic nos in luce timemus
interdum nihilo quæ sunt metuenda magis, quam
quæ pueri *in tenebris pavitant finguntque futura.*

Notatur a philosophis, admirationem præcipue inesse puerorum & juvenum animis: quod ideo monui, ut locum in Cebetis Tabulæ emaculem, qui ita se habet: καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον. νεώτερος γὰρ ὤν, πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο. At ope codicis manuscripti scribo: καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον νεώτερος ὤν. πολλὰ γὰρ καὶ σπουδαῖα διελέγετο. *Et eum utique admiratus sum* (vel, audivi eum cum admiratione; namque οἱ θαυμαζόμενοι sunt discipuli:) *longo tempore cum junior essem: nam plurima, eaque eximia disserebat.* Egregia sane restitutio: male se habent tamen editi codices, quos videre contigit. Præterea consule Aristot. Ethic. lib. I. c. 3. in fine." VPTON. Cebetis locum ita, ut ex cod. msto emendavit Vptonus, jam vicesimo anno priusquam ista Vptonus scripsit, Johnsonus ediderat; ut quidem ex Villebrunii Adnotatione ad eumdem locum (in nupera ejusdem libelli editione) intelligo, nam Johnsoni editio nunc ad manus mihi non est. Eodemque modo ex editione Gronoviana repræsentavit Hemsterh. post Luciani Colloquia selecta. Pro μορμολύκια h. l. edit. Ven. μορμολύκια habet, sed mox deinde in ει cum reliquis consentit.

Ibid. δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας. „Constructio duriuscula est, sed plana sententia. *Non alia de causſa*, inquit, *res exhorrescimus, quam pueri larvas.* Hoc est, *imperitia nos timidos facit.* τὸ μορμολύκειον, genere neutro, usitatius est." WOLFIVS. „Πρὸς τὰς μορμολυκείας. Ita codices, quos consului: non πρὸς τὰ μορμολύκεια, uti lexica habent." VPTON. Idem Vptonus in Indice ait: „De scriptura dubito: & legendum forsan πρὸς τὰ μορμολύκεια." — Nempe sic non modo paulo ante, sed & rursus τὸ μορ-

μολύκειον

μολύνειον habent omnes vſ. 16. & 19. At in τὰς μορμολυκείας conſentiunt h. l. libri omnes. Conſtructio autem verborum ita intelligenda, ut ὥσπερ valeat διὰ δὲ, nempe διὰ οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ ὃ καὶ τὰ παιδία, ſcil. διὰ ἀμαθίαν, ut recte Wolfius interpretatus eſt.

Verſ. 17. Στρέψας αὐτὸ, κατάμαθε. Mendoſe καταμάθες editt. omnes ante Vptonum, excepta ed. Salmant. Hinc: „Lego κατάμαθε. *Inverte, ut ita eſſe cognoſcas.*“ WOLFIVS. — „Recte. Sic ed. Salmant. Vide infra, vſ. 19.“ VPTON. In veram ſcripturam conſentiunt pabc.

Ibid. ὡς πρότερον ἐκεχάριστο. „*Vt prius ſeparatus fuerat.* Sentit animos eſſe ante corpora, & in ea dimitti, ex univerſa mente divina delibatos, ut ait Cicero.“ WOLFUS.

Verſ. 18. Ἵνα ἡ περίοδος ἀνύηται τοῦ κόσμου. „Confer III. 24, 10. IV. 1, 100. Hoc autem ſecundum Heracliti dogma, apud Laërt. IX. 8. Ἵνα εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαί τ' αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. Inde Zeno apud eundem Laërt. VII. 137. de Deo, κατὰ χρόνων ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν. M. Anton. XI. 1. Τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν Ὅλων ἐμπεριλαμβάνει. *Vniverſi per intervalla certa renovationem* mens *comprehendit.* In hanc rem lib. V. 13. & ſæpius alibi. Cicero in Somn. Scip. *Propter eluvionēs exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt.* Ad hanc παλιγγενεσίαν allusit Virgilius, Ecl. IV. 5.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.“

VPTON. Mox pro ἠνυσμένων, perperam & invitis noſtris libris, erat ἠνησμένων in ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 19. Τραχέως κινεῖται τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείως. „Elegans periphraſis de voluptate & dolore: uſitata a M. Anton. V. 26. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σου μέρος ἄτρεπτον ἔστω ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. *Quæ principatum ac dominium obtinet pars animæ tuæ, immota maneat ad levem vel aſperum carnis tuæ motum.* Sic lib. IV. 3. λείως ἢ τραχέως κινουμένῳ, *leniter ſive aſpere moto*, id eſt, *a voluptate vel dolore*, uti recte Gatakerus. Et lib. X. 8. Τὸ δὲ ὑπέρφρον, τὴν ὑπέρτασιν τοῦ Φρονοῦντος μορίου ὑπὲρ λείαν ἢ τραχεῖαν κίνησιν τῆς σαρκός.

Magnanimi vero, subvectionem mentis supra omnem lenem asperumve carnis affectum. Eodem modo locutus est Cicero Tusc. Disp. II. 26. [27.] *Quicquid* asperum *alienumque a natura sit.*" VPTON.

Ibid. ἡ θύρα ἠνοιγται. „Vide ad I. 9, 20." VPTON.

Vers. 20. Πρὸς πάντα γὰρ ἠνοῖχθαι χρὴ τὴν θύραν. „*Ad omnia oportet apertam esse* (vel *patere*) *januam.* Sacra (ut superiore tomo [in Notis ad Enchirid.] diximus) philosophorum anchora est, sibi, rebus undique desperatis, mortem consciscere. Vnde apparet, eos, quamvis aliud dixerint, sensisse, dolorem, vitam & mortem non esse ἀδιάφορα. Nam si dolor malum non est, & inter vitam & mortem nihil interest; quae causa esse possit, cur vitae mors praferatur, quantumvis janua pateat." WOLFIVS. — „Noster codex χρή, quam lectionem in contextum recepi." VPTON. — Scilicet olim editi omnes ἠνοῖχθαι δεῖ dabant. Et sic pabc. Quod vero πρὸς πάντα ait, id est *ad omnia*, hoc dicere videtur, ad quemvis casum, qui talis sit, ut vel ferri ab homine nullo prorsus modo, vel non honeste ferri possit; quem proinde vir sapiens veluti vocem Dei esse judicat, signum receptui dantis homini. Vide I. 9, 16—20. & loca ibi in Notis citata. Quod vero ἠνοῖχθαι χρὴ ait, id est, *pateat oportet*, id non satis mihi, quo pertineat, liquere fateor. Non enim hoc vult dicere, *nos debere eam aperire*; sed, *apertam eam esse*, modo ipse dixerat, & saepe aliàs dicit. Vide igitur, an satis sana atque integra oratio sit. Mihi visus erat tale aliquid voluisse praecipere: *opus esse, ut ad quemvis casum cogitemus, apertam esse januam.* Sed nihil definire ausim. Pro ἠνοῖχθαι, mendose ἠνοῖσθαι est in Ven. & ἠνοῖχσθαι in Bas.

Ibid. καὶ πρᾶγμα οὐκ ἔχομεν. „Id est, *nec ullam moram experimur, quo minus janua aperiatur.*" VPTON. At ista scribens vir doctus, non satis considerasse videtur ea quae proxime praecedunt. Quae est enim, quaeso, haec oratio: *janua ad omnia aperta esse debet, nec ullam moram experimur, quo minus janua aperiatur.* Immo, quoniam ad quemvis casum aperta est janua, *nullo negotio, sine difficultate exire nobis licet; expeditus exitus est.*

Vers. 21. τοῖς τῷ ὄντι πεπαιδευμένοις. „Sic noster codex: vide mox vs. 25. Alii codices παιδευομένοις." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noster pb.

Vers.

Vers. 22. Οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς περὶ τούτων πιστευτέον. „Ex iis quæ sequuntur, apparet, pro πολλοῖς legendum νόμοις vel νομοθέτας, non *vulgo*, sed *legibus*, aut *legum latoribus*.“ WOLFIVS. „Nil mutandum. Est familiaris hic loquendi modus: & sequentia non impediunt; quippe in δημοκρατίᾳ ipsi οἱ πολλοὶ sunt νομοθέται; & philosophis ipsi reges, vulgus.“ COMES SHAFTESBVR. Τοῖς πολλοῖς, *plerisque hominibus*; non quo sensu οἱ πολλοὶ opponuntur sapientibus. Apud antiquos utplurimum οἱ τῶν ἐλευθέρων παῖδες soli erudiebantur disciplinis. Vide Xenoph. de Cyri Instit.“ VPTON.

Vers. 23. Οὕτω. νῦν ἄλλο τι ἐστὶν ἐλευθερία. Post Οὕτω commode Vptonus, & consentientibus nostris mss. tis, punctum posuit, quo carebant olim editi. Præiverat Vptono Wolfius in versione. Particulam νῦν vero præter rem solicitavit idem WOLFIVS, scribens: „Fortasse μῶν pro νῦν legendum, *num* pro *nunc*?“ — Sane & alibi interrogationi inservit eadem particula, veluti II. 17, 17.

Ibid. ὡς βουλόμεθα, διεξάγειν. *Ut volumus degere.* διεξάγειν καὶ διεξαγωγὴ Stoicis omnem *totius vitæ cursum* significat. Cicero *libertatis* esse proprium, *sic vivere ut velis*, affirmat.“ WOLFIVS.

Ibid. βούλεσθε ζῆν ἁμαρτάνοντες; „*Vultis vivere delinquentes?* Verecundior fuit illa ætas nostro sæculo. Nam complures invenias, qui, rogati, an velint helluari, adulterare, scortari, ludere, otio torpescere, circumvenire simpliciores, imbecilliores opprimere, respondere non dubitent, se, ni ita faciant, vitam vitalem non judicaturos. Sentiunt enim, hæc aut *peccata* non esse; aut non tanta, ut propterea suis commodis non consulant, & genio non indulgeant. Denique aliter vivi posse nonnulli negabunt, si verbo minus, at vita & moribus. Sed hæc fortasse ἀπροσδιόνυσα. Nam τὸ ἁμαρτάνειν etiam de *frustratione* intelligi potest. Tum vero nemo erit, qui se velle ἀποτυγχάνειν respondeat.“ WOLFIVS. „Vide hujus libri cap. ult. & lib. IV. cap. 1. in initio.“ VPTON.

Vers. 24. τῇ αὐτῇ ὁδῷ. „*Eâdem viâ*, id est, eadem certa ratione atque methodo. Vide ad I. 4, 29. & I. 16, 18.“ VPTON. Equidem vocab. ὁδὸς nunc non illa signatiore notione accipiam, quam Vptonus dicit; sed τῇ αὐτῇ ὁδῷ, *eâdem viâ*, accipio, pro *simul*, *eodem tempore & eadem ipsa re*, *eodem ipso*.

Vers. 25. Πῶς οὖν ἔτι &c. „Πῶς οὖν ἔτι ὑμῖν πιστεύομεν, ὦ φίλτατοι νομοθέται, Ὅτι οὐκ ἐπιτρέπομεν παιδεύεσθαι εἰ μὴ τοῖς πεπαιδευμένοις. *Quomodo igitur vobis poſthac credemus, chariſſimi legumlatores*, dicentes, *Non ſinimus erudiri niſi ingenuos.* Ante hæc verba, ὅτι οὐκ, frequens ellipſis τοῦ, λέγοντες.“ VPTON. Particulam iſtam ὅτι utrum ſua e conjectura, an codicis ſui auctoritate adjiciendam cenſuerit, non declaravit vir doctus: noſtri quidem libri eam ignorant. Cæterum, quod πιστεύομεν in Notis ſcripſit, pro πιστεύσομεν, quod cum libris omnibus in contextu tenuit, caſu, non conſilio, factum puto, præſertim quum & ipſe in verſione *credemus* ſcripſerit. Quod vero in fine πεπαιδευμένοις ſcripſit pro ἐλευθέροις, non deliberato utique, ſed fugiente calamo, animo aliud agente, ut ſubinde fit, factum, niſi prorſus operarum errore peccatum. ὅτι, ſi ex codice ductum conſtitiſſet, non invitus recepiſſem: ſed, cum incerta res eſſet, amplian-dum putavi.

Ibid. τοῦτό ἐστιν, ὁ Θεὸς οὐκ ἐπιτρέπει. Sic, ὁ Θεὸς, edidit Vpton cum Cantab. & Lond. anon. præeunte Wolfio. Olim ὃ Θεὸς edebatur. Vnde WOLFIVS: „Τοῦτ' ἔστιν ὃ Θεὸς οὐκ ἐπιτρέπει. *Hoc eſt quod Deus non permittit.* Malim ὁ ſine accentu. *Nos, hoc eſt, Deus non permittit.*“ — Nempe philoſophi ex rationis præſcripto id dicunt; rationis autem præſcriptum, eſt vox Dei in nobis. Cæterum in ὁ Θεὸς (non ὃ Θεὸς) conſentit noſter codex pc. Neſcio an & pab. qui hæc mihi ſcribenti non amplius ad manus ſunt.

Vers. 26. Ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον. — „*Si quis verterit coram prætore ſervum ſuum.* Vtrum *certus* fuerit *manumiſſionis ritus:* an vero ſimpliciter dicat *ſiſtere prætorio*, [*prætori*, puto, ſcribere voluerat;] *adducere ad prætorem*, & *coram eo libertate donare;* aliis diſceptandum relinquo; ſicut & illud quod libro IV. ſæpius occurrit, καρπιστὴν ἔχειν καὶ διδόναι. Noſtra enim, nunc quidem, nihil intereſt, quibus cæremoniis ſervi liberati fuerint olim. Hoc nobis ſatis eſt, Epictetum negare, tam patronum, quam libertum, utut paruerint legibus, eſſe liberos, dum affectibus ſerviant.“ WOLFIVS.

„στρέφειν, *vertere*, pro *manumittere;* feſtive, ut moris eſt. Sic Perſius, Sat. V. 75.

— — *Heu*

— —. *Heu ſteriles veri, quibus una Quiritem vertigo facit.*

Et mox:

Verterit *hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.*

Ritus erat, ut conſulibus [immo prætoribus] in ſella ſedentibus ſervi manumittendi in medium prodirent; quorum ſervorum capite aut manu prehenſa, domini hæc verba ex formula dicebant: *Hunc hominem liberum eſſe volo:* deinde circumagebant; quod dicitur a Perſio *vertigo*, Græcis περιδίνησις & περιστροφή. Seneca Ep. 8. *Philoſophiæ ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit: ſtatim circumagitur. Hoc enim ipſum, Philoſophiæ ſervire, libertas eſt.*" VPTON. Conf. Appian. de Bell. Civil. IV. 135. Pro στρέψῃ, eſt ἐπιστρέψῃ in pc. quod neminem turbare debet. In verbum ſimplex mox conſentiunt omnes. Si compoſito opus fuiſſet, περιστρέψῃ erat dicturus, quemadmodum Appianus loco citato.

Ibid. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. „*Viceſimam de eo dare;* ſive peculii, ſive pretii partem intelligo, quanti vel emptus fuerit vel venire potuerit. Vectigal venditionis fuiſſe videtur vigeſima pretii pars, quæ magiſtratui penderetur." WOLFIVS.

„Vectigal ſolvebatur ex manumiſſione ſervorum: in auro plerumque ſolvi ſolebat, & ad ultimos caſus in ærario ſanctiori ſervabatur: inde dicebatur *Aurum viceſimarium.* Vide Liv. XXVII. 10. Et VIII. 16. *Cn. Manlius conſul legem novo exemplo, ad Sutrium, in caſtris, tributim,* de viceſima eorum qui manumitterentur, *tulit.* Ejus vectigalis meminit Cicero ad Att. lib. II. Epiſt. 16. *Portoriis ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter* viceſimam? Et Tacitus, Annal. XIII. 31. *Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum.* Huic colligendo vectigali præfecti fuerunt, *Viceſimarii* dicti. Arrianus infra, lib. IV. c. 1, 33. Δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον; *Putatis quod pecuniam viceſimariis dare cupiat?* In quo loco εἰκοστῶναι ii appellantur, *qui aurum illud viceſimarium exigerent;* niſi malis εἰκοστώτας legere cum Lipſio in Excurſu ad Tacit. XIII. 31. In vet. Gloſſ. Εἰκοστώτης, ὁ τὰς εἰκο-

στὰς ἀπαιτῶν. *Vicesimarius, qui vicesimas exigit.*" VPTON. Vide Not. ad IV. 1, 33. αὐτοῦ δοῦναι, pro ἀνὴρ αὐτοῦ, pro more, ubi de pretio agitur.

Vers. 28. ὁ ἄλλους στρέφειν δυνάμενος. „*Tu qui alios vertere*, hoc est, coram prætore manumittere potes. *τρέφειν* pro *στρέφειν* perperam esse scriptum apparet." WOLFIVS. „Codex Salmant. * *τρέφειν*, [&] in marg. * *στρέφειν*. Omnes alii codices, quos videre contigit, [editiones omnes ante Vptonum] *τρέφειν*, male; ut Wolfius monuit." VPTON. — Verum tuentur pabc.

Ibid. οὐ τύραννον. Ante Vptonum οὐ τὸν τύραννον edebatur; & sic dant pac. „Auctoritate nostri codicis e contextu ejecimus articulum τὸν, & recte: nam, ut κοράσιον, παιδάριον, sine articulo leguntur, sic quoque τύραννον legi debet." VPTON. Codici Vptoni adsentitur noster pb.

Vers. 30. Ἀλλ' οὐκ ἀνέγνων σοι; οὐδ' ἔγνως τί ποιῶ; *Nonne legi tibi? nonne cognovisti quid agam?* Verba discipuli sunt, suum scribendi studium jactantis." WOLFIVS. — Conf. vs. 34. & I. 8, 10. I. 26, 1 & 13.

Eod. vs. & seq. Ἐν λεξειδίοις. Δεῖξον πῶς ἔχεις. „*In verbis. Ostende quomodo* &c. Respondet Epictetus, inane esse scribendi studium, nisi animo sis tranquillo. Sed pertinent hæc non ad discipulos artium dicendi, quorum laus est emendate loqui, subtiliter disputare, ornate scribere: sed ad doctrinæ morum atque officii auditores." WOLFIVS.

Vers. 31. ἐκεῖνα δὲ τὰ περιόδια, ἂν νοῦν ἔχῃς, ἄφες πού ποτε ἀπαλείψεις. „Πού legendum, cum gravi, *Aufer aliquo, & deleto.* Τὰ περιόδια, utrum *orationem periodicam*, an vero *scripta trivialia* (ut vulgo dicunt) *& pervulgata*, & jam ab aliis pertractata, vocet, ut sit idem fere quod τὰ ἐγκύκλια, affirmare non possum." WOLFIVS. Τὰ περιόδια Vptonus cum Wolfio *illa pervulgata* vertit. In Indice vero hæc ad h. l. monuit idem VPTONVS: „Περιόδιος, *qui habet periodos.* τὰ περιόδια, *illos orationum circuitus.* vide Cicer. in Oratore ad Brut. [c. 61.] Quinctil. IX. 4. Sed forsan legendum τὰ περιοδικά. Nam περιοδικὸς λόγος est apud rhetores oratio longis verborum ambitibus circumducta." — Hæc ille. Ego vero non video, cur vulgatum solicitetur. Amat Epictetus, quod quælibet harum Dissertationum pagina docet, ex Stoicorum more, diminutiva

nutiva nomina. τὰ περιόδια igitur intelligo quasi dicas *periodos*, id est, *verborum circuitus ambitusque solerter tornatos*, quibus singularem operam dabant, & quibus gloriabantur juvenes artis rhetoricæ studiosi; quemadmodum dialecticæ artis studiosi nectendis astute syllogismis, & subtiliter solvendis eis qui essent ab aliis propositi, gloriam maxime captabant. Conf. I. 8, 6 sqq. ἄρειν est *tollere*, vel *abjicere*; ut III. 3, 14. ποὺ ποτε scripsi, pro ποῦ ποτε cum circumflexo, quod erat in editis. Est enim hic non interrogativa particula, sed enclitica, quæ nunc accentum habet ob sequentem encliticam ποτε. Verti *aliquando tandem*; sed proprie est *alicubi tandem*; vel, που pro ποι accepto, (ut frequenter admodum adverbia *in loco* significantia notione *ad locum* usurpantur) *quocumque tandem*. Paulo ante, perperam ἐκκλησιν ed. Ven. & Bas. pro ἔκκλισιν. In περιόδια nil mutant libri.

Vers. 32. Τί οὖν; Σωκράτης οὐκ ἔγραφε; „*Quid ergo? Socrates non scripsit?* Discipulus suum scribendi studium exemplo Socratis defendit.“ WOLFIUS.

Ibid. Καὶ τίς ποσχύτα; ἀλλὰ πῶς; „Epictetus etiam Socratem permulta scripsisse concedit; verum non ad ostentationem, sed corrigendi sui caussa. An pro *Socrate* aliud nomen ponendum sit, haud satis scio. Nam Laërtius scriptorum Socratis non meminit, si ego recte memini; nisi quod Euripidi poëtæ navasse operam creditus fuerit: immo in Proœmio sui operis Socratem inter eos recenset, qui nihil a se scriptum reliquerunt.“ WOLFIUS. „Scripsit Socrates; sed non ἐπιδεικτικῶς, uti sophistæ: neque unquam authoris titulo insignitus est.“ UPTON.

Diogenes Laërtius, Socratem in eorum numero referens qui nihil prorsus scriptum reliquerunt, lib. I. c. 16. κατά τινας adjecit, i. e. *ut nonnulli contendunt*. In his vero Cicero est, qui lib. III. de Orat. c. 16. præcise ait: *ingenium quidem Socratis variosque sermones immortalitati scriptis suis tradidisse Platonem; ipsum vero Socratem literam nullam reliquisse*. Cum quo Plutarchus aliique consentiunt. Ac sane ne ullum quidem unum scriptum ullibi commemoratur, quod Socratem auctorem habuisse constet; nedum plura, quod Epictetus noster dicere videtur. Itaque GODOFR. OLEARIUS, in Schediasmate de Scriptis Socratis, latinæ versioni Hi-

storiæ Philosophiæ Thomæ Stanleii inserto, Tom. I. p. 206. segm. 9. judicavit, pro ἔγραφε h. l. apud Arrianum διέλεγε aut συνεζήτησε vel aliquid simile potius legendum, quam cum Wolfio statuendum, pro *Socrate* aliud nomen fortasse substituendum. Et ego lubens sane pro ἔγραφε aliud verbum acciperem, si aut codices offerrent, aut si occurreret aliquod quod cum illo facile commutari a librariis potuisset. At nihil tale occurrit; &, quod mox deinde ait, ταῦτα γράφει φιλόσοφος, indicare videtur, hoc etiam loco verbum ἔγραφε positum ab Arriano fuisse. Quod si ita est, non nimis quidem adcurate locutus Epictetus fuerit, cum ei, qui id dixit (aut ipse sibi, quæstionem illam nomine auditoris moventi) respondit, Καὶ τίς τοσαῦτα; id est, *Et quis tam multa scripsit, quam ille?* Sed aut ad quæstionis formam adcommodasse responsionem existimandus erit; aut *Platonicum Socratem* dixisse; aut hoc voluisse, Socratem, quæ secum meditatus est & quæ deinde in colloquiis suis data occasione disseruit, in commentarios sibi in suum usum retulisse; sive quæ est alia verior commodiorque ratio locum hunc expediendi.

Eod. vers. 32. *& seq.* καὶ ἀεί μίαν γέ τινα προλῆψιν ἐγύμναζε χρηστικῶς. Ταῦτα γράφει φιλόσοφος. λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός, ἣν λέγω, ἄλλοις ἀφίησι. Olim, ante Vptonum, sic legebatur καὶ ἀεὶ — — ἐγύμναζε χρηστικῶς. ἣν λέγω &c. omissis verbis Ταῦτα γράφει &c. (Neque aliter libri nostri pabc.) Vnde WOLFIVS: „Obscurus (ait) & suspectus locus, quem me non intelligere fateor, nisi post χρηστικῶς comma ponatur, & λέγων participium pro verbo λέγω, ut sit sententia: *Socratem scripsisse ea, quibus in congressibus alios erudiret, alios argueret;* sicut Demosthenes ea domi scribere solitus fuit, quæ pro concione dicturus esset. Γυμνάζειν χρηστικῶς, &, ut Simplicius loquitur, ζωτικῶς, est tractare διὰ τὴν χρείαν vel χρῆσιν, ἵνα χρῶτο, ut ea uteretur, καὶ διὰ ζωὴν, ut ita viveret. ἣν λέγων ἀφίησιν ἄλλοις, *quam dicendo, velut telum, aut amentatam hastam, in alios vibraret ac contorqueret.* Pro ἀφίησι fortasse legendum ἀφίῃ vel ἀφῇ." Hæc *Wolfius.*

VPTONVS vero: „Ταῦτα γράφει φιλόσοφος. λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός. Hæc omnia fide nostri codicis supplevi. Verumenimvero duriuscula est structura & ἀνακόλουθος: λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός, nisi legas λεξείδια δὲ καὶ τὴν ὁδόν. Vide ad I. 7, 20. Interea μακαρίοις nota: nam

μακάριοι

μακάριοι Sophistæ dicebantur; immo vero θαυμάσιοι, θεῖοι, δαιμόνιοι: aliisque id genus appellationibus ornati erant. Nunc videamus locum: Ταῦτα γράφει φιλόσοφος. Hæc explicant ea quæ supra de Socrate & scriptis ejus dixit. *Semper unam fere notionem sic tractabat* (Socrates,) *ut eam ad usum accommodaret. Quod vero ad seminunculos istos, & Methodum, quam dico, attinet, aliis relinquit, iis nempe qui nihil sentiunt, aut beatis istis*, (sc. Sophistis,) *qui otium agunt propter vitam imperturbatam, aut iis qui propter stultitiam nullam habent rationem eorum quæ sequuntur.*"

De vocab. χρηστικῶς vide ad II. 9, 19. Cæterum quin mendum lateat in illa voce ἡ ὁδός, vix dubitari potest. Neque vero satis videtur, τὴν ὁδὸν corrigere. Sane, quænam sit illa *Methodus*, quam interpretatur Vptonus, mihi non liquet. Equidem suspicatus eram, rursus τὰ περιόδια hic dixisse Epictetum, ut vers. 31. sed cum hoc non convenit quod sequitur ἦν λέγω. Itaque videndum, an certius quid alii largituri sint codices. Quidquid fuerit, quod hic legendum sit, hoc dicit Epictetus: *studium flosculorum rhetoricorum, aliorumque id genus artificiorum, aliis relinquit is qui serio veræ Sapientiæ studet.* τοῖς ἀνοσιήτοις, *eis qui sensu carent.* Nonnumquam pro *stupido* usurpatur hoc vocab. ut IV. 1, 50. aliàs nude pro *eo qui nullo sensu rerum* (quæ aliis asperrimæ videntur) *tangitur*; ut de Cynico philosopho, III. 22, 100. Et consulto hic vocabulo illo uti videtur, quod in utramque partem accipi potest, & quod in utrumque genus hominum convenit, quos mox nominat; ἢ τοῖς μακαρίοις &c. ἢ τοῖς μηδὲν — — διὰ μωρίαν. τοῖς μακαρίοις, si ad *Sophistas* pertinet, ut Vptonus voluit, ironice dictum intelligi debebit. Sed ex Epicteti ratione aliter videtur accipiendum; scil. de eo, qui in Sapientiæ studio jam satis confirmatus est; qui in eis philosophiæ locis, qui sunt præcipui & principales, qui ad animum & ad mores formandos maxime spectant, jam satis elaboravit, probabilemque progressum fecit. Nempe de Rhetoricis artificiis idem judicat Philosophus noster, quod de Dialecticis subtilitatibus, & de omnibus subtilioribus & ad speculationem magis, quam ad vitæ usum, spectantibus partibus Philosophiæ. Conf. I. 29, 58. & loca ibi citata.

Ibid. τοῖς σχολὴν ἄγουσιν. τὴν σχολ. ἀγ. pc. & caret τοῖς.

Ibid.

Ibid. τοῖς μηδὲν τῶν ἐξῆς &c. Articulum τῶν, quem ignorabant alii, ſuo e codice ſupplevit Vptonus.

Verſ. 34. καιροῦ καλοῦντος, *vocante tempore*; nempe *tempore discriminis.*

Ibid. καὶ ἐμπερπερεύσῃ. „Sic noſter codex. [Nec aliter noſtri pabc.] Perperam alii [nempe edd.] ἐμπορεύσῃ. M. Anton. V. 5. περπερεύεσθαι, ubi conſule Gatak. & enarratores ad Pauli Apoſt. I. Ep. ad Corinth. c. 13, 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται.“ VPTON.

Ibid. Ἰδοῦ πῶς διαλόγους συντίθημι. „Quod fecerunt ad imitationem Socraticorum. De ſe memorat M. Anton. I. 6. τὸ γράψαι διαλόγους. Quod ſcriptionis genus paulo poſt plurima habere φανταστόπληκτα & ad oſtentationem comparata innuit.“ VPTON Quod συντίθημαι pro συντίθημι ſcribitur in Vptoniano contextu, operarum errore commiſſum eſt; quem corrigere ipſe juſſit editor in Notis.

Verſ. 36. περὶ αὐτῶν ποτε. περὶ τῶν ποτέ pb. περὶ αὐτοῦ ποτὲ pc. ſed id ab eadem manu mutatum in αὐτὸν ποτὲ.

Verſ. 38. σὺ ἀποθνήσκειν. „*Tu mortem meditare.* Nam, ut ait Cicero [Tuſc. I. 30.] ex Platone, *tota philoſophorum vita commentatio mortis eſt.* Vide ad IV. 1, 172.“ VPTON.

Verſ. 39. Πάντα ταῦτα θαῤῥοῦντως. Olim θαῤῥοῦντος edebatur. Hinc WOLFIVS: „Scilicet ἔργα ἐστί. *Omnia hæc ſunt animi imperterriti ſigna.* Legendum aut πεποιθότος, aut, ſi πεποιθότως adverbium recte ſe habet, eodem modo etiam θαῤῥούντως adverbialiter legendum, ut ſubaudiatur μελετητέον, aut ποιητέον: *hæc omnia facienda ſunt fidenter, & ut eo ſis fretus qui* &c. Intelligit autem Deum, a quo, tanquam a laniſta exerceantur homines rebus aſperis, ad edendum virtutis ſpecimen. Sicut dicunt πέποιθα τῷ κεκληκότι, ita etiam πεποιθότως τῷ κεκληκότι: ſicut Cicero, *congruenter naturæ vivere.* Paulo poſt lege καταταχθεὶς ἐπιδείξεις. Nam κατάγειν hic locum habere non videtur.“ — VPTONVS: „θαῤῥούντως. Hæc noſtri codicis eſt lectio, item edit. Salmant. Alii libri habent θαῤῥοῦντος. Mox quoque ex noſtro codice καταταχθεὶς pro καταχθεὶς repoſui.“ — In καταταχθεὶς Vptono ſuffragatur noſter pb. In θαῤῥούντως conſentiunt pabc. Salmaſius, ſicuti Wol-

Wolfius, intactum relinquens θαῤῥοῦντος, quod olim vulgatum erat, πεποιθότως in πεποιθότος mutandum censuerat. Post πεπληκότι deest σε in pc.

Ibid. λογικὸν ἡγεμονικόν. Post λογικὸν comma interseruerant ante Vptonum omnes. Monuerat vero WOLFIVS: „λογικὸν ἡγεμονικόν lego sine distinctione: *mens cujus est principatus; quæ cum in homine locum tenet, quem in exercitu imperator.* Res vero adversæ hostibus conferuntur.“ — Conf. ad I. 20, 11.

Ibid. πρὸς τὰς ἀπροαιρέτους δυνάμεις. „*Facultates* seu *vires non voluntarias* appellat ea quæ nostri arbitrii non sunt: ut exilium, mors, labor, dolor, ignominia, &c.“ WOLFIVS.

CAPVT II.

Vers. 1. ὁ ἀπιὼν. Deest ὁ pb. minus recte, ut mihi videtur. Significat adjectus articulus, verba hæc facta ad hominem qui in eo erat ut in jus iret; quo etiam pertinet adjectum pronomen τὸ. Articulus si abest, hoc dicit: *Quod si in jus ambulas, vide* &c.

Ibid. ποῦ θέλεις ἀνῦσαι. Satisne sana hæc sint, dubitare licet. Vertit Vptonus cum Wolfio, *ubi proficere velis;* a qua interpretatione nec nos multum discessimus. In ora pa. in hac regione a prima manu adjecta hæc nota, ἢ τοῦ. quæ quo pertineat non intellexi: si ad ποῦ, non video quid juvet.

Vers. 3. Τὰ γὰρ ἐπὶ σοὶ — — θέλων τηρῆσαι. Conf. vs. 9. Pro hoc est τὰ ἴδια τηρεῖν vs. 20. Quibus opponitur, τὰ ἐκτὸς τηρῆσαι, vs. 15.

Ibid. τίνος ἔτι ἐπιστρέφῃ. „*Quem posthac curabis?* Sic rursus vers. 6.“ VPTON.

Ibid. τίς γὰρ αὐτῶν κύριος; Perperam κυρίως expressum erat in Ven. & Bas. Sed in ora Bas. notabatur κύριος, quod in contextum recte receperunt posteriores editores. Nec aliud habent pab. In pc. vero hoc loco plura quædam verba desunt.

Vers. 4. ἃ μὴ φαίνεταί σοι. Pro ἃ μὴ habet ὧν οὐ pb. quæ perperam e superioribus repetita sunt.

Vers. 5. Πράξει μέν σοι τινά. „*Faciet ille quidem tibi quædam, quæ videntur esse formidabilia.* Nisi sequeretur, πῶς δύναται ποιῆσαι; legendum suspicarer προστάξει.“ WOLFIVS. Nil variant libri.

Ibid. Ἵνα δὲ καὶ ἐγκλίνων αὐτὰ πάθῃς. „Respondet πάθῃς verbo superiori πράξει. *Ut autem ea patiaris, in tua*

tua aversatione." VPTON. Multo commodius Wolfius verterat: *ut autem tu ea sic feras, ut averseris.* ἐκκλίνειν tamen rectius semper *declinare*, *refugere*, interpretabimur.

Vers. 7. Τοῦτό σοι προοίμιον. MERICVS CASAVB. p. 39. l. 1. ad M. Anton. lib. X. s. 38. ἐκεῖνο ῥητορεία. „Id vult Antoninus, τὴν προαιρετικὴν δύναμιν, seu, quod eodem redit, dogmata & opiniones cujusque, a quibus pendet ἡ προαίρεσις, ῥητορείαν recte posse nuncupari; ut quæ plus possint ad impellendos in hanc vel illam partem animos, quam ῥητορεία quævis: cujus alioqui virtuti quantum passim tribuant scriptores antiqui, ex multis eorum querelis notum est. Rem fuse docet Arrianus in Epictetum L. II. c. 23. Περὶ τῆς τοῦ λέγειν δυνάμεως. *Quantum tribuendum sit Eloquentiæ.* Vide & ejusdem libri cap. 2. περὶ Ἀταραξίας: ubi notanda verba quæ fortasse cogitabat (perpetuus Arriani imitator) Antoninus, cum hæc scriberet: Τοῦτό σοι προοίμιον, τοῦτο διήγησις, τοῦτο πίστις, τοῦτο νίκη, τοῦτο ἐπίλογος, τοῦτο εὐδοκίμησις. *Hoc tibi exordium est, hæc narratio, hæc confirmatio, hæc victoria, hæc peroratio, hæc gloriatio.* Huc facit & Senecæ de vera fortitudine locus, Epist. 85. *Non est enim fortitudo inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio. Scientia est distinguendi quid sit malum, & quid non sit; diligentissima in tutela sui fortitudo est, & eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est.*" Hæc Casauboniana ad h. l. retulit Vptonus. Ceterum quod Procœmii, & variarum partium nunc meminit Epictetus, quibus oratio constat, id plane suo fit loco, quoniam sermo hic instituitur cum homine qui litem coram judice pendentem habebat, & in eo erat ut causam suam publice diceret.

Ibid. τοῦτο εὐδοκίμησις. εὐδοκίμησιν Vptonus cum Wolfio *gloriationem* vertit, quod & nos tenuimus. Idem vero VPTONVS in Indice vocabulum esse statuit e rhetorum pariter scholis desumtum, eam partem orationis significans, quæ *approbatio* dicitur; quo nomine quid intelligatur, explicat auctor ad Herenn. lib. II. cap. 6.

Vers. 8. ὁ Σωκράτης. Caret ὁ pa.

Ibid. Οὐ δοκῶ οὖν σοι ἄπαιδα τῷ βίῳ πρὸς τοῦτο παρασκευάζεσθαι. „In Apolog. Xenophontis: [sub init.] Ἐκεῖνος γὰρ ἔφη [Ἑρμογένης,] ὁρῶν αὐτὸν περὶ πάντων μᾶλλον

μᾶλλον διαλεγόμενον, ἢ περὶ τῆς δίκης, εἰπεῖν· Οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκοπεῖν, ὦ Σώκρατες, καὶ ὅ τι ἀπολογήσῃ; Τὸν δὲ τὸ πρῶτον ἀποκρίνασθαι· Οὐ δοκῶ σοι ἀπολογεῖσθαι μελετῶν διαβεβιωκέναι; Ἔπειτα δ' αὐτὸν ἔρεσθαι, πῶς; Ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, ἥντερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας. Confer & Ἀπομν. lib. IV. cap. ult. ſ. 4." VPTON. Apud Arrianum noſtrum pro παρασκευάζεσθαι legendum ſuſpiceris παρεσκευάσθαι in præterito tempore. Id quidem & per ſe commodius foret; & cum Xenophontis verbis, e quibus hæc ducta ſunt, melius conveniret.

Verſ. 9. οὐδὲν οὐδέποτ' ἄδικον. „Ita ms. Pariſ. [nempe noſter pa.] Vulgo οὐδέν ποτ' ἄδικον." VPTON. οὐδέν ποτ' edd. ante Vpt. οὐδέποτ' pbc. absque οὐδέν.

Verſ. 10. λέγω σοι, ἤδη αὐτόθεν παρασκευάζου. Comma inſerui poſt σοι, ut verba ἤδη αὐτόθεν ad παρασκευάζου referrentur, ſicut vſ. 14. ἤδη αὐτόθεν δίελε jungunturque. Cum abeſſet vulgo diſtinctio, ἤδη αὐτόθεν cum λέγω σοι junxerunt Wolfius & Vptonus in verſione, *jam tibi dico protinus.*

Ibid. καὶ τὸν ἀνιδικον. καὶ τοῦ ἀνιδίκου ſuſpicatus eram. Corrupte τὸν ἄδικον pb.

Verſ. 11. γονάτων ἅψασθαι. „Supplicantium more." VPTON.

Ibid. εἰ οἰμῶξαι. Sic Vpton; olim καὶ οἰμῶξαι. WOLFIVS vero: „Fortaſſe, εἰ οἰμῶξαι." — „Huic lectioni favet noſter codex." VPTON. In εἰ conſentiunt pab. ἢ habet pc.

Verſ. 13. ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, ἢ ταῦτα ἢ ἐκεῖνα. „Nam, ut ait Horatius Sat. II. 7, 18.

— — — *Quanto conſtantior idem*
in vitiis, tanto levius miſer, ac prior ille
qui jam contento, jam laxo fune laborat.

Ita quoque Epictetus lib. IV. c. 2. [vſ. 9.] εἰ μὴ ἀρέσει ταῦτα, ὅλος ἀπόκλινον ἐπὶ ταναυλίαν. Conf. Com. Shaftesb. Vol. I. p. 131. ubi hac de re philoſophice diſſerit." VPTON.

Ibid. ἀγεννῆς. ἀγενῆς pab.

Ibid. ἀπαγόρευσον. „Angl. *cry off*, vel *yield*." VPTON.

Ibid. πληγὰς πολλὰς. πολλὰς πληγὰς pb.

Verſ.

Verſ. 14. *διέλε*, ſcil. *τὰ πράγματα*. „Conf. II. 5, 4. II. 6, 24. II. 19, 15. Vide etiam M. Anton. III. 11. VII. 29. XII. 10.“ VPTON. Perperam *διέλε* ſcripſerunt Ven. & Baſ.

Ibid. *ποῦ Φύσις κακῶν καὶ ἀγαθῶν; οὗ καὶ ἀλήθεια. ὅπου ἀλήθεια, καὶ οὗ Φύσις, ἐκεῖ τὸ εὐλαβές· ὅπου ἡ ἀλήθεια, ἐκεῖ τὸ παῤῥαλέον, ὅπου ἡ Φύσις.* „Poſtrema verba, *ὅπου ἡ Φύσις*, aut redundare videntur, aut transpoſita eſſe, aut aliquid omiſſum. Fortaſſe legendum, ut ſupra etiam, *ὅπου ἀλήθεια καὶ οὗ Φύσις, ἐκεῖ καὶ τὸ παῤῥαλέον*. Hanc lectionem in convertendo ſecutus ſum. *Naturam* autem *& veritatem* intellige de *vero judicio & recta voluntate hominis*. *τὸ εὐλαβὲς* intellige, *cavendum ne perperam judices aut appetas*. *τὸ παῤῥαλέον*, ſi recte ſentias & appetas, *confidendum eſſe*, neque mali quicquam timendum.“ WOLFIVS.

„Mihi hæc verba delenda videntur, *ὅπου ἡ ἀλήθεια — — ὅπου ἡ Φύσις*. Solent enim oſcitantes librarii eadem repetere. Hoc modo igitur forſan legendum: *Ποῦ Φύσις κακῶν καὶ ἀγαθῶν; Οὗ καὶ ἀλήθεια. Ποῦ ἀλήθεια; Οὗ καὶ Φύσις· ἐκεῖ τὸ εὐλαβὲς, ἐκεῖ τὸ παῤῥαλέον*. Vide II. 13, 3.“ VPTON. — Eodem modo legendum diſtinguendumque jam cenſuerat Salmaſius: *ποῦ ἀλήθεια; οὗ καὶ Φύσις· ἐκεῖ ἡ εὐλαβ*. Wolfii verſionem intactam tenuit Vptonus; neque ego quidquam in ea mutavi. Nam ita turbata mihi !græca h. l. viſa ſunt, ut de eis ſanandis, aut tolerabili aliquo modo explicandis, adhuc quidem, prorſus deſperaverim; neque enim per ſe ſenſum ullum extricare ex eis valeo, neque, quo pacto vel cum præcedentibus cohæreant, vel cum ſequentibus, perſpicio. Nihil vero remedii offerunt ſcripti libri, qui a vulgata ſcriptura nihil quidquam discedunt, niſi quod, pro *καὶ οὗ Φύσις*, pejus etiam *καὶ οὐ Φύσις* dent pab. cum ed. Ven. ubi *οὗ* habet pc. cum edit. Baſ. & ſeqq. *περὶ τοῦ εὐλαβεῖσθαι καὶ τοῦ παῤῥεῖν* ſuperiori capite dictum eſt, ſed in alium ſenſum.

Verſ. 15. *Ἐπεὶ τί δοκεῖς*; Sic pb. cum aliis in contextu, ſed ibi inter lineas *ἐπεί τοι* ſcriptum, interrogandi vero ſignum non poſt *δοκεῖς*, ſed deinde ſolum poſt *βλάψαι δὲ οὔ*; ponitur. Haud ſane abſurde.

Ibid. *Ἐμὲ δ' Ἄνυτος*. Vide ad I. 29, 18.

Verſ. 16. *ἐνταῦθα οὐ φέρει*. „Nempe *πρὸς τὸ τὰ ἐκτὸς τηρῆσαι*.“ VPTON. Recte. Sic & WOLFIVS: „*Hanc*

„*Hanc viam non huc ferre;* scilicet ad conservationem vitæ & fortunarum.“

Ibid. ἀλλ' ἄλλῃ. ἄλλῃ absque jota subscripto dabant Ven. Bas. & Genev. WOLFIVS vero, *sed alio*, vertit; & in Notis sic scripsit: „ἀλλ' ἄλλῃ, *sed alio.* Lego adverbialiter: *Non deducit ad conservationem, sed perniciem.* Si ἄλλῃ nomen esse placet, sententia nihilominus constabit, *aliam esse viam*, qua vita & fortunæ conserventur, supplicem gestum, lacrymas, deprecatores, uxoris & liberum productionem. Vide Apologiam Platonis.“ — Wolfii rationem secuti sunt editores Colon. Cantab. Lond. anon. & Vpton, ἄλλῃ exprimentes. In codicibus nostris, etiam ubi opus erat, perraro subscribitur jota.

Ibid. τί οὖν ἐστιν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον, καὶ προσερεθίζει; „τί οὖν ἐστιν; ὅτι οὐκ ἔχει λόγον καὶ προσερεθίζει. *Quid ergo est? Quod absurdum est, atque etiam irritat.* Socratis illa oratio de Anyto & Melito absurda est, scilicet si vitam conservare velit: atque etiam irritat animos judicum, qui reum superbum esse, & se contemni putant, assueti scilicet reorum lamentationibus & supplicationibus. τὸ λόγον ἔχειν, est idem quod εὔλογον εἶναι, καὶ μωρὸν οὐκ εἶναι. Si cui placet, sic etiam distinguat licet: τί οὖν ἐστιν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον; καὶ προσερεθίζει. Vt sententia sit: *Adeo ista oratio reo vitæ cupido non convenit, ut etiam irritet judices.* Locus subobscurus est. Quare, conjecturis meis expositis, ἐπέχω καὶ διαστάπτομαι de iis etiam quæ sequuntur.“ WOLFIVS. „τί οὖν ἐστιν, ὅτι &c. *Quid ergo in causſa est, quod eorum* (scil. accusatorum) *nullam habeat rationem, sed insuper irritet?* Ἔχει autem est lectio nostri codicis, & edit. Salmant. Cæteri libri [edd.] dant ἔχουσι.“ VPTON. In ἔχει consentiunt nostri pabc. & sic scripsit etiam Wolfius in Notis. Interrogandi notam editi omnes cum mssstis post προσερεθίζει ponunt, non post ἐστιν, ut Wolfius fecit. Sub Græco contextu, Wolfii versionem tenuerat Vptonus: *Quid ergo est? Nec rationem istud habet, atque insuper irritat.* Ego vero non magis, quam Wolfius, locum hunc expedio: quem quocumque modo interpreteris, corruptum aut mutilum puto. Nec vero commoda medicina occurrit.

Vers. 17. ὁ ἐμὸς Ἡράκλειτος. *meus* Heraclitus; — „Epicteti popularis seu familiaris.“ VPTON *in Ind.* Caret ὁ pb. minus commode.

Ibid. τί μέλλετε κρίνειν. Perperam μέλετε editt. vett. quæ sæpius in hoc verbo peccarunt. Correxit anonymus Lond. Et verum habent pbc.

Ibid. ὑμεῖς τε μᾶλλον. Ante Vpt. editi omnes, ὑμεῖς τὸ μᾶλλον. Vnde WOLFIVS: „Fortassis, ut τὸ πλέον, redundante articulo; aut ὑμεῖς γὰρ μᾶλλον.“ At τε suo e codice edidit Vpton, cui adsentiuntur nostri tres. Meibomius aut delendum τὸ, aut in τοι mutandum notaverat.

Ibid. καὶ οὕτω κατέστρεψε τὸ πραγμάτιον. „τὸ καταστρέφειν & *evertere* & *finire* est. Potest igitur intelligi, *eum sic peroravisse.* Sed quia mentio fit Socratis, cujus magnanimo responso sic exarserunt judices, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent; eundem etiam Heracliti causæ exitum fuisse probabile est.“ WOLFIVS. Sic & idem in versione, quam tenuimus, cum Vptono: *Atque ita negotiolum evertit.* Equidem tamen maluerim, *atque sic peroravit; atque hunc orationis finem fecit;* si modo καταστρέφειν τὸ πραγμάτιον eodem modo dici possit, ut καταστρέφειν τοὺς λόγους, τὴν δημηγορίαν, &c. apud Polybium aliosque. Sed in Wolfiana versione adquiescendum putavi.

Vers. 18. Τίς χρεία; Olim τί χρεία; Hinc WOLFIVS: „Lego τίς χρεία; *Quis usus? Quorsum opus fuit* tali epilogo? Videtur reprehendere κακοζηλίαν Heracliti sui, qui judices sine ulla causa irritarit. Socrati enim gravissimæ causæ fuerunt, cur responderet judicibus, sese meruisse, ut amplissimis honoribus & præmiis decoraretur. Nam & interrogatus erat, & non innocentiam tantum suam, sed & merita in remp. profiteri necesse habebat, & sic animi constantiam declarabat.“ — τίς χρεία, pro τί, Vptonus demum in contextum recepit, auctoritate sui codicis; cum quo faciunt nostri pbc.

Vers. 20. εἰ δ' ὑπακοῦσαι λόγος αἱρεῖ. Vulgo omnes: εἰ δ' ὑπακοῦσαι, λόγος ἀρκεῖ. Hinc: — „Εἰ δ' ὑπακοῦσαι, scil. θέλεις τῷ δικαστῇ. *si judici parere, teque judicio sistere vis.* λόγος ἀρκεῖ καὶ πεῖσαι, τό γε παρ' αὐτόν. *Satis est orationem habere, & judici probare causam, quatenus id in oratione situm est.* Nam in epitaphio Demosthenis scribitur, Eloquentiam non plus valere, quam quantum auditores a se impetrari sinant.“ WOLFIVS.

„λόγος

„λόγος ἀρκεῖ. Forte αἰρῇ. Vide supra lib. I. c. 29. [vſ. 28.] & Gatak. ad Marc. II. 5.“ COM. SHAFT. — „Recte vir nobilis. Vide ad I. 29, 28. Mſ. Pariſ. non ἀρκεῖ, ſed ἀρεῖ exhibet. Lapſus proclivis, pro αἱρεῖ, ſeu αἰρῇ. Idem error in Plat. de Rep. lib. X. p. 604. edit. Steph. ὁ λόγος ἐρεῖ, pro αἱρεῖ. Tota autem ſententia ſic legenda & interpretanda videtur: Εἰ δ' ὑπακούσαι λόγος αἰρῇ, καὶ πεῖσαι, τό γε παρ' αὐτὸν, τὰ κ. τ. λ. *Si vero judici parere & perſuadere (quantum in te eſt) ratio exegerit, ordine cætera facienda ſunt, quæ is locus* (intellige, Forum, ſ. Prætorium) *poſtulat; modo conſerves quod proprie tuum eſt;* nempe conſtantiam & perſonæ decorum.“ VPTON. — Nihil opus erat ſubjunctivo αἰρῇ. Satis erat αἱρεῖ, quod haud cunctanter adoptavi, cum mendoſum ἀρκεῖ in contextu reliquiſſet Vptonus. Et αἱρεῖ plane habet ph. ἀρεῖ pac.

Ibid. τὰ ἑξῆς τούτῳ ποιητέον, τηρουῦντι μέντοι τὰ ἴδια. „*Ordine cætera facienda ſunt, quæ is locus* (forum ſ. prætorium intellige) *poſtulat.* Sententia eſt opinor: Qui tam elato ſit animo, ut Heraclitus iſte fuerit, ei negligendum potius agellum fuiſſe, quam in judicium veniendum. Sin agellum non negligat, ita cauſſam agendam, ut locus, res & tempus poſtulet: conſervato tamen decoro, ne ſeſe nimis abjiciat. Hoc enim eſt, puto, τηρεῖν τὰ ἴδια, *conſervare ſua*, hoc eſt, τὸ πρέπον, nihil enim tam decet, quam ſervare conſtantiam) καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, & *ea quæ noſtri juris ſunt.* [conf. vſ. 2—4.] Τὰ ἴδια τηρεῖν, pro *rem ſuam familiarem tueri*, uſurpare, non eſt moris Epicteti, qui eam κτησίδιον appellare ſolet, aut κτῆσιν, aut κρήματα, aut (ut hic) ἀγρίδιον.“ WOLFIVS. — Mendoſe τὰ ἑξῆς τοῦτο dederat Ven. Recte τούτῳ Baſ. & ſeqq. Mendoſum τοῦτο tenent pabc.

Verſ. 21. Ὑπόθου μοι. Vulgo omnes ὑποθοῦ, cum accentu in ultima. Penacute ſcribendum putavi, ſic jubentibus præceptis grammaticis. cf. II. 15, 6. Eadem ratione apud Heſychium σύνθου & κατάθου habes. Et ſic ὑπόθου h. l. ſcribit pc. ſed ὑποθοῦ pab. De re, hæc monuerunt interpretes: „*Præcipe*, aut *da mihi conſilium, monſe quid facto ſit opus.* Sententia eſt: Non tum demum petendum eſſe conſilium, cum in diſcrimen ventum ſit: ſed ita quemque inſtitutum & meditatum eſſe oportere, ut in quovis negotio in promtu habeat, quid ſe facere deceat; ſicut is qui ſcribendi artem teneat, quodvis propoſitum nomen ſcribere norit.“ WOLFIVS. —

„Verte: *Ea quoque ratione ridiculum est dicere, Propone mihi aliquid. Quid tibi proponam?*“ VPTON. — Non video equidem, cur a Wolfii interpretatione, quam inversione recte tenuit, nunc discedat Vptonus. Verbum ὑποτίθεσθαι manifeste nunc eadem notione accipiendum, qua nomen ὑποθήκη mox vers. 25. & frequenter aliâs, nempe de *praecepto*, *monito*, *admonitione*. Conf. I. 25, 5. & ibi not. Intelligi autem ex hoc ipso loco par est, hominem illum, qui ad causam aliquam coram judice agendam proficiscebatur, rogasse Epictetum, ut sibi praeceptum aliquod atque monitum daret de instituto quod in eo negotio tenere debeat. Respondet Epictetus: Generalia praecepta atque monita tu non intelligis; neque ad ea vel percipienda vel tenenda atque sequenda praeparatum animum habes; & multum temporis, atque otii, quod tibi nunc non suppetere video, requireretur, ad totam rationem, totumque institutum, quod in rebus hujus vitae administrandis tenere homo debet, explicandum. Quodsi vero *particulare aliquod praeceptum sive monitum* tibi nunc tradam, nullus ejus tibi usus erit. Eodem fere modo ad alium hominem disserit, qui eum, ut sibi aliquid diceret, rogaverat. cap. 24. lib. II.

Vers. 22. οἷον εἰ ἀγράμματος. „Inserui οἷον, [quod ignorabant superiores omnes editt.] fide nostri codicis.“ VPTON. — Deest illa vox in nostris codd. ut in olim editis.

Vers. 23. ὅτι Δίων. „*Dion* usurpari θετικῶς & exempli gratia, observabam ad I. 12, 13. Sic apud Laërt. in vita Zenonis, VII. 65. Δίων περιπατεῖ. Sic apud Sext. Empiricum [sexcenties,] & apud Plutarchum.“ VPTON.

Ibid. εἶτα παρελθὼν ἐκεῖνος αὐτῷ προβάλῃ. Perperam editiones omnes, nec Vptoniana excepta, προβαλῇ scripserant; quod suo loco stetisset, si praecessisset εἶτα ἀπελθόντι αὐτῷ. Sed post παρελθὼν ἐκεῖνος necessario activum προβάλῃ requirebatur. Ferri potuisset προβάληται in Medio; sed passivum προβαλῇ ferri nullo modo poterat: & in ipso passivo non tam aoristus secundus hujus verbi in usu est, quam aoristus primus, ut versu superiori. Simillimam mendam jam sustulimus I. 29, 40. ἐκεῖνος est *alter*, *is cujus est proponere nomen*; vel *ille*, notione eminentiore, scil. *praeceptor*. Haec scripseram, cum προβάλῃ plane scriptum reperi in pb. προβαλεῖ pc. προβαλῇ pa.

Ibid.

Ibid. τί γράψει; τί γράψῃ; pbc. Neutrum male.

Verſ. 24. ἔχεις καὶ παρασκευάσασθαι. Sic ſuo e codice edidit Vpton. Olim ἔχεις καὶ παρασκευάσαι, neque aliud dant noſtri libri. Ad quæ verba WOLFIVS hæc notavit: „Ἔχεις καὶ παρασκευάσαι. *Potes parare te.* Malim ἔχεις, ſcilicet τὴν τέχνην, *tenes artem:* καὶ παρασκευάσαι, [videtur παρεσκεύασαι ſcribere voluiſſe,] *& paratus es.* Memento, Lector, ex tempore habitas fuiſſe has disputationes, ac tum aliud ex alio in mentem venire dicenti: quo minus mireris, cum inſtitutus ſermo ſit de conſtantia, ſeu animo perturbationis experte; nunc de præparatione philoſophica dici, etſi hæc ad ſervandam conſtantiam plurimum facit.“ — De occaſione, qua ad poſterius iſtud argumentum transiit, vide quæ notavi ad verſ. 21.

Ibid. ἄν γὰρ ἄλλο τι. Mendoſe δὲ pro γὰρ habent editt. Gen. Col. Cant. & Lond. anon. Veram lectionem ex priſcis editionibus tacite reſtituit Vpton. eamdemque tenent noſtri mssti. Vide Not. ad I. 9, 2.

Verſ. 25. κυλίεσθαι. Perperam κωλύεσθαι pc.

Verſ. 26. Τίς δ' ἐστὶ κύριος; „Vide infra, II. 13, 23. & Enchir. c. 14, 2. [Wolf. c. 20.]“ VPTON.

CAPVT III.

Verſ. 1. γράμματα — — συσταλτικά. „De *epiſtolis* ſeu *literis commendatitiis* vide Suic. Theſ. v. Συσταλτικός.“ VPTON.

Ibid. ὅτι μὲν ἄνθρωπος. „Cicero de Legib. I. 9. *Natura ſpeciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores exprimeret: — — & is qui adpellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores.*“ VPTON.

Verſ. 2. εἰ ἀργυρογνωμικός ἐστι, γνώσεται· σὺ γὰρ σαυτὴν συστήσεις. „Hunc locum ſupplevi atque emendavi ex noſtro codice; qui in aliis ſic legitur, εἰ ἀργυρογνωμικός ἐστι, σὺ σαυτὴν συστήσεις.“ VPTON. Cum Vptoni codice conſentit noſter pb.

Verſ. 3. Ἔδει οὖν &c. „Confer II. 13, 16. IV. 5, 16 ſq.“ VPTON.

Verſ. 4. Ἀλλ' ἐπὶ συλλογισμῶν &c. „*At vero in re ſyllogiſtica, affer quem velis, & dijudicabo tibi, quis ſyllogiſmos reſolvere poteſt, quis non.* (Nam dicuntur

ἀναλυτικοὶ, qui utuntur τῇ ἀναλύσει.) *Quamobrem? Quia novi syllogismos resolvere: habeo facultatem quam eum oportet habere, qui in re syllogistica bene institutos cognoscere possit. In vita vero quid ago? Nunc dico bonum, nunc malum. Quid causse est? Contrarium quam quod in re syllogistica evenit, inscitia nempe atque imperitia.* Sic verte & distingue." VPTON. Nempe sub Græco contextu Wolfianam fere versionem tenuerat Vpton, quæ sic habebat: *Eodem modo quam vis afferr ratiocinationem; eam ego dijudicabo quæ resolvi, quæ non resolvi possit. Quamobrem? Quia scio resolvere* &c. Inter ἐπὶ & συλλογισμ. exspectabam insertam μὲν particulam; sed in nullo libro eam inveni. Pro ἐπὶ συλλογισμῶν vers. 4. perperam ἐπὶ συλλογισμῷ dabant ante Vptonum omnes; sed vs. 5. in ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν consentiebant. Et h. l. ἐπὶ συλλογισμῶν habet pb. ἐπὶ συλλογισμοῦ pc. Sed in συλλογισμῷ cum vett. edd. facit pa.

Vers. 5. Νῦν μὲν λέγω ἀγαθὸν, νῦν δὲ κακόν. „Deesse videtur τὸν αὐτὸν *eundem:* vel τὸ αὐτὸ, *idem.* Nam & ad rem & ad personam accommodari potest." WOLFIVS. Haud incommode subintelligi videtur pronomen.

Ibid. Τί τὸ αἴτιον; &c. „Τί τὸ αἴτιον; τὸ ἐναντίον. ἢ [nempe sic ante Vptonum edebatur] ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν ἀμαθία καὶ ἀπορία. *Quæ caussa est? Contrarium: ratiocinationum inscitia & imperitia.* Dubium est, mihi quidem, utrum id velit quod dicere videtur: Dialecticæ inscitiam caussam esse ignorantis & inconstantis judicii: an vero significet, ut syllogismos dijudicemus, in caussa esse Dialecticæ peritiam; ut homines dijudicare non possimus, in caussa esse, vel quod κριτήρια hic, ut in Dialectica, nulla habeamus; vel quod Dialectica in umbra per otium abutamur, non autem ad dijudicandas res, homines, & opiniones adhibeamus. Eurípides quidem queritur:

Ὅτῳ τὸν ἐσθλὸν χρὴ κακοῦ διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Nullam esse notam corpori impressam, qua homo improbus a viro bono dignoscatur. Pythagoras tamen ἐφυσιογνωμόνει τοὺς παραγινομένους, e lineamentis corporis conjecturam de animo cujusque capiebat. Si legeretur ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν εὐμαθία καὶ ἐμπειρία, *syllogismorum scientia & peritia;* sententia esset argutior: *nos ideo*

ideo in vita minus fapere, quod Dialecticis argutiis nimis occupemur." WOLFIVS.

„ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν. Commentator hic mendosum aliquid non immerito suspicatur. Legendum credo τῶν βιωτικῶν: sic supra, I. 25, 3. & infra, IV. 1, 63." COMES SHAFTESBVR. „Vide ad vers. 4. Pro ἢ, noster codex recte ἦ. Et dele interrogationem." VPTON. Nempe in fine capitis, post ἀπειρία, interrogandi signum in contextu posuerat Vptonus; quod signum ignorabant ceteræ editiones, & delere rursus ipse recte jubet in Notis. ἦ cum Vptono cod. dat noster pc. Cæteri ἢ, ut olim edebatur. Perspecte vero jam Salmasius ita scribendum distinguendumque monuerat, ut cum Vptono edidimus.

CAPVT IV.

TIT. μοιχείᾳ. Perperam μοιχίᾳ pa. & hoc loco, & supra in Indice Capitum.

Vers. 1. πρὸς πίστιν γέγονε. „Vide I. 28, 20. IV. 9, 9." VPTON.

Ibid. τοῦτο ὁ ἀνατρέπων. ὁ ἀνατρ. τοῦτο pc. quod non præferam vulgato.

Ibid. τοῦ ἀνθρώπου. τοῦ δὴ ἀνθρώπου pc. otiosa intrusa particula.

Ibid. Φιλολόγων. Φιλοσόφων h. l. solus pa. qui tamen & ipse vs. 6. & vs. 11. in Φιλολογ. cum cæteris consentit.

Vers. 2. Ἀλλ' ἂν, φησίν. Caret Ἀλλ' pc.

Ibid. Τί γὰρ ἄλλο. Rursus ex ed. Ven. & Bas. restitui γάρ, quod cum perperam in δὲ esset a posterioribus editoribus mutatum, ad corruptam istam scripturam, Τί δὲ ἄλλο, hæc notavit VPTONVS: „Ms. Par. & cod. Salmant. τί γάρ. At δὲ & γὰρ promiscue usurpantur." — Vide ad I. 9, 2. & paulo ante ad II. 2, 24. Mirum vero, quod editionis Ven. non mentionem fecerit Vptonus, quæ tamen semper ei ad manus fuit, in qua perspicue γαρ expressum. In ed. Bas. est rursus h. l. illud scripturæ compendium, quod sæpe decepit posteriores editores.

Ibid. Τίνα; τὸν πιστὸν &c. „Confer II. 10, 17. & IV. 9, 8 sq." VPTON.

Vers. 3. αὐτοὺς κατατάσσομεν; αὐτοὺς, pro ἑαυτοὺς positum, e superioribus editionibus revocavi, cum in αὐ-

τοὺς suo more præter rem mutasset Vptonus. In αὐτοὺς consentiunt pabc.

Vers. 4. *εἰ ἧς.* Corrupte *εἰ ἦς* ed. Ven. Quod in *εἰ ἧς* mutavit editor Basileensis; idque tenuere sequentes, atque etiam Vptonus. Perperam. Non erat hic locus subjunctivo præsenti, sed imperfecto indicativi.

Ibid. *σκευάριον — — σαπρὸν.* „Σαπρὸν eodem sensu ac σαθρὸν usurpatur apud Aristoph. in Plut. vs. 814. Vide ibi Kusterum. Cæterum confer III. 24, 33. III. 26, 25." VPTON.

Vers. 5. *Τί σὲ ποιήσωμεν;* „Angl. *What shall we make of you?*" VPTON. *ποιήσομεν* in indicat. volebat Salmas. Sed non solicitandum vulgatum.

Ibid. *καὶ τίς σοι πιστεύσει;* Exspectabam, *καὶ τίς τί σοι πιστεύσει;* Sed & in isto adquiesco. Cæterum *πιστεύσει* recte editur inde a Cantab. consentientibus nostris msstis. Temere olim *πιστεύσοι* edebatur.

Ibid. Desunt verba *ὡς κόπριον* in pb. *ὡς κόπρον* mendose scripsit pc.

Vers. 6. *Οὐδείς μου ἐπιστρέφεται, ἀνθρώπου φιλολόγου;* „*Nemo me curat, hominem studiosum.* Querela usitata nostri ordinis, hoc est, scholasticorum, negligi nos & non dignis affici præmiis. Si viri docti, prudentes, modesti, omnis officii studiosi sumus, fit fortasse nobis injuria. Sed si & pertenui doctrina sumus, & ignavi, negligentes, corruptis moribus, quid postulamus? Eone honos nobis habendus, quod in Academiis, ignava opera, qualemcumque Latinæ aut Græcæ linguæ facultatem, sine judicio & doctrina rerum, sine morum emendatione consecuti sumus? Quos nos ipsi facimus? Verba Latina & Græca, adde etiam Hebræa, neminem faciunt eruditum: sed cognitio bonarum artium, cum qua civilis prudentia, industria, vitæ integritas, in omni genere officii diligentiæ assiduitas conjungenda est. Hæc cum præstiterimus, aut non negligemur, aut justas querelarum causas habituri sumus. Vt vero nunc plerique vivimus, liberalius nobiscum quam pro merito & dignitate nostra agitur." WOLFIUS.

Ibid. *οἷον εἰ οἱ σφῆκες ἠγανάκτουν.* Cum omnes vulgo *οἱ σκώληκες* legerent, adoptare emendationem non dubitavi, ab VPTONO propositam. „*Οἱ σκώληκες, vermes.* (Inquit.) Quid si *οἱ σφῆκες, vespæ?* Nam mox *φεύγουσι πάντες* &c. [Anglice:] *All people drive' em off, and if they can, strike' em down.* [id est: *omnes*

omnes eas a se abigunt, & , ubi possunt, percussas humum projiciunt.] Immo vero translatio, quæ sequitur, [vs. 7.] σὺ κέντρον ἔχεις, a *vespis*, non a *vermibus*, sumitur." — Vulgatum σκώληκες pertinaciter tamen tenent libri nostri. Verbum Φεύγειν activa notione *abigendi*, *fugandi*, nusquam (quoad equidem novi) usurpatum reperitur. Itaque Φεύγουσι est *vitant*, *fugiunt*.

Vers. 8. οὐκ εἰσὶν αἱ γυναῖκες κοιναὶ Φύσει; Κἀγὼ λέγω. „*Nonne sunt mulieres natura communes? Assentior;* inquit Epictetus. Atque ita Zeno & Chrysippus, apud Laërt. VII. 33. & 131. Non solum Plato in Repub. lib. V. Vide autem Fragm. p. 760. Lucian. in Fugitiv. p. 599. [cap. 18. T. III. ed. Reitz. pag. 374.] Εἶτα κοινὰς ταύτας ἅπασι τοῖς ξυνοῦσι προθέμενοι, Πλάτωνός τι δόγμα οἴονται ποιεῖν· οὐκ εἰδότες ὅπως ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἠξίου κοινὰς ἡγεῖσθαι τὰς γυναῖκας." VPTON. Fragmentum Epicteti quod citavit Vptonus, illud est quod Stobæus exhibet, Serm. VI. p. 82 med.

Ibid. ἀνάρπαστον ἐλθών. Vulgo omnes, ἀνάρπαστον ἀνελθών. Ego vero rursus obsequendum VPTONO putavi, monenti: „Lege ἀνάρπαστον ἐλθών, uti mox vs. 9." — In ἀνελθὼν tamen consentiunt libri.

Ibid. παρακειμένου. παρακατακειμένου pc. quod vulgato præferendum videtur.

Ibid. ἢ λάθρα κλέψον. Particulam ἢ, cum abesset vulgo, adjecit Vpton e suo codice; cui suffragatur noster pb.

Ibid. καλὸς συμπότης &c. „Hæc spectant ad Socratica convivia apud Platonem & Xenophontem." VPTON.

Vers. 9. τὸ δὲ θέατρον. „Vide Cicer. de Finib. III. 20. p. 261. edit. Davis." VPTON.

Ibid. Ὅταν οὖν καθίσωσιν. Pro ὅτε, quod olim vulgatum erat, tacite ὅταν edidit Vpton. Recte vero, & puto præeunte ipsius codice: sic sane nostri tres.

Vers. 11. Ἀλλὰ καὶ φιλολόγος εἰμί. Ignorant h. l. καὶ edd. ante Vpt. cum pac. nec male. Tacite adjecit Vptonus, suum puto codicem secutus, cum quo facit pb.

Ibid. Ἀρχέδημον νοῶ. „*Archedemum intelligo.* Videtur adulterium excusare auctoritate magistri, qui fortasse, ut & Zeno, sensit, sapientibus communes esse debere uxores. Sed Epictetus, quamvis Stoicus, non

omnia Stoicorum deliramenta probasse videtur: ut & Panætius autore Galeno." WOLFIVS. „Parum ad rem Wolfius. Hæc autem Epictetus dicit ex persona philologi istius; nulla cum sugillatione Stoicorum. Vide Fragm. p. 760. & supra ad vers. 8. *Archedemus* erat nobilis Stoicus, ex Tarso Ciliciæ. Vide Strab. lib. XIV. Cicer. Acad. II. 47. Laërt. VII. 40. Ad rem Cebes: Οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα, δουλοῖς δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα." VPTON. De Archedemo cf. Fabric. Bibl. Gr. lib. III. c. 15. T. II. p. 390. Ejusdem rursus meminit Epict. infra cum Chrysippo & Antipatro. II. 17, 40.

Ibid. *τί γὰρ διαφέρει.* „Hæc verba desunt in nostro codice & Ms. Par. Male." VPTON. Desunt in pab. Sed habet ea pc.

CAPVT V.

τιτ. *μεγαλοφροσύνη. μεγαλοψυχία* h. l. pc. qui tamen in Indice Capitum vulgatum tenet.

Vers. 1. *Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι.* „*Materiæ sunt indifferentes*, hoc est, Res per se neque bonæ neque malæ. *ὕλη* a Latinis non ita usurpatur, ut a Græcis. Quare verti, quasi scriptum fuisset *τὰ ὄντα* vel *τὰ πράγματα τὰ ἐμπίπτοντα καὶ μεταχειριζόμενα." WOLFIVS. — Scil. in versione sic posuit: *Res ipsæ quidem sunt indifferentes.* Conf. c. 6, 1 sq. & I. 29, 3. not.

Vers. 2. *τὸ ἐπιμελὲς καὶ μὴ εἰκαῖον, μηδ' ἐπισεσυρμένον.* „Εἰκῇ, *temere, frustra.* [*præcipitanter, inconsiderate.*] *τὸ μὴ εἰκαῖον, cum nihil temere agitur. τὸ μὴ ἐπισεσυρμένον* significare hic videtur *vigilantiam & acrimoniam. σύρματα* sunt *longæ pallæ* Comicorum, ad pompam, non ad rem gerendam accommodatæ. Vide Tom. I. [nempe Enchir. cap. 31, 5. quod est cap. 38. extr. e recens. Wolf.] *ἐπισύρειν* est *attrahere, accersere aliquid supervacaneum.* Possit ergo etiam de *frugalitate* intelligi. Simplicius [ad Epict. l. c. pag. 221,] *τὸ ἐπισεσυρμένον* interpretatur *τὸ ἀκάθαρτον.* Vide Tom. II. [Nempe Wolfii versionem Simplicii cum ejus Adnot.]" WOLFIVS.

„*τὸ ἐπισεσυρμένον. ἐπισύρω, attraho, post me traho.* In incessu aut cursu dicitur *ἐπισύρεσθαι*, qui pedes ægre

post

post se trahit. M. Anton. VIII. 51. μήτε ἐν πρᾶξεσιν ἐπισύρειν, *nec in actionibus languidus.* Vbi Gatakerus: „ἐπισύρειν, *languide agere*, tractum ab equis, qui apud medicos veterinarios ἐπισύρειν dicuntur, cum ilia trahentes languide incedunt.“ Hinc ἐπισεσυρμένον, *male conglutinatum, dissolutum, laxum, languidum, remissum.* Et ἐπισεσυρμένως, *sordide, remisse.*“ VPTON, *in Ind.* — Τὸ ἐπισεσυρμένον, *negligentia, segnities;* IV. 4, 46. ἐπισεσυρμένως, segniter, negligenter. Confer Heynium ad Enchir. 31, 5. Eumdem usum verbi ἐπισύρειν & conjugatorum apud Polybium observavimus: vide Lexic. Polyb. in ἐπισύρειν, & in ἐπισυρμός.

Ibid. Ἂν μιμῆται τοὺς κυβεύοντας. „*Quando videlicet imitatus eos fueris, qui ludunt talis.* Similis est apud Terentium sententia, quum inquit in Adelphis:

Ita est vita hominum atque si ludas tesseris.

Prudentia enim omnis fortuna moderanda est. Nec dissimile huic est, quod Plato in decimo de Repub. monet his verbis: ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ἐπὶ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν.“ SCHEGKIVS. — „Vide M. Antonin. VII. 38. atque ibi Gatak.“ VPTON.

Vers. 3. τεχνικῶς χρῆσθαι. „Τεχνικῶς, *arte.* Sic Terent. Adelph. Act. IV. Scen. 7.

Si illud, quod est maxime opus, jactu non cadit, illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Arte, id est, *secundum artem*, τεχνικῶς. Sic Virgil. Georg. IV. 56.

— — — — Arte *recentes*
excudunt ceras.

Et Aeneid. lib. I. 643.

Arte *laboratæ vestes.*

Phædrus, lib. II. [in Epilogo.]

Et arte *fictas animus sentit fabulas.*“

VPTON. Pro μέλλει, paulo ante, perperam & invitis msstis μέλει scribunt ed. Ven. & Bas. ut sæpe aliàs, & mox rursus infra vs. 11.

Vers. 4. τὸ προηγούμενον ἔργον ἐκεῖνο. „Scilicet ἐστί. *Illud est præcipuum vitæ munus.* Quodnam? Τῷ νοεῖ σὺν ἐπιμελῶς [καὶ τεχνικῶς] χρῆσθαι. *Eo, quod cecidit, recte uti.* Quomodo id fiet? Divisione rerum nostrarum

strarum & alienarum." WOLFIVS. Olim τὸ μὲν προηγούμενον edebatur, & sic dant pac. Particulam μὲν tacite delevit Vptonus; commode, & præeunte puto codice quo usus est: noster certe pb. eamdem pariter ignorat. τοίνυν μὲν προηγ. legitur in ed. Cantabr. omisso τὸ articulo, errore operarum, quem errorem repetiit Lond. anon.

Ibid. δίελε τὰ πράγματα. „Vide II. 2, 14. II. 6, 24. M. Anton. III. 11." VPTON.

Vers. 5. ἐν δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις μηδέποτε μητ' ἀγαθὸν ὀνομάσῃς, μήτε κακόν. *Ne nomines;* id est, *ne ponas.* Simili dictione, sed in diversam nonnihil sententiam, utitur II. 8, 4. οὐ λέγεις ἐπ' αὐτῶν τὸ ἀγαθόν. conf. ibid. vs. 9.

Vers. 6. καὶ ταύτῃ παρὰ τὴν Φύσιν. Vulgo omnes sic legunt: καὶ ταύτην τὴν παρὰ Φύσιν. Hinc: — „Fortassis καὶ ταύτης (scil. τῆς προαιρέσεως) παρὰ τὴν Φύσιν. προαίρεσις, *voluntas*, sive *delectus*, *respuit temeritatem.*" WOLFIVS. „Lego καὶ ταύτῃ παρὰ τὴν Φύσιν. *Atque ea de caussa contra naturam.*" VPTON. Cujus rationem probavi, atque in contextu sequi non dubitavi. A lectione olim vulgata nil discedunt nostri libri, nisi quod in ora pb. hoc loco scribitur ταύτη τοι παρὰ, ut sit καὶ ταύτῃ τοι παρὰ Φύσιν. Et παρὰ Φύσιν quidem, absque τὴν, minime equidem improbem; sed particulæ τοι non esse hic locum puto. Pro vulgato καὶ ταύτην τὴν παρὰ Φύσιν, Meibomius suspicatus erat, καὶ ταυτὸ τῇ παρὰ Φύσιν.

Vers. 7. ἅμα δ' εὐσταθῶς. Particula δὲ operarum errore omissa erat in ed. Bas. Quare adjiciendam monuit Wolf. Et agnoscunt eam reliquæ omnes editiones cum msstis.

Vers. 9. εἰ δὲ μὴ &c. „εἰ δὲ μή, scil. δυνατόν, ἀδύνατον εὐδαιμονῆσαι. *Nisi diligentia cum despicientia jungi potest, beatitatis esse compos nemo potest.* Volunt philosophi beati esse in hac mortali vita: quod quam belle eis succedat, ipsi viderint. Ego magis Euripidem probo, qui ait, ὅτι ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά. *vitam revera non esse vitam, sed ærumnam:* quod neque animo semper bene est, & corpori sæpe male." WOLFIVS. Bona verba, quæso: optime Wolfi!

Vers. 10. Ἀλλ' οἷον τι ἐπὶ τοῦ πλοῦ ποιοῦμεν. Intellige, τοιοῦτον καὶ ἐνταῦθα ποιητέον. Sic mihi quidem visum erat; quare *interrogandi signum* sustuli, quod post

post ποιοῦμεν vulgo posuerant edd. omnes. Quod si quis tamen prætulerit interrogationem, huic ego litem non movebo.

Ibid. Τί μοι δύναται; „Lego τί μοι δυνατόν; *In navigando quid ego præstare possum? Eligere gubernatorem* &c. sine interrogatione." WOLFIVS. Nempe olim sic distinguebant orationem: τί μοι δύναται, τὸ ἐκλέξασθαι τὸν κυβερνήτην, τοὺς ναύτας, τὴν ἡμέραν, τὸν καιρόν; Vptonus denique, Wolfio obsequens, interrogandi signum post καιρὸν sustulit, & post δύναται posuit. Interrogationem neutro loco indicant mssti nostri; in δύναται vero consentiunt omnes. δύναται cum Wolfio in δυνατὸν mutatum etiam voluit Meibomius; quod ego quidem non urgeam: attamen notanda locutio, haud sane pervulgata, τοῦτο δύναταί μοι, pro ἐγὼ δύναμαι τοῦτο, vel τοῦτό μοι δυνατόν ἐστι.

Vers. 11. ἄλλου ἐστὶν ἡ ὑπόθεσις. „*Tempestas res est, quæ alteri proponitur*, nempe *gubernatori*. Vide II. 2, 21." VPTON. Locus ab Vptono citatus quid magnopere huc faciat, non video. ὑπόθεσις idem fere valet ac ὕλη, *materia alicui proposita, in qua elaboret; argumentum alicui propositum in quo is se exerceat. Hoc argumentum* (inquit) *nunc ad alium pertinet.* Articulus ἡ ad ὑπόθεσις deest in pc.

Vers. 12. τοῦτο μόνον ποιῶ· μὴ φοβούμενος ἀποπνίγωμαι. ἀποπνίγομαι in indicat. edidit VPTONVS, monuitque: „Sic Ms. Paris. Alii ἀποπνίγωμαι. Sed verba quædam e loco suo mota videntur. Restitue itaque: Ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο ποιῶ· ἀποπνίγομαι, μὴ φοβούμενος, οὐδὲ &c. *Quod solum possum, id ago: suffocor, non perterritus, neque* &c." — ἀποπνίγομαι in indicativo scribere jusserat etiam Salmasius; cujus auctoritatem non minus, quam Parisiensis codicis fidem, tacite secutus hoc loco Vptonus, ut passim aliàs, videtur. At mihi & per se commodior scriptura olim vulgata visa est, neque ullam medicinam desiderare hunc locum putavi. *Quod possum, id unum ago;* nempe *ut non perterritus suffocer* &c. Particulam μὴ hoc loco vim conjunctionis, non adverbii, habere; poterat inde quoque intelligi, quod in sequentibus verbis, ubi adverbio locus erat, non eadem particula μὴ vel μηδὲ, sed altera, οὐ, οὐδὲ, utitur. Attamen conveniunt in ἀποπνίγομαι pa. & pc. In pb. est ἀποπνίγωμαι, sed ita, ut

ut videatur illud pariter in ἀποπνίγομαι mutatum voluisse librarius.

Vers. 13. οὐ γάρ εἰμι αἰών, ἀλλ' ἄνθρωπος. *Non enim sum natura æterna & immortalis, sed homo.* Vptonus cum Wolfio, *neque enim sum æternitas*; minus commode, ut monuit Beausobre in *Histoire de Manichée*, lib. III. cap. 9. T. I. p. 573. ubi hæc verba Epicteti citans, ait: AION *veut dire dans cet endroit, un* DIEV, *un* IMMORTEL.

Ibid. ἐνστῆναί με δεῖ. *instare, adesse, præsentem esse me oportet.* „Ἐνστῆναι. Hinc ὁ ἐνεστὼς χρόνος, [*præsens tempus,*] & ὁ ἐνστὰς [τότε] πόλεμος, [*bellum tunc instans,*] apud Demosthenem.“ WOLFIVS. „*Me præsentem esse oportet, ut horam.* Vt hora dicitur præsens, præterita: sic me dici oportet. χρόνος ἐνεστὼς est *tempus præsens:* & hinc sit allusio.“ VPTON. *in Notis.*

Vers. 14. πότερον πνιγεὶς, ἢ πυρέξας. „*Virum suffocatione in undis, an febri.* Quod ad exitum attinet, nihil sane interest: nam febris æque perimit, & longiore cruciatu, ac naufragium. Sed integris viribus, subito, aliena vi eripi vitam, multo certe horribilius est, præsertim si carnificina ignominiosa accesserit, quam natura ultro deficiente. Sed horribilem hanc speciem, *larvam* appellat Epictetus.“ WOLFIVS.

Vers. 15. περὶ τοῦ ἁρπαστοῦ. „Martialis etiam hac voce usus est:

Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

Hujus diminutivum est ἁρπάστιον. Fortassis utres inflatiles intelligendi sunt, quos Itali *Palonas* vocant.“ WOLFIVS.

„Ἁρπαστὸν, *pilæ genus*, quod lusui nomen dedit; in quo alteri pilam ostendentes, alteri mittebant. Hujus autem, cui pila mittebatur, munus erat pilam excipere, & rursus protinus tertio mittere. Vide Meurs. de ludis Græcor. in v. Ἐφετίνδα. Seneca de Benef. lib. II. c. 17. *Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ usu; quam cadere non est dubium aut mittentis vitio aut accipientis. Tunc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque, apte ab utroque & jactata & excepta, vertatur.* Atque hæc optime explicant, quæ dicit Epictetus, περὶ τοῦ βάλλειν καὶ δέχεσθαι. λοιπὸν ἐν τούτῳ &c. sic interpunge. *Hæc ars est, ut ego accipiam, immo etiam quamquam sinum in id non expandero, ipsis manibus*

manibus accipere paratus: ut ille vero, si fecero, accipiat. Pro λαμβάνει legendum forsan λαμβάνῃ, vel λαμβάνειν, scil. δύνηται. Hoc modo itaque se habet sententia: λοιπὸν ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, — — ἵν' ἐγὼ, μηδ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω, δύνωμαι λαβεῖν αὐτό· ὁ δὲ, ἂν βάλω, λαμβάνῃ." VPTON. „Ἁρπαστὸν, *harpastum*, dictum ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν. Namque arripere conati sunt projectum, non in sublime, sed solo repercussum, extraque ludi limites ejicere." *Idem* VPTON. *in Indice.*

Meminit *harpasti* Martialis non modo lib. IV. Epigr. 19. eis verbis quæ sunt a Wolfio prolata; sed rursus VII. 31. & XIV. 48. quæ loca citavit Jungermann ad Pollux. IX. 105. Adde Athen. lib. I. p. 14 sq. Cæterum confer mox notanda ad vs. seq.

Vers. 16. λοιπὸν ἐν τούτῳ &c. In omnibus editionibus, atque etiam in Vptoniana, λοιπὸν ad præcedentia verba referebatur; & Veneta quidem editio cum nostro cod. pa. nec proxime ante, nec post istam vocem distinguebat orationem; posteriores vero cum pbc. periodum in λοιπὸν claudebant. Recte vero Vptonus in Nota ad vers. præc. monuit, λοιπὸν ad sequentia esse trahendum, & post δέχεσθαι interpungendam orationem, conf. vs. 22.

Ibid. ἡ εὐρυθμία. εὐρυθμίας præcipuam curam habuisse pila ludentes, Athenæus etiam observavit, lib. I. p. 15.

Ibid. μηδ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω. *ne si sinum quidem pandam.* — „De sua imperitia loquitur:

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis:

nec his tantum, sed etiam claudis." WOLFIVS. „Male: vide supra ad vers. 15." VPTON. „Mihi vero verior visa erat commodiorque Wolfii, quam Vptoni, interpretatio, ut hoc dixerit Epictetus: *in eo ineſt ſolertia, ut, cum ego ne ſinum quidem meum expandens excipere pilam poſſim, peritus luſor nuda manu eam excipiat, quamquam imperite a me imperito projectam.*

Ibid. ὁ δὲ, ἂν βάλω, λαμβάνει. Vtique λαμβάνῃ scribendum videtur, ut ad vers. præc. Vptonus monuit, quod ipsum Salmasius etiam monuerat. Pendet enim ab ἵνα non minus quam verbum δύνωμαι. Observasse tamen subinde mihi videor in his Dissertationibus, legitimum conjunctionis regimen, quod ad duo membra orationis extendi debuerat, negligi in posteriori membro; nescio

neſcio vero, utrum librariorum culpa, an quod auctor ἀκρίβειαν iſtam minus curarit. In λαμβάνει quidem hic conſentiunt libri omnes. Pro ὁ δὲ Εσ. ᾧ δὲ ἂν βάλω legendum ſuſpicatus erat Meibomius.

Verſ. 17. *βάλλωμεν.* Sic Vptonus edidit, e ſuo puto codice; ſic certe dant noſtri tres. *βάλλωμεν* edd. ante Vpt.

Ibid. *ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε, μὴ βάλῃς· ὁ δὲ μίαν ἔβαλες.* „Locus ſuſpectus: nec tamen quid melius occurrit.“ WOLFIVS. „Noſter codex pro *βάλοις* [quod dabant editi, & tenuit etiam Vptonus,] habet *βάλῃς*. Sed adhuc corruptus eſt locus. Bis eadem ſcripſiſſe videntur librarii. Hinc primus error. Cæteris itaque deletis, lego: Ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ, Βάλε· ὁ δὲ, Μὴ βάλῃς. Τοῦτο δὲ μάχη &c. *Sed alius dicet, Jace: alius, Ne jacias. Hinc* &c.“ VPTON. Equidem probavi *βάλῃς*, quod dabat Vptoni codex, conſentiente noſtro pb. Et reliqua hujus interpretis emendatio inſigni utique veri ſpecie ſe commendat: nec tamen, quoniam nimis abit a librorum ſcriptura, adoptare eam auſus ſum. Si verum eſſet *μίαν ἔβαλες*, intelligendum foret, *unam (pilam, σφαῖραν) jeciſti*: id eſt, *jam tu jeciſti, nunc alterius ſunt vices.* In poſterioribus verbis, *ὁ δὲ, μίαν ἔβαλλες*, nil variant codices noſtri. Superiora ſic ſcribunt: *βάλε, μὴ βάλοις·* pa. ut olim edebatur; *βάλλε βάλοις·* po. absque particula negante; *βάλλε μὴ βάλῃς·* pb. absque commate poſt *βάλε*.

Verſ. 18. Πῶς; Παίζων ἐν τῷ δικαστ. Sic quidem editi omnes; neque quidquam in contrarium e ſuo codice ad h. l. protulit Vpton; nec noſtri diſſentiunt codices. Mihi vero plane viſum erat, *Πῶς παίζει ἐν τῷ δικαστηρίῳ*; ſcribendum.

Ibid. Ανυτε, *πῶς με φῂς* &c. „Hæc memoriter citantur. Cum *Melito* verba facit Socrates. Vide Plat. Apol. p. 27. edit. Steph. [cap. 15. p. 84. ed. Forſteri.] *Ἐσθ' ὅστις ἀνθρώπια μὲν νομίζει πράγματα εἶναι, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει*; M. *Οὐκ ἔστιν.* Σ. *Ὡς ὤνησας.* Sic lege cum Aldi edit. *quam me juvit hæc tua reſponſio!* uti optime explicat Caſaub. ad Perſ. p. 150. Cæterum ex Platone patet, deeſſe in hoc loco Arriani Meliti reſponſum, nempe *Δοκοῦσι*, & omitti videtur propter vocem præcedentem, quem errorem frequenter erraverunt librarii. Lege igitur: *Οἱ δαίμονές σοι τινὲς εἶναι δοκοῦσι*; *Δοκοῦσιν. Οὐχὶ* &c.“ VPTON. — De illo errorum frequentium

quentium fonte, quem nunc dicit doctus interpres, fuse diseruerat ad I. 18, 8. At nunc quidem de ejusmodi aliquo errore ne cogitandi quidem locus erat. Nam ad quæstionem istam, quam Socratem proponentem adversario suo (sive *Anyto*, sive *Melito*, parum refert) inducit Epictetus, nullo modo responderi potest verbo δοκοῦσιν. Nempe in errorem Vptonum h. l. induxit Wolfius, cui (nescio quomodo) exciderat, ut verba ista, Οἱ δαίμονές σοι τίνες εἶναι δοκοῦσι; latine sic verteret: *Nunquid aliqui genii tibi esse videntur?* quam versionem Vptonus etiam tenuit. At id non sonant græca verba. Quod subintelligens fortasse Vptonus, τινὲς in Notis scripsit, pro interrogativo τίνες, quod in contextu ipse habet cum omnibus editionibus. Sed istam scripturam τινὲς, eo sensu quem Wolfiana versio expressit, non ferebat articulus οἱ, ad nomen δαίμονες adjectus. Neque omnino nunc hoc vel apud Platonem vel apud Epictetum quæsiturus erat ab adversario Socrates, *an illi viderentur esse aliqui genii sive dæmones?* sed *quinam* vel *quales ei dæmones esse viderentur?* quod & totius disputationis connexio, & verba apud Epictetum proxime sequentia satis perspicue ostendunt.

Vers. 19. ἡμιόνους μὲν ἡγεῖσθαι εἶναι, ὄνους δὲ μή; „*Semiasini & asini* festive græce dicuntur, ut Semidei & Dii latine. Sed in voce *muli* perit gratia scommatis, ut postea [vers. 23.] in verbis χαίρειν, *gaudere*, & συγχαίρειν, *congaudere*, pro quo nos *gratulari* dicimus." WOLFIVS. Paulo ante, pro τίς οὖν σοι, perperam τίς οὖν μοι habent pab. Deinde, pro καταλιπεῖν, est ἀπολιπεῖν in context. pa. sed altera lectio in marg.

Vers. 20. οἷς ἔπαιζεν. ἐν οἷς ἔπαιζεν pc.

Ibid. οὕτω καὶ ἡμεῖς, τὴν μὲν ἐπιμέλειαν σφαιριστικωτάτην, τὴν δὲ διαφορὰν ὡς ὑπὲρ ἁρπαστίου. „In hoc loco mutilo & corrupto nihil adjuvant codices." VPTON. Sententiam quidem rectissime haud dubie Wolfius in versione expressit, quam & nos cum Vptono tenuimus. In oratione unum fortasse verbum post vocem ἐπιμέλειαν intercidit, προσφέρωμεν, aut ἐπιδεικνύωμεν ex vers. seq. aut aliquod simile; aut ad summum duo, προσφέρειν ὀφείλομεν. Ac forsan etiam in conciso & sententioso dicendi genere intelligi hæc poterant. Vocabulum σφαιριστικωτάτην consulto adhibuit, ut in allegoria maneret. Est autem ἐπιμέλεια σφαιριστικωτάτη *diligentia quanta maxima adhiberi in pilæ ludo ab eis solet, qui artis sunt periti,*

riti, & acriter ei exercitio dant operam. Perperam σφαιρικωτάτην ſcripſit pc.

Verſ. 21. οὐκ ἐκείνην ἀποδεχόμενον. „Eleganter: alludit ad pilam; περὶ τοῦ βάλλειν καὶ δέχεσθαι, ut ſupra.“ VPTON. Mihi vero non datum eſt, in iſtis verbis rurſus alluſionem ad pilam videre. ἀποδέχεσθαι eſt *probare, laudare.* Et ἀποδέχεσθαι τὴν ὕλην idem ſonat, ac θαυμάζειν τὴν ὕλην, I. 29, 3. II. 6, 2.

Ibid. ἐπιδεικνύονται. „Noſter codex ἐπιμελούμενον.“ VPTON. Sic & noſter pb.

Verſ. 23. εἶτα ἂν ἐξέλθῃς. „*Deinde ſi egreſſus fueris.* Vnde? num a tyranno? Propemodum ſuſpicor deeſſe aliquid.“ WOLFIVS. „Scil. e judicio, e periculo. Subint. τῆς περιστάσεως, ut infra, II. 7, 12.“ COMES SHAFTESB. „εἶτα ἂν ἐξέλθῃς μηδὲν παθών. Angl. *Then if you come off without harm.*“ VPTON. Id vero eſt, *ſi incolumis evaſeris.*

Ibid. διασεσωσμένον. Nude σεσωσμένον pb.

Ibid. χαίρειν — — συγχαίρειν. Vide Wolf. ad vſ. 19.

Verſ. 24. κατὰ Φύσιν, καὶ παρὰ Φύσιν. παρὰ Φύσιν, καὶ κατὰ Φύσιν pa.

Ibid. Ὥσπερ ἂν εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν. „*Quaſi abſoluti eſſemus.* Vrget hoc Epictetus, totum mundum unum quoddam eſſe magnum corpus, cujus ſinguli homines exiguæ particulæ ſint, & τῶν πρός τι. Neminem ſibi naſci, vivere, aut mori, ſed mundo: & quicquid accidat, id ad mundi ordinem conſervandum pertinere, atque æquo animo ferendum eſſe.“ WOLFIVS. „Optime. Vide II. 6, 11. II. 10, 4. M. Antonin. X. 24. de mente humana, μήτι ἀπόλυτον ἢ ἀπεσπασμένον κοινωνίας; Vide & lib. VIII. 34. ubi male vertitur ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀποῤῥαγῇ, *ne* primitus *ab univerſo revelleretur;* pro, *ne penitus, ne omnino:* ſic τὴν ἀρχὴν reddi debet.“ VPTON. — At ibi τὴν ἀρχὴν ἀποῤῥαγὲν opponitur καὶ ἀποῤῥαγὲν πάλιν ἐπανελθεῖν. Apud Arrianum h. l. mendoſe ἀπόλυτον dabant ed. Ven. & Baſil. Cæterum quod hoc loco (pro illis verbis, εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν. τῷ γὰρ ποδὶ) a Salmaſio adnotatum proditur, εἰ ἀπόλυτος ἦ τῷ μὲν γὰρ ποδὶ, nec video equidem quid in vulgata ſcriptura deſiderarit vir utique acutiſſimus, nec quidnam profutura fuerit iſta emendatio. Bene habet ἦμεν, in prima perſona pluralis numeri. Pari modo mox deinde etiam ἐφ' ἡμῶν in prima perſona dicit.

Ibid.

Ibid. τῷ γὰρ ποδὶ &c. „Vide infra, II. 10, 4. M. Anton. VIII. 34.“ VPTON.

Ibid. ὑπολαβεῖν δεῖ. „Noſter codex χρὴ.“ VPTON. — Sic & pb. Fortaſſe nec hoc, nec illud ſcripſerat Arrianus; haud incommode enim omitti id verbum potuit.

Verſ. 25. κατὰ φύσιν ἐστὶ, ζῆσαι μέχρι γήρως. *ſecundum naturam eſt, vivere usque ad ſenectutem.* Quo planius pateret ſententia, quæ quidem ex connexione cum præced. verſu ſatis intelligebatur, *comma* poſt ἐστὶ inſerui, quod vulgo aberat. Minus commode Vptonus cum Wolfio interpretabatur, *ſecundum naturam vivere licet usque ad ſenectam:* quo & pertinebat fortaſſe, quod ἔστι retracto accentu vulgo ſcribebatur, in quo ipſo ſcripti etiam codices præibant; ſic ſane & noſter pc. habet, ἔστι ζῆσαι. Neſcio, an & pab. qui mihi non amplius ad manum ſunt.

Ibid. πρὸ ὥρας. πρὸς ὥρας ed. Ven. perperam, & invitis msstis.

Verſ. 26. ὡς ἐκεῖνος οὐκέτι ἐστὶ πους, (intellige, ἂν ἀπόλυτος ᾖ, *ſi e corpore ſit ſolutus*) οὕτως οὐδὲ σὺ (intell. ἂν ἀπόλυτος εἶναι βούλῃ, *ſi vis eſſe a magno corpore ſeparatus, ſi tuas rationes ab Univerſi rationibus ſeparatas eſſe cupis*) ἄνθρωπος. Conf. M. Anton. II. 16.

Ibid. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; Μέρος πόλεως &c. „*Mundum* eſſe ad inſtar *urbis* ac *civitatis*, ſubinde inculcat Epictetus; II. 10, 5. III. 24, 10 & 43. II. 15, 10. τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτην, καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μιπρᾶς. Et paſſim. [Conf. ad I. 9, 1.] Seneca de Otio Sap. c. 31. *Duas* respublicas *animo complectamur: alteram* magnam *& vere publicam, qua Dii atque homines continentur; in qua non ad hunc angulum reſpicimus, aut ad illum, ſed terminos civitatis noſtræ cum ſole metimur: alteram, cui nos adſcripſit conditio naſcendi. Hæc aut Athenienſium erit, aut Carthaginenſium, aut alterius alicujus urbis, quæ non ad omnes pertineat homines. Quidam eodem tempore utrique dant operam,* majori minorique; *quidam tantum* minori, *quidam tantum* majori. Confer M. Anton. II. 11. III. 3. [Voluerat puto II. 16. III. 11.] VI. 44. XII. 36. & paſſim. Author de Mundo cap. 6. Οὕτως ὑπολητέον καὶ περὶ τῆς μείζονος πόλεως, λέγω δὲ τοῦδε τοῦ κόσμου. Cicero de Fin. III. 19. *Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumque eſſe quaſi* communem urbem & civitatem

hominum & deorum, & unumquemque noſtrûm ejus mundi eſſe partem: *ex quo illud natura conſequi, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus.* Idem de Nat. Deor. II. 62. de Leg. I. 7." VPTON.

Ibid. πρώτης μὲν bene habet; nec opus eſt ut cum Salmaſio πρῶτον μὲν corrigamus.

Ibid. ἤ τις ἐστὶ μικρὸν &c. „ἤ τις repoſui ex fide noſtri codicis: cum alii ἤ τι exhibent." VPTON. ἤ τις eſt etiam in pbc.

Verſ. 27. Νῦν οὖν ἐμὲ κρίνεσθαι; „*Nunc ergo me* &c. Verba ſunt indignantis μιμητικά." WOLFIVS. „Et, quæ ſequuntur (Νῦν οὖν ἄλλον &c.) rurſus horum μιμητικά. Nam æque ridiculum, dicere νῦν ἐμὲ, ac νῦν ἄλλον &c." COMES SHAFTESBVR. „Νῦν οὖν ἐμὲ κρίνεσθαι; Verba indignantis. Vide ad I. 1, 18. Cui Epictetus: Νῦν οὖν ἄλλον πυρέσσειν; Mimice. Si iſtiusmodi locutiones lectorem lateant, in tenebris verſari ſæpe neceſſe eſt." VPTON.

Verſ. 28. ἐν τούτῳ τῷ περιέχοντι. „Ptolemæo frequens, *coelos & aërem* appellare τὸ περιέχον, quod terras undique circumdet & quaſi complectatur." WOLFIVS. — „Seneca τὸ περιέχον vertit alicubi, *hoc quo circumdati ſumus ſpatium.* Lucret. V. 319.

Denique jam tuere Hoc circum ſupraque, quod omnem continet amplexu terram."

VPTON. Vocab. περιέχον Polybio potiſſimum frequentatum vidimus.

Verſ. 30. Εἶτα ἐκεῖνος λέγει. Caret λέγει pc.

Ibid. Εὖ σοι γένοιτο. „Formula ironica. Vide I. 25, 30. Vtitur M. Anton. V. 28." VPTON.

Ibid. ἐποίησα ἐγὼ τὸ ἐμόν. „Reſpicit ad verba Socratis in Platonis Apol." IDEM.

Ibid. ἔστι γάρ τις κἀκείνου κίνδυνος. *Eſt enim aliquod illius quoque periculum.* In dubio eſt, utrum κἀκείνου ad hominem referatur; an ad rem, hoc modo, ἔστι γὰρ καὶ κίνδυνος τοῦ σὲ τὸ σὸν μὴ πεποιηκέναι. Equidem poſteriorem præferam ſententiam: & ſatis notum eſt, in Græco ſermone pronomen ἐκεῖνος non ſemper ad id quod remotius eſt referri, ſed ſæpe ad id de quo proxime dictum. In pc. pro ἔστι γάρ τις, mire ſcribitur, ἔστι γὰρ ὡς &c. quod quo pertineat, non perſpicio.

CAPVT

CAPVT VI.

Instituta est hæc disputatio cum juvene Philosopho, qui, cum Nicopoli Romam reverti deberet, verebatur ibi tyrannidem Domitiani, in philosophos præsertim sævientis. Vide vers. 20. & 23. Et confer not. ad I. 24, 3.

Vers. 1. Τὸ συνημμένον ἀδιάφορον· ἡ κρίσις &c. Conf. I. 25, 50 sq. II. 5, 1. ἡ δὲ κρίσις & mox ἡ δὲ χρῆσις malebat Meibomius: sed nihil habent illa ἀσύνδετα, quod offendere nos debeat.

Vers. 2. Μή ποτ' οὖν. Μήτ' οὖν pa.

Ibid. εἴπῃ τις ὑμῖν. ἡμῖν pc. sed & hic mox deinde ὑμᾶς cum cæteris. Ad rem quod spectat, quæ hic agitur, de ea perspecte & enucleate dixit capite superiori vs. 6 sqq.

Vers. 3. Καλὸν δὲ τὸ εἰδέναι τὴν αὐτοῦ παρασκευήν. Vide II. 23, 34." VPTON. — In αὐτοῦ h. l. consentiebant edd. omnes, cum quibus facit pb. Sed αὐτοῦ pc. & sic quoque primum in pa. fuerat, in quo deinde in αὐτοῦ mutatum, ab eadem quidem manu.

Ibid. ἐν οἷς μὴ παρεσκεύασαι. „*In quibus paratus non es.* Cicero I. Officiorum: *Ad quas res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas ad ea nos detruserit, quæ nostri ingenii non erunt; omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, si non decore, at quam minimum indecore facere possimus.* &c. WOLFIVS.

Ibid. πλειόν σου ἔχουσιν. πλειόν σου ἔξουσιν pc.

Vers. 5. τὸ ἀπὸ τῆς χρείας περιγινόμενον. παραγενόμενον (sic) pb. quod quamquam ferri poterat, cave tamen præferas alteri. Conf. Enchirid. I, 4. *not.* & XII. 2. not.

Ibid. ἐκείνου μὲν παραχώρει τοῖς περιτετριμμένοις. περιτετραμμένοις edebatur ante Vptonum. Hinc WOLFIVS: „Fortasse τοῖς περὶ αὐτὸ τετριμμένοις, *exercitatis in ea re.* Si ἐπιτετραμμένοις legas, erit *iis quibus ea res commissa est.*" WOLFIVS. — „τοῖς περὶ αὐτὸ τετριμμένοις Wolf. recte. Vide infra II. 16, 18." SHAFTESBVR. — „Quid si ἐπετετραμμένοις?" MEIBOM. „Noster codex παρατετριμμένοις. [Sic & pc.] Ms. Par. περιτετριμμένοις habet. [nempe sic pab.] ἐκείνου autem, non ἐκεῖνο, legunt omnes codices; ἐκείνου παραχώρει, ubi supple τι, aut simile aliquid." VPTON. Immo vero, si ἐκεῖνο darent libri, ἐκείνου haud dubie corrigendum foret. Dicunt enim græci παραχωρεῖν τινι τινός, non τί. Ceterum

malim ego cum Wolfio τοῖς περὶ αὐτὸ τετριμμ. Sed poterit περιτετριμμένοις idem valere ac περὶ αὐτὸ τετριμμένοις. Quare lubens hoc tenui, quod consentientibus duobus e nostris codicibus in contextum receperat Vptonus.

Ibid. σοὶ δ' ἀρκείτω. Corrupte σὺ δ' ἀρκ. sola ed. Ven.

Vers. 6. κεκλεισμένην. Mendose κεκλιμένην ed. Ven. & Bas. id est, *inclinatam*. Hinc WOLFIVS: „Fortasse κεκλεισμένην, *clausam*; nisi forte alia ratio claudendi & aperiendi fores olim fuerit, quam apud nos." — „Edit. Salmant. * κεκλιμένην, & in marg. * κεκλεισμένην. Codex noster quoque legit κεκλεισμένην." VPTON. κεκλειμένην scripserant editores Genev. & Colon. Sed κεκλεισμ. Cant. Lond. anon. & Vpt. Et sic pa. atque etiam pb. inter lineas, sed κεκλιμ. in contextu. ἐκκεκλιμένην pc.

Vers. 8. Ἀλλ' οὐκ ἐπέτυχες. Perperam οὐκ ἀπέτυχες pc.

Ibid. Μὴ γὰρ σὸν τοῦτο τὸ ἔργον ἦν. „Articulum τὸ inserui auctoritate nostri codicis; uti mox μέμνησο reposui pro μεμνημένος, & καὶ restitui ante οὐ ταραχθήσῃ." VPTON. Nempe μεμνημένος, & οὐ ταραχθ. absque καὶ dederant superiores editt. omnes. In omnibus istis emendationibus cum Vptoni codice facit noster pb. Sed pac. servant id quod olim vulgatum erat, nisi quod pc. ante ἀεὶ μεμνημένος, quod erat editum, verbum ἔσο inserit; quæ vera fortasse fuerit scriptura.

Vers. 9. καλῶς ὁ Χρύσιππος λέγει. „Confer II. 10, 6." VPTON.

Ibid. ἀδηλά μοι ἦ. Verbum ἦ, quod desiderabatur olim, suo e codice Vptonus inseruit, cum quo consentit noster pc.

Ibid. ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων ἔχομαι πρὸς τὸ τυγχάνειν &c. „Verba sic ordinabis: ἔχομαι ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων (scil. ὄντων) πρὸς τὸ τυγχάνειν. Sicut dicimus εὐφυὴς πρὸς τὰ γράμματα, *aptus ad discendas literas*. Si τὰ εὐφυέστερα absolute, & πρὸς τὸ τυγχάνειν, τελικῶς sumas, pro ἵνα τύχω, minus placet." WOLFIVS. „Verte: *Semper amplector ea quæ constitutioni meæ sunt aptiora, ut adipiscar id quod secundum naturam est.*" VPTON. Rectius Wolfius. εὐφυέστερα, *aptiora, commodiora*, non ad meam constitutionem, sed πρὸς τὸ τυγχ. &c. τῶν πρὸς ἐκλογὴν εὐφυεστέρων ait II. 10, 6. Incommode vero vulgo (inde ab ed. Bas.) comma insertum

sertum erat post ἔχομαι, quod delevi. Nec agnoscit illud ed. Ven. Vocem ἀεὶ ignorat pc.

Ibid. αὐτὸς γὰρ μ' ὁ Θεὸς τούτων ἐκλεκτικὸν ἐποίησεν. Vulgo τοιούτων editt. omnes. Monuit vero Vptonus: „Ms. Par. τούτων." — Nempe sic duo codd. pab. quos ego sequendos putavi. Nam voci τοιούτων saltem articulus τῶν fuerat præmittendus. In pc. vero sic scribitur, ὁ θεὸς μ' ἐποίησε τοιοῦτον ἐκλεκτ.

Vers. 10. εἰ δέ γε ἤδειν, ὅτι νοσεῖν &c. „Vide infra, II. 10, 5. Haud absimile dictum Demetrii, nobilis Cynici. Senec. de Provid. c. 5. *Hoc unum, inquit, Dii immortales, de vobis conqueri possum, quod non ante mihi voluntatem vestram notam feciſtis: prior enim ad ista veniſſem, ad quæ nunc vocatus adsum.*" VPTON.

Ibid. ὥρμων ἄν. ὁρμήσαιμ' ἄν pc.

Ibid. ὥρμα ἂν ἐπὶ τὸ πηλοῦσθαι. Conf. II. 5, 24.

Vers. 11. οὐχ ἵνα δὲ καὶ θερισθῶσιν. „Plane respexit ad versus illos celeberrimos in Hypsipylâ Euripidis, quos olim laudavit Chrysippus:

— — — Ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. —

Vide M. Anton. VII. 40. & ibi Gatakerum. Cicero Tusc. Disp. III. 25.

Mortalis est nemo quem non adtingit dolor,
morbusque multus: sunt humandi liberi,
rursus creandi: &c.
— — — *tum vita omnibus*
metenda, ut fruges: sic jubet necessitas.

ubi in vers. 2. reposui *morbusque multus:* sensu ipso postulante, græcis suffragantibus. Vulgo: *morbusque; multi sunt humandi liberi.* Vertit autem Cicero, πόνος, *dolor & morbus;* qui quidem multus variusque mortale genus adtingit. Vide autem III. 24, 81." VPTON.

Ibid. οὐ γὰρ ἀπόλυτοι γίνονται. „*Neque enim absolutæ nascuntur spicæ:* hoc est, non sua tantum caussa, sed inprimis propter homines: sic ipsi homines propter Deum, atque ornatum universi." WOLFIVS. „Vide supra, II. 5, 24." VPTON.

Verſ. 12. εἰ οὖν αἴσθησιν εἶχον. „Ita Cicero, forſan quoque ex ipſo Chryſippo, de Fin. V. 14. *At vero ſi ad vitem ſenſus acceſſerit*, &c.“ VPTON.

Ibid. ἐπὶ σταχύων. Temere περὶ, pro ἐπὶ, pc.

Verſ. 13. Οὕτως ἰστέον. Sic pc. cum edd. Οὕτως ἴστε pab. non male.

Ibid. μηδὲ θερισθῆναι. μὴ θερισθῆναι pab.

Verſ. 14. οἱ αὐτοί ἐσμεν. „Forſan τοιαῦτοί ἐσμεν: & dele interrogationem poſt ἀγαγακτοῦμεν.“ VPTON. Poſt ἀγαγακτοῦμεν interrogandi ſignum poſuerat editor Baſ. idque tenuere ſequentes omnes. Recte delere juſſit nunc Vpton in Notis; neque illud agnoſcebat Veneta Editio, nec habent pbc. Quod vero τοιαῦτοι ſuſpicatus eſt idem Vptonus, primum τοιοῦτοι haud dubie voluerat ſcribere: tum vero nulla prorſus cauſſa adeſt, cur minus placeat οἱ αὐτοί, quod ſane percommodum eſt: *iidem nos ſumus, quos & demeti oportet, & qui id ipſum novimus, eſſe nobis moriendum.* Et in οἱ αὐτοὶ recte conſentiunt codices omnes.

Ibid. οὔτε γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμέν. Rurſus poſt ἐσμὲν interrogandi ſignum temere poſuit Baſileenſis editio; unde WOLFIVS: „*An ignoramus qui ſimus?* Poſſunt hæc etiam affirmative legi, ſine interrogatione. Multi enim ſe non noverunt, nec meditatas habent res humanas; ideoque ſunt queruli. Sed interrogatio eſt acrior, & magis urget: *oportere nos ſcire qui ſimus, & meditatas habere res humanas.*“ Hæc ille. SHAFTESBVRIENSIS vero: „Wolfius (inquit) hæc etiam interrogative legit: ſed & hæc & priora potius affirmative legenda credo.“ — Recte; & interrogandi ſignum, quod ignorabat Veneta editio, ſuſtulerunt rurſus editores omnes Baſileenſi poſteriores. Nec interrogationem h. l. agnoſcunt pabc.

Ibid. τὰ ἱππικά. Caret τὰ pc.

Verſ. 15. Ἀλλὰ Χρυσάνταν μὲν &c. „Rem narrat ipſe Cyrus apud Xenoph. Κύρου παιδ. lib. IV. in initio. Ἐπεὶ δ' ἐγὼ παρηγγύησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνομαστὶ αὐτὸν, ἀνατεταμένος οὗτος τὴν μάχαιραν, ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκουσέ τε μου εὐθὺς, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραττεν. Cyrus ait, ſe nominatim Chryſantam compellaſſe, ὀνομαστὶ καλέσας. Sed paulo aliter Epictetus: σάλπιγγος ἀνακαλούσης. Nam memoriæ confiſus hæc enarrat.“ VPTON.

Verſ.

Verſ. 16. κλάονλες. κλάονλες ed. Ven. cum pabc. κλαίονλες ed. Baſ. & ſeqq.

Ibid. καὶ περιστάσεις αὐτὰ καλοῦνλες. „Quia hæc ab etymologia Græca pendent, latine reddi non poſſunt. περιστάσεις, verbum verbo ſi exprimas, *circumſtantias* ſignificat; ſed capitur ἀνλὶ στενοχωρίας καὶ συμφορᾶς, pro *anguſtiis & calamitatibus.*“ WOLFIVS „περιστάσεις, *pericula, rerumque difficultates*, quæ hominem quaſi *circumſtare* videantur, atque ita circumſcribere, ut vix vixque evadere poſſit.“ VPTON. *in Ind.* — Græca verba hujus loci in Notis citans Wolfius, καλοῦμεν pro καλοῦντες ſcripſit, non deliberato, ut puto; ſed fugiente oculo calamoque aliud pro alio ſcribens. Sane in καλοῦνλες recte libri omnes conſentiunt.

Verſ. 18. τροχός. „Τροχὸς, *rota;* ſupplicii genus apud veteres. Vide Suidam in voce. Cic. Tuſc. Disp. [V. 9.] *In eo etiam* [libro, Theophraſtus] *putatur dicere, in* rotam (*id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos*) *beatam vitam non aſcendere.*“ VPTON. *in Not. ad* IV. 13, 22. quo loco rurſus τροχοῦ fit mentio. De eodem vero tormenti ac ſupplicii genere conſule quæ notavit Daviſius ad Cic. l. c. & Elmenhorſt. ad Apulei. lib. III. cap. 48.

Ibid. τί σοι μέλει ποίᾳ ὁδῷ καταβῇς εἰς ᾅδου. Ante Vptonum ποίᾳ ὁδῶν edebatur, minus recte. Nam ad genitivum deſiderabatur articulus τῶν, velut II. 7, 10. ποτέρᾳ τῶν ὁδῶν. Itaque bene fecit VPTONVS, quod codicis ſui præſcriptum eſt ſecutus: „Noſter codex (inquit) ὁδῷ. Confer autem ſupra, II. 5, 14. Sic apud Stobæum, Serm. XXXVIII. [p. 233.] ἢ οὐ παν]αχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός; Anaxagoras apud Laërt. II. 11. Παν]αχόθεν, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου καταβασις. *Præclare Anaxagoras, qui, cum Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, auferri; Nihil neceſſe eſt, inquit; undique enim ad inferos tantundem viæ eſt.* Cic. Tuſc. Disp. I. 43. Epigramma incerti authoris in Anthol.

Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴ τ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχεις, (l. στείχῃς,) εἴ τε νέκυς νείσεαι ἐκ Μερόης.
Μή σε γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόν]α·
πάν]οθεν ὁ Φέρων εἰς ἀΐδην ἄνεμος.“

VPTON. De re monuit WOLFIVS: „Fortiter quidem hæc dicuntur: ſed cum ad rem ventum eſt, vereor ne magnifica iſta verba evaneſcant.“ — Vide eumdem ad II. 5, 14. In ὁδῷ cum Vptono conſentiunt pabc.

Verſ. 19. *συνλομωτέρα, ἣν πέμπει ὁ τύραννος.* „Vide Xenoph. in Apol. Socr. ſect. 7.“ VPTON.

Ibid. οὐδεὶς τύραννος ἓξ μησί τινα ἔσφαξε. „Non ille quidem ſex menſibus cervices aut jugulum ferire poteſt, ſed pluribus annis ſic excarnificare poteſt, ut quivis dies ſit morte acerbior. Id quod D. Methodio accidiſſe, in ſepulcrum cum latronibus concluſo, ubi cadaverum fœtorem ferret cæterasque ſordes, Zonaras noſter ſcribit.“ WOLFIVS.

Ibid. ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα. „Seneca Epiſt. 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re ſit.*“ VPTON.

Ibid. κενῶν. καινῶν pbc. frequenti librariorum errore.

Verſ. 20. *Τῇ κεφαλῇ κινδυνεύω ἐπὶ Καίσαρος.* Si verum eſt *ἐπὶ*, (in quo nihil quidem variant libri,) recte Wolfius verterit *apud Cæſarem;* quemadmodum accuſari aliquis dicitur aut cauſſam dicere *ἐπί τινος, apud aliquem.* Sed vide, ne *ὑπὸ Καίσαρος* ſit legendum, vel *ἀπὸ Καίσαρος, imminet mihi capitis periculum a Cæſare.* Simili in phraſi *ὑπὸ* pro *ἐπὶ* legendum videri apud Polybium I. 36, 3. monui ibi in Adnot. Agitur h. l. de juvene Philoſopho, Nicopoli ex Epicteti ſchola Romam redeunte, & Domitiani Cæſaris iram in Philoſophos timente, ut jam ad initium hujus cap. monui.

Ibid. ὅταν διαπλέῃς τὸν Ἀδρίαν. „Adria ſeu Adriaticum mare tempeſtuoſum deſcribitur. Horat. Carm. I. 33.

Libertina fretis acrior Adriæ
curvantis Calabros ſinus,

& III. 9.

— — — Improbo
iracundior Adria.“

VPTON. „*Inquietum* vocat Horat. lib. III. Od. 3. Vide & lib. III. Od. 27.“ IDEM *in Ind.* Cæterum in recto caſu ὁ Ἀδρίας dicitur, ſcil. *κόλπος*, non ὁ Ἀδρία, ut in Indice ſcripſit Vptonus. Vide Ind. Hiſtor. & Geograph. in Polyb. voce *Adriaticum mare.*

Ibid. τίνι κινδυνεύεις; οὐ τῇ κεφαλῇ; Ante Vptonum *τί κινδυνεύεις* edebatur; & poſt *κεφαλῇ* non interrogandi ſignum ponebatur, ſed nudum comma, ut iſta cohærerent,

rent, οὐ τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ὑπολήψει κινδυνεύω. Quam distinguendi rationem cum VPTONVS etiam in contextu tenuisset, monuit idem in Notis: „A vitiosa interpunctione laborat hic locus, quem sic lege: Τίνι (sic noster codex: vulgo τί) κινδυνεύεις; οὐ τῇ κεφαλῇ. Ἀλλὰ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Τῇ σῇ; πῶς; τίς γάρ σε κ. τ. λ. Sic de Græco Anglice reddidi: *My life is in danger under Cæsar. And am not I in danger, who dwell in Nicopolis, where so many earthquakes are? Or, when thou thyself crossest the Adriatic, what then is in danger? is not thy life? Ay, but my opinions and my sentiments are in danger. Thy opinions? how so? who can compel thee to have any opinion contrary to thy own will?* &c." — τί κινδ. habent nostri codd. ut olim vulgatum erat.

Vers. 21. Ἀλλὰ καὶ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Particulam καί, cum abesset vulgo, opportune dedit noster codex pc. Eamdem haud dubie etiam habebat Vptoni codex; sed alieno loco eam inseruit hic editor, paulo post sic scribens, Ἀλλὰ καὶ τῇ ἀλλοτρίᾳ, ubi recte eam particulam libri omnes ignorant: quare illo quidem loco, quem ei Vptonus tribuerat, ejeci. Quam ibi *alienam opinionem* dicit Epictetus, significat *aliorum de nobis opinionem.*

Ibid. τὰ ψεύδη. τὰ ψευδῆ malebam; nam ad substantivum ψεύδη minus commode in hac connexione adjectus articulus videbatur. Sed in vulgatam scripturam consentiunt libri.

Vers. 22. Ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ. Cum abesset olim particula ἢ, hæc notavit ad hunc locum WOLFIVS: „Ἀλλαχοῦ εἶναι, ἐν Ῥώμῃ; ναί. *Alibi esse. Romæ? Sic.* Fortasse ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ, *alibi esse quam Romæ?* Difficile & molestum fuit civi, aut assueto magnificentiæ Romanæ, carere urbis aspectu." — „Noster codex firmat Wolfii conjecturam;" ait VPTONVS, qui particulam illam adjecit, in quo consentientem habet nostrum cod. pb. De adjicienda eadem particula monuerat etiam Salmasius. Cæterum sic ratiocinatur Epictetus: *Tu metuis,* inquit, *Romæ vivere; timens scilicet, ne in exsilium mittaris. Atqui ipsum hoc, exsulare, quid est aliud, quam alibi vivere quam Romæ? Ergo tibi non metuendum, quia Romæ vivere times. At,* inquit ille: *si in Gyara mittar?* &c.

Ibid.

Ibid. Ἂν σοι ποιῇ, ἀπελεύσῃ. „Lego ἂν σοι δοκῇ, *si visum tibi fuerit.* Etsi, cum sæpius hæc loquendi forma occurrat, dubitari potest, an sit aliquis Epicteti ἰδιοτισμός.“ WOLFIVS. — „Ἂν σοι ποιῇ, Angl. *if it makes for you.* Eandem loquendi formulam vide III. 8, 6.“ VPTON. Rursus IV. 1, 108. Gallice diceres: *si cela fait votre affaire; si cela vous accommode.*

Vers. 23. ἀνέρχῃ, *Romam proficiscaris,* Vide Not. ad I. 10, 2.

Ibid. μικρότερά ἐστι τῆς παρασκευῆς. Conf. I. 30, 6 sq.

Ibid. γερουσίῳ. Vide I. 9, 10. not.

Ibid. πολλοῦ ἀξίῳ. πολλῷ ἀξίῳ pc.

Vers. 24. ἐκείνης τῆς διαιρέσεως μέμνησο. „Vide I. 22, 10. II. 2, 14. II. 5, 4.“ VPTON.

Ibid. καὶ τὰ οὐ σά. „Ita exhibet noster codex. Vulgo καὶ οὐ τὰ σά.“ VPTON. Et vulgatum ferri poterat, quod tuentur pabc. Transpositа vero verba jam ante Vptonum voluerat Meibom.

Vers. 25. ἂν ἴσην αὐτὴν ἐν ἑκατέρῳ φυλάξαι θέλῃς. Præpositionem ἐν ignorant vulgo omnes, quam necessario adjiciendam putavi. Extrusa erat a terminatione vocis præcedentis: cujus erroris passim apud Polybium exempla observavimus. Vide Lexic. Polyb. in voce Ἐν. num. 8.

Vers. 26. ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα παιᾶνας γράφειν. „Scripsit Socrates in carcere Προοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω, uti vocat Plato in Phædone. Diogenes Laërt. in vita Socratis, sect. 42. Ἀλλὰ καὶ παιᾶνα κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχή·

Δήλι' Ἄπολλον, χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεεινώ.“ VPTON.

Vers. 27. Θέλεις. Sic recte restituit Vpt. ex ed. Ven. cum mss̄tis. Temere Θέλοις ed. Bas. & sqq. de quo corrigendo monuerat etiam Salmasius.

Ibid. ἀναγνῶ σοι. ἀναγνώσω σοι pc. Perinde est. Pro παιᾶνας, & hîc, & paulo ante, παιάνας penacute scripsit pc.

Ibid. ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν; Ἐν τίσιν οὖν; Ἀποθνήσκειν μέλλω. Mendose μέλω sola ed. Bas. In distinguenda oratione variant. Veneta sic habet: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν. ἐν τίσιν οὖν; ἀποθνήσκειν μέλλω. Basileensis & reliquæ ante Vptonum: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν,

ἐστὶν, ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω. Quæ tam multa Græca verba WOLFIVS in verſione his paucis latinis complexus eſt: *in capitis periculo ſum;* in Notis autem monuit: „Pro ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω, legendum fortaſſe οἷς ἐναποθνήσκειν μέλλω.“ — „Sed fortaſſe interpungendum poſt ἐστίν, (inquit SHAFTESBVR.) & legendum ἐν τίσιν οὖν; interrogative.“ — Nos VPTONVM ſecuti ſumus; qui ait: „In contextum recepi diſtinctionem quam exhibet noſter codex.“ — Tum vero ſic pergit idem VPTONVS: „Poſt ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν; ſupple παιᾶνας γράφειν. *In his igitur mihi licet* Pæanas ſcribere, *ut Socrates?*“ — At proxime non de *ſcribendis*, ſed de *audiendis* pæanibus agebatur. Supplendum igitur: *in his igitur malis mihi-ne licet te pæanas prælegentem audire?* Niſi affirmative (non negative) accipienda ſunt illa, ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν, ſcil. τὰ πράγματα, *nam in his malis ſunt meæ res.* Quod tamen non urgeam.

CAPVT VII.

TIT. Πῶς μαντευτέον. „Confer Enchir. c. 32. [c. 39. e rec. Wolf.] & Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 1. ſ. 8. Scripſit hac de re Cicero. Nam tota fere veterum in divinatione verſabatur publica religio: quam Epicurei deridebant. Ipſe Socrates μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν, ut ait Xenoph. in initio Ἀπομν. Zoſimus lib. II. p. 104. de Conſtantino dicit, eum primum initium impietatis feciſſe, divinationem ſuſpectam habendo: τῆς ἀσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, τὴν μαντικὴν ἔχειν (lego ἔχων) ἐν ὑποψίᾳ.“ VPTON.

Verſ. 3. ἂν δὲ καὶ ἀποθανεῖν. „Sic Hector apud Homer. Il. μ'. 243. alloquitur Polydamanta:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Cicero de Senect. [cap. 4.] *Augurque cum eſſet* (Q. Fabius Maximus,) *dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro reipublicæ ſalute gererentur: quæ contra remp. ferrentur, contra auſpicia ferri.*“ VPTON.

Ibid. οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω. „Lucan. IX. 572.

Scimus, & hæc nobis non altius inferet Ammon.
Hæremus cuncti ſuperis; temploque tacente,
nil facimus non ſponte Dei: nec vocibus ullis
numen eget; dixitque ſemel naſcentibus auctor
quicquid ſcire licet.“

VPTON. *Verſ.*

Verſ. 4. ἀλλ' ἀνέχομαι λέγοντος ἐκείνου, Συμφέρει σοι; Sic, cum interrogatione, cujus ſignum aberat, ſcribenda hæc eſſe monuit VPTONVS, in hanc ſententiam: „*At eum fero, cum dicit, Hoc tibi conducibile?* — Cui in contextu obſecutus ſum.

Verſ. 5. Τί γάρ ἐστι &c. Ante Vptonum ita hæc edebantur: Τί γάρ ἐστι συμφέρον; οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; εἰ δὲ μεμάθηκεν ὥσπερ &c. Hinc WOLFIVS ad verba εἰ δὲ μεμάθηκεν notavit: „Fortaſſe poſt δὲ diſtinguendum, εἰ δὲ, ſcil. οἶδεν, *ſi vero novit, didicit:* hoc eſt, non quatenus hariolus aut augur, ſed quatenus philoſophus eſt. Sed fortaſſe rectius ſic legetur: οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; ἢ μεμάθηκεν &c. *Scitne quid ſit bonum? aut didicit*, &c.“ — VPTONVS vero: „Nos, inquit, auctoritatem noſtri codicis ſecuti, textum reformavimus.“ — Scilicet pro εἰ δὲ, quod ante μεμάθηκεν erat, οἶδε poſuit, & orationem ita diſtinxit, uti nos cum eo fecimus. Et conſentiunt etiam pabc. niſi quod τί ἀγαθὸν habet pb. omiſſo ibi verbo ἐστὶν, quod & percommode ibi abeſſe poteſt.

Verſ. 6. οὐ σοῦ μέλλω πυνθάνεσθαι. Aberat olim οὐ particula. Hinc WOLFIVS: „σοῦ μέλλω πυνθάνεσθαι; *tene rogem?* interrogative & negative. Sequitur, *cum Grammaticum ignores, Philoſophiam ſcire qui potes?*“ — VPTONVS: „Ex noſtro codice οὐ inſerui; quod melius.“ — In pb. ſuper σοῦ inter lineas ſcriptum οὐ, ſed id quidem a recentiori manu. Pro μέλλω, perperam & contra msstorum fidem eſt μέλω in ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 7. Διατί ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις; ἐνθάδ' οὖν &c. „ἐνθάδ' οὖν, ſcilicet οἶσθα τὸ ἀληθὲς ἢ τὸ συμφέρων; *Itane hic demum ita eruditus es, ubi* &c.“ WOLFIVS. — „Ita diſtingue potius: Διατί; Ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις· ἐνθάδ' οὖν, ὅπου κ. τ. λ. *Quare? In Grammatica non dicis: hic demum* dicis, *ubi* &c.“ VPTON. — Ego in vulgata diſtinctione cum Wolfio adquievi. Significare videtur, ignarum atque inſcium plerumque fuiſſe hominum genus aruſpices. *In Grammaticis dicere nequis, quid bonum ſit, quid contra; in his rebus, quæ ſunt graviſſimi momenti, te audiemus?* Sed conciſa admodum oratio; & videndum, ſatisne integra. Neque vero quidquam præſidii offerunt libri.

Verſ. 8. Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ καλῶς εἶπεν. „*Recte igitur illa mulier.* Sententia eſt: recte eam feciſſe, quæ non eventum timuerit, ſed officium fecerit.“ WOLFIVS.

Ibid.

Ibid. τῇ Γρατίλλῃ. „*Gratilla*, nobilis fœmina, quam ex urbe Italiaque ejecit Domitianus. Vide Plin. Epiſt. 11. lib. III. Tacit. in vita Agricolæ, c. 45. *Non vidit Agricola obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes, tot* nobiliſſimarum fœminarum *exilia & fugas.*“ VPTON.

Ibid. τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων. „Ἐπιμήνια, *ſervorum* ſunt *cibaria*, *demenſa*. Gloſſar. *Epimenia*, xenia quæ dabantur per ſingulos menſes. Juvenal. Sat. VII. 120.

Aut veteres, Maurorum epimenia, *bulbi.*

Sic in hoc loco τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων eſt *navis cibariorum*, quæ mittere ſolebat in ſingulos menſes mulier quædam Gratillæ exuli. Vide Salmaſ. de Vſuris, p. 164. Cæterum τὸ πλοῖον lectio eſt noſtri codicis; alii πλεῖον perperam exhibent.“ VPTON. Apud Polybium XXXI. 20, 13. & cap. 22, 12. τὰ ἐπιμήνια ſunt *cibaria* ſive *commeatus* quibus inſtructa erat navis, qua Demetrius Roma in Syriam vectus eſt. Itaque de *quovis adparatu cibariorum navi impoſito* intelligi illud vocabulum poteſt. Aliàs τὰ ἐπιμήνια ſunt *menſtrua ſacrificia*, ut notarunt Lexicographi. In mendoſum πλεῖον, pro πλοῖον, conſentiunt pabc. quem errorem notaverat Meibom.

Ibid. κατὰ τὸν εἰπόντα. „Pro κατὰ τὸν εἰπόντα, lego κατὰ τῶν εἰπόντων, vel πρὸς τὸν εἰπόντα.“ WOLFIVS. Rarus utique atque inſolens uſus præpoſitionis κατὰ τὸν εἰπόντα, ſive interpreteris *ad eum qui dixerat*, ſive *cum dixiſſet aliquis.*

Ibid. Δομιτιανός. Δομετιανὸς pab. etiamque pc. a prima manu: non male; ſolent enim ſic Græci.

Ibid. ἢ ἐγὼ μὴ πέμψω. Caret μὴ pb.

Verſ. 9. ἐπὶ τὸ συνεχῶς μανθάνεσθαι. „Ms. Par. ἐπὶ τοῦτο. Forſan ἐπὶ τοῦτο τὸ.“ VPTON. ἐπὶ τοῦτο habet pa. ἐπὶ τὸ pbc. cum edd.

Ibid. ἐπευθυσώμεθα. Corrupte ἐπευθυσώμεθα pc.

Ibid. Ναὶ, κύριε, ὡς ἡ τύχη θέλει. „*Recte domine, ut fortuna vult.* Videntur verba eſſe conſultoris, animi æquitatem præ ſe ferentis, cum is ſpe & metu ſit attentus.“ WOLFIVS. „Ms. Pariſ. ὡς ἡ τύχη φέρει.“ VPTON. — Immo vero φέρει hoc loco nullus habet e Pariſinis codicibus: ſed paulo inferius (vſ. 10.) pro ἀπελθεῖν θέλει, per librarii oſcitantiam ἀπελθεῖν φέρει ſcriptum eſt in codice noſtro *pa.* qui eſt idem ille *Ms. Pariſ.*

Paris. e quo excerptæ nonnullæ lectiones communicatæ erant Vptono. Ista scriptura nunc hic ad alienum locum relata est, sive Vptoni errore, sive ejus viri qui lectiones e codice excerpsit.

Ibid. ἐμπαίζουσιν ἡμῖν. „*Illudunt nobis;* scilicet optima quæque & jucundissima falso pollicendo, aut etiam vanos terrores augendo.“ WOLF.

Vers. 10. Post τί οὖν olim nudum comma ponebant; pro ἔρχεσθαι vero, ἄρχεσθαι dabant ante Vptonum editiones omnes. Sed WOLFIVS: „Τί οὖν; δεῖ δίχα ὁρέξεως ἔρχεσθαι &c. *Quid ergo?* scil. agendum. Subjectio sequitur: *Veniendum est* &c.“ — „Recte: nam sic infra, [vs. seq.] & in Enchir. [c. 32, 2. cap. 39. e recens. Wolf.]“ COM. SHAFTESB. „Noster codex ἔρχεσθαι. Alii ἄρχεσθαι. Edit. Salmant. * ἄρχεσθαι, & in marg. * ἔρχεσθαι.“ VPTON. ἄρχεσθαι pabc. cum edd. ante Vpt. Mox vero iidem nostri codd. (vs. 11.) consentiunt in ἐπὶ τὸν θεὸν ἔρχεσθαι, ubi ed. Ven. quidem rursus mendose ἄρχεσθαι habet, sed id correctum in ed. Bas. & seqq.

Ibid. ποτέρα τῶν ὁδῶν φέρει, *utra via ducat;* intellige οἷ τείνει, *eo quo tendit.* Sic mox ἡ ὁδὸς φέρουσα, *via ducens*, nempe *eo quo tendimus;* id est, *recta via.*

Ibid. οὐκ ἔχων ὄρεξιν πρὸς τὸ τὴν δεξιὰν μᾶλλον φέρειν, ἢ τὴν ἀριστερὰν. *non cupiens, ut dextra potius via eo quo vult ducat, quam ut sinistra.* Vulgo omnes (edd. & mssti) πρὸς τὴν δεξιὰν μᾶλλον, absque τὸ. Adoptavi vero VPTONI conjecturam, scribentis: „Forte πρὸς τὸ τὴν δεξ.“ —

Vers. 11. ἵνα τοιαῦτα μᾶλλον ἡμῖν δεικνύουσιν. Vulgo omnes ἵνα ταῦτα. Sed τοιαῦτα habebat Vptoni codex, quod præferendum putavi; cui mox respondet οἷα ἐνδείκνυνται. Nostri quidem pabc. vulgatum tenent, ταῦτα.

Ibid. ἀλλ' οἷα ἐνδείκνυνται, τούτων τὰς φαντασίας δεχόμενοι. „*Sed ut rerum species, quales exhibentur,* oculi *excipientes, eas nobis ostendant.*“ Sic græca ista interpretatur Vptonus in Notis, minus perspicue, minusque ex veritate, quam in contextu fecerat, ubi Wolfii tenuit versionem hanc, *sed quas res demonstrarint, earum imagines accipimus.* Nempe δεχόμενοι non ad *oculos*, sed ad *nos* refertur, sicut præcedens παρακαλοῦντες. ἐνδείκνυνται autem active significat; οἷα ἐνδείκνυνται, scil. ἡμῖν οἱ ὀφθαλμοί.

Vers.

Verſ. 12. „Νῦν δὲ τρέμοντες τὸ ὀρνιθάριον κρατοῦμεν. Κρατεῖν τὸ ὀρνιθάριον, *tenere aviculam*, ſitne cæremonia aliqua magica, ignoro. Quid vero, ſi pro κρατοῦμεν legas ἀστατοῦμεν? *Nunc aviculam metuentes, vacillamus, parum nobis conſtamus.* Aut ἀεροβατοῦμεν, vellemus nos aviculam conſectari, & in noſtras partes traducere poſſe.“ WOLFIVS. — „Ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *auguriam captamus*. κρατεῖν, eſt *prehendere, captare*. Et ὀρνιθάριον dictum puto feſtive, ut mos eſt Epicteti, pro οἰωνὸν ſeu οἰώνισμα.“ VPTON. Rurſus IDEM *in Indice*: „Ὀρνιθάριον, *avicula*. Quemadmodum Græci dicunt ὄρνις & οἰωνός, de *ave*, ex cujus volatu aut garritu augurari ſolebant: ſic ὀρνιθάριον accipio pro ipſo *augurio*; nam, quo ridiculum magis appareat, utitur Epictetus diminutivo.“ —

Vocabulum οἰωνὸς pro *augurio* vel *auſpicio* uſurpari, ſcio; ὀρνιθάριον eodem modo dici poſſe, dubito: & magis etiam dubito, ὀρνιθάριον κρατεῖν, pro *augurium capere*; dici græce potuiſſe. τὸ ὀρνιθάριον vel *pullum gallinaceum* intelligere par eſt, ex eo genere quo ad auſpicia capienda uſos eſſe Romanos novimus; vel omnino *volucrem* quemvis, e cujus volatu voceque auſpicium capitur. Et quoniam non nimis honorifice nunc auſpiciorum meminit Epictetus, diminutivo utitur, ut ſolet. In verbo κρατοῦμεν vero mendam latere ſuſpicor, ac pæne perſuaſum habeo. Sane admodum probabile mihi videtur, τὸ ὀρνιθάριον τηροῦμεν ſcripſiſſe Arrianum; *nunc vero aviculam trepidantes obſervamus.* — Hæc ſcripſeram, quum inſpecto noſtro codice pb. edoctus ſum, non in verbo κρατοῦμεν, ſed in præcedente nomine errorem ineſſe. Nempe, pro vulgato τὸ ὀρνιθάριον, τὸν ὀρνιθαριον dat ille codex, quod non cunctatus ſum in contextu reponere. Quamquam vero nusquam alibi, quod ſciam, vocabulum illud, ὁ ὀρνιθάριος, legitur; tamen intelligi par eſt, id quod & analogia grammatica facile patitur, iſto nomine *pullarium* nunc inſigniri, ſive quemvis *augurem*, quem rogamus ut augurium pro nobis captet. τὸν ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurem manu prehendimus, manu tenemus.* Ad eumdem augurem refertur illud αὐτοῦ, δεόμεθα αὐτοῦ, *rogamus illum.* Ad eumdem denique convertuntur illa verba, Κύριε ἐλέησον. κρατεῖν, cum accuſativo caſu, eſt *prehendere, firmiter tenere*, cum apud alios ſcriptores, tum apud Polybium, & frequenter inprimis in libris Novi Teſtamenti; & qui-

dem *prehendere*, non ſolum capiendi cauſſa, ſed & quovis alio conſilio. vide Matth. XII. 11. Marc. IX. 27. Apocal. III. 11. &c.

Ibid. Κύριε ἐλέησον. „*Domine, miſerere.* Notiſſima formula, in Chriſtiana eccleſia jam usque a primis temporibus uſurpata.“ VPTON.

Ibid. ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. „*Permitte mihi exire.* Non ſatis video quid ſibi velint hæc verba; niſi forte ad augurem hæc præ metu & ſolicitudine dicat conſultor, ut liceat exire templo, ad inaugurandum capto.“ WOLFIVS. — „ἐξελθεῖν, ſcil. τῆς περιστάσεως. Vide Marc. [Anton.] lib. IX. ſ. 13. edit. Gatak. Stoicis quid ſit περίστασις, vide ſupra, cap. præc. & lib. I. cap. 24. Vide ſupra in Notis ad II. 5, 23. Eodem modo lib. I. c. 29. & cap. 30. τί δὲ — — ἐν ταῖς περιστάσεσιν. ὅταν εἰσίῃς &c. & lib. II. c. 1. rurſus ἀπιὼν εἰς περίστασιν. Cujus contrarium hoc eſt, ἐξελθεῖν τῆς περιστάσεως.“ COMES SHAFTESBVR. „ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. Angl. *Suffer me to come off.*“ VPTON. Sic plane II. 5, 23. ubi confer notata.

Verſ. 14. Τί, τὸ ὅσον ἐπὶ σοὶ. „τὸ abeſſe malim. Nam ὅσον ἐπὶ σοι, *quantum in te eſt*, uſurpant Græci. Sed potius legendum, Τί δὲ, ὅσον ἐπὶ σοὶ.“ VPTON. Nil mutant libri. Forte τὸ ἐπὶ σοὶ ſcripſit Arrianus, & ὅσον ex interpretatione irrepſit.

Ibid. παράγεις τὸν σύμβουλον. „Noſter codex ἐξαπατᾷς: quod gloſſema videtur.“ VPTON. Vulgatum tuentur pabc.

CAPVT VIII.

TIT. Τίς ἡ οὐσία τοῦ Ἀγαθοῦ. Articulum ἡ, qui deerat editis, adjeci ex codd. pab. In Indice capitum hujus libri habet eumdem ſolus pb. & ignorant pbc. Abeſt pariter articulus in eadem phraſi I. 29, 1. Cæterum commodior futurus erat hujusmodi Titulus huic disputationi inſcriptus: ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν, *Deus in nobis.* In hoc enim argumento præcipua ejus pars verſatur.

Verſ. 1. Ὁ Θεὸς ὠφέλιμος. *Deus prodeſt;* ſcil. εἰς τὸ κοινὸν ὠφέλιμος, ut ait I. 19, 12. id eſt, *communi omnium utilitati conſulit; eſt fons omnis boni.* De homine bono proboque loquens III. 13, 3. πιστὸν dicit, καὶ αἰδήμονα, καὶ ὠφέλιμον.

Ibid.

Ibid. τἀγαθὸν ὠφέλιμον. Hanc animis omnium insitam anticipatamque *Boni* notionem esse statuebant Stoici: τὸ Ἀγαθόν ἐστιν ὠφέλιμον, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. Vide Sext. Empir. adv. Math. XI. 22. & 25—27. Pyrrh. Hyp. III. 169—171. Stobæum Ecl. Ethic. p. 166. Suid. in Ἀγαθὸν, &, e quo sua ille hausit, Diog. Laërt. VII. 93 sq. apud quem tamen mutilus est locus, ut monuit Lipsius in Manud. ad Stoic. Philos. lib. II. Dissert. 22. qui de hoc argumento consuli meretur. Confer Epictetum nostrum, I. 22, 1. Eodem vero modo jam olim Socrates τὸ Ἀγαθὸν οὐκ ἄλλο εἶναι ἢ τὸ ὠφέλιμον docuerat. vide Xenoph. Memor. IV. 6, 8. Scripturam h. l. quod adtinet, τἀγαθὸν scripsi cum ed. Salmant. & Ms. Paris. in quibus sic esse exaratum testatur Vpton. Eodemque modo dare debuerat Veneta editio; in quam τὰ τἀγαθὸν nescio quo casu irrepsit: id in τὸ ἀγαθὸν mutavit Basil. quod tenuere posteriores. In τἀγαθὸν vero consentiunt pabc.

Vers. 2. Φήμη. „Noster codex, pro φήμη, habet κώμη." VPTON. Sic & pc.

Ibid. Ναί. Particulam hanc, quam ignorabant superiores, suo e codice adjecit Vpton. Nostri libri non habent.

Vers. 3. μή τι. μή τοι pa.

Ibid. Ἐν λογικῷ. „Ita noster codex: alii [edd.] ἐπὶ λογικῷ." VPTON. Cum Vptoni codice consentiunt nostri tres. Ita non opus est Salmasii conjectura, qui ἐπὶ λογικοῦ scribere jusserat, & eodem spectare censuerat id, quod mox sequitur, ἐπ' αὐτῶν.

Ibid. ἐν τῇ παραλλαγῇ τῇ πρὸς τὰ ἄλογα. „Cic. de Offic. I. 27. *Decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differt.*" VPTON.

Vers. 4. οὐ λέγεις ἐπ' αὐτῶν τὸ ἀγαθόν. Id est, ut mox ipse interpretatur: οὐ λέγεις, ἐν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ εἶναι, καὶ εὐδαιμονίαν καὶ κακοδαιμονίαν. conf. vs. 9. & II. 5, 5.

Vers. 5. Ἆρα γε μόνης. Olim ἄρα γε acuto accentu scribebant; circumflexum posuit Vpt. monitus a Salmasio.

Ibid. καὶ καλῶς ποιεῖς. Deest καὶ pa.

Vers. 6. τὰ μάλιστα. Vna voce ταμάλιστα pb.

Ibid. ὑπηρετικὰ γὰρ γέγονεν ἄλλοις, οὐκ αὐτὰ προηγούμενα. Olim mendose οὐ κατὰ προηγουμ. Ad quæ verba WOLFIVS notavit: „ὑπηρετικὰ, pro ὑπηρετητικὰ: & fortasse κατὰ τὰ προηγούμενα, vel οὐ καὶ προηγούμενα. Sicut supra τὸ ἀπόλυτον, ita hic τὸ προηγούμενον usurpare videtur de iis *quæ suapte causa sunt, & non ad aliorum usum referuntur.*“ — „οὐκ αὐτὰ προηγούμενα. Sic reposui monente nostro codice. Editio Salmant. * κατὰ προηγ. & in marg. δοκεῖ παρέλκειν.“ VPTON. — κατὰ, quod ante προηγ. olim ponebatur, delere jusserat Salmas. οὐ καὶ προηγουμ. suspicatus erat Meibom. sicut Wolfius. οὐ κατὰ προηγ. dant pac. cum editt. vett. Sic & primum fuerat in pb. ubi correctum οὐκ αὐτὰ ab antiqua manu. De voce προηγουμ. confer Indicem. Vocabulum ὑπηρετικὸς nullo modo solicitari a Wolfio debuerat, quod ab ὑπηρέτης recte formatur, neque adeo infrequens est. vide rursus II. 10, 3. ibique notata. Adde Polyb. XIII. 5, 7. Pro ἄλλοις, in contextu ἀλλήλοις habet pa. sed alterum in marg. eadem manu.

Ibid. παρακολούθησίν γε τῇ χρήσει τῶν φαντασιῶν. De constructione substantivi verbalis cum casu quem regit suum verbum, vide notata ad I. 1, 7.

Vers. 7. ὁ ὄνος ἐπεὶ γέγονε μή τι προηγουμένως; Vulgo προηγούμενος. Ad ἐπεὶ monuit WOLFIVS: Fortasse ἐπὶ τί;“ — „Noster codex (ait VPTONVS) προηγουμένως, non προηγούμενος, ut alii habent. Scribe itaque: Ὁ ὄνος ἐπὶ τί γέγονε; μήτι προηγουμένως; *Qua de causa natus est asinus? nunquid ex causa primaria?*“ — Speciem habet utique ἐπὶ τί; Sic II. 24, 19. ἀγνοῶν ἐπὶ τί γέγονε. Nec tamen in contextum recipere ausus sum; quoniam ἐπεὶ, quamquam præponi plerumque solet, tamen etiam post nomen positum, eadem notione atque particula γὰρ accipi posse visa est; neque insolens prorsus est illa inversio, qua μή τι post verbum ponitur. Itaque, deleto commate, quod post γέγονε vulgo inserebatur, putavi, talem fortasse intelligi posse naturalem verborum ordinem: ἐπεὶ ὄνος μή τι γέγονε προηγουμένως; Simillimam verborum inversionem sive trajectionem habes II. 13, 21. τὸ δ' ἐμπείρως ἐστὶν, οὐχὶ εὐκαίρως, καὶ ἀσφαλῶς; &c. ubi pariter inter verbum & particulam interrogandi, quæ verbo postponitur, comma interseruerunt omnes, quod ibi pausam aliquam in loquendo facit, nec ingratam eam, atque etiam perspicuitati quodammodo inservientem. Quare & h. l. ferri

comma

comma post γέγονε poterat. In προηγουμένως cum Vpt. consentiunt tres nostri pabc. In ἐπεὶ nil variant libri.

Vers. 8. προσειλήφει παρακολουθεῖν. Scribendum puto προσειλήφει τὸ παρακολουθεῖν, cum articulo; quemadmodum vers. præced. προσείληφε καὶ τὸ χρῆσθαι. At libri quidem h. l. articulum ignorant omnes.

Vers. 9. Οὐ θέλεις οὖν ἐκεῖ ζητεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ, οὗ μὴ παρόντος &c. „οὗ μὴ παρόντος. *Quo bono non præsente.* Suspectus locus & dubius; sed sensus hic esse videtur: Si bonum hominis non sit in animo positum, nusquam id alibi inventum iri. Possit etiam fortasse legi τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ; interrogative; & postea iterum, οὐ, μὴ παρόντος. *Nonne si bonum in animo non sit*, &c. Sed malim absque negatione legere, οὗ παρόντος ut sit sensus: *Cum in animo bonum hominis fuerit inventum, nihil aliud dicendum esse bonum.*“ WOLFIVS. „ἐκεῖ ζητεῖν, *ibi quærere:* ubi νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθὸς, πρὸς τὸ παρακολουθεῖν τῇ χρήσει τῶν φαντασιῶν.“ VPTON. Nempe οὗ μὴ παρόντος non refertur ad τοῦ ἀγαθοῦ, quo Wolfius retulit, sed ad ἐκεῖ, quod idem valet ac ἐν ἐκείνῳ, & refertur ad id quod supra vs. 3. dixerat ἐν λογικῷ, & ἐν τῇ παραλλαγῇ τῇ πρὸς τὰ ἄλογα, quam παραλλαγὴν proximo vers. 8. dixit inesse ἐν τῷ παρακολουθεῖν τῇ χρήσει τῶν φαντασιῶν. Artic. τὴν ad οὐσίαν deest pa. Vocabulum οὐσίαν, postquam operarum errore omissum fuisset in edit. Genevensi, pariter omiserunt posteriores editores, donec ab Vptono est restitutum.

Ibid. ἐπ᾽ οὐδενὸς τῶν ἄλλων. „Scil. ζώων & φυτῶν, ut supra.“ COM. SHAFTESB.

Vers. 10. Τί οὖν; οὐκ ἔστι Θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; Ἔστιν, ἀλλ᾽ οὐ προηγούμενα. Locum hunc Veneta editio & Bas. in hunc modum legebant distinguebantque: εἰ οὖν οὐκ ἔστι, θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐ προηγούμενα. WOLFIVS vero sic vertit: *Etsi autem opera Deorum & illa sunt; non tamen præcipua sunt.* In Notis autem Græca sic scripsit: εἰ οὖν οὐκ ἔστι θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; ἔστιν, ἀλλ᾽ οὐ προηγούμενα. Hoc adjecto scholio: „Post κἀκεῖνα ponenda interrogatio, cui ἔστιν alterum respondet. Deus etiam alias res fecit; bonæ ergo sunt: neque enim quicquam mali Deus facit. Sed si cum excellentia mentis conferantur; earum bonitas velut in nihilum redacta, tanquam fumus quidam evanescit.“

neſcit.“ Hæc Wolfius. Poſt quem editor Genevenſis & Colonienſis in Græcis nihil quidquam eorum, quæ ſuperiores dabant editiones, mutarunt; ſed Cantabrigienſis, Wolfii præſcriptum ſecutus, orationem ſic diſtinxit: εἰ οὖν οὐκ ἔστι θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα. Eamdemque rationem anonymus Londinenſis tenuit. Vptonus vero veterum editionum revocavit rationem: εἰ οὖν οὐκ ἔστι, θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα. verſionemque ſic concinnavit: *quod ſi non eſt, opera tamen Deorum illa ſunt, non tamen præcipua.* (Quam eamdem rationem & noſtri fere libri tuentur: niſi quod εἰ οὐκ ἔστι habet pa. omiſſa οὖν particula; pb. vero κἀκεῖνα εἰσὶν ſcribit, pro ἐστὶν, tum ſuper θεῶν & h. l. & paulo poſt ſuperſcriptum οὗ habet, ut ſit Θεοῦ, ſed id quidem ab alia eaque recentiore manu.) Denique vero in Notis ad h. l. hæc adnotavit VPTONVS: „Legiſſe videtur Wolfius, τί οὖν; οὐκ ἐστὶ θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; Ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα, οὐδὲ μέρη Θεῶν. *Quid igitur? non ſunt & illa deorum opera? Sunt; ſed non opera primaria, neque partes Dei.* Poſſit quoque recepta lectio defendi hoc modo: εἰ οὖν οὐκ ἔστι, *etſi igitur bonum non ſit in illis, opera tamen Deorum & illa*, &c.“ Hæc ille. Ego vero, Wolfium τί οὖν pro εἰ οὖν voluiſſe, nusquam reperio: nec cæteroquin, quo pacto vel Wolfio vel Vptono ratio conſtiterit in hoc explicando loco, jam diſquiram. Illud dicam, unice veram hujus loci ſcripturam eam mihi viſam eſſe, quam (invitis licet libris) & in græco contextu & in verſione expreſſi. Quam quoniam & ipſe Vptonus haud obſcure perviderat, miror quid ſit quod eamdem non tenuerit.

Verſ. 11. σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ Θεοῦ, &c. „Horat. *Divinæ particula auræ.* Vide ad I. 14, 6.“ VPTON.

Ibid. Τί οὖν ἀγνοεῖς σου τὴν εὐγένειαν; „Confer I. 3, 1 ſq. Sic Aratus, citante Paulo Apoſt. Act. 17, 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.“ IDEM.

Verſ. 12. ὅταν συνουσίᾳ χρῇ. „Συνουσία, *colloquium, familiarem congreſſum*, & *vitæ conſuetudinem cum aliquo* ſignificat. [Sic II. 18, 21.] Capitur & ἀνθ' ὧν ἀφροδισίων, unde συνουσιάζειν. Et in hac poſtrema ſignificatione hic accipio; quia ſequitur, ὅταν ὁμιλίᾳ.“ WOLFIVS. Conf. vſ. 15. II. 20, 10. IV. 1, 143.

Ibid. ὅταν ὁμιλίᾳ. „Supple χρῇ.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. θεὸν περιφέρεις τάλας, καὶ ἀγνοεῖς. Vulgo post ἀγνοεῖς quoque interrogandi signum ponebatur, consentientibus etiam fere mss̄tis; quod cum VPTONVS etiam tenuisset, tollere jussit in Notis. „Sine interrogatione: (inquit.) Vide autem II. 16, 33. I. 14, 13 sq. Lucanus lib. IX. de Catone:

Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,

Et paulo post:

Estne Dei sedes, nisi terra, & pontus, & aër,
& coelum, & virtus?

Huc refer illud apud Hieroclem p. 24. ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει. Miltonus noster, lib. I. 17.

— — *Thou, o Spirit, that dost prefer*
before all temples th' upright heart and pure."

Vers. 13. ἔξωθεν. „Mox opponitur ἔσωθεν, vers. seq." VPTON.

Vers. 14. ἀγάλματος μὲν τοῦ Θεοῦ παρόντος. „Ea erat veterum religio, ut, deorum simulacris præsentibus, neque quicquam dicerent, neque facerent, in quo aliquid esset obscœnitatis. Vide Athenæum lib. VIII. Plutarch. in Quæst. Romanis. Cæsaribus autem Romæ imperantibus, idem honos eorum simulacris attributus: atque inter crimina læsæ majestatis erat, simulacris eorum præsentibus obscœni aliquid admittere. Vide Suetonium in vita Tiberii c. 58. Spartianum in Caracalla. Hinc Juvenalis, Sat. I. 131.

Cujus ad effigiem non tantum mejere fas est."

VPTON.

Ibid. ἀναίσθητε. „Ita noster codex, & Salmant. Alii ἀναίσθητος." VPTON. Nempe cum in ed. Ven. operarum errore ἀναίσθητο esset scriptum, id in ἀναίσθητος mutavit editor Bas. & tenuere hoc sequentes editores. Sed in ἀναίσθητε consentiunt mssti omnes. Pro σαυτοῦ vero habet αὐτοῦ pa.

Vers. 15. ἄλλως, *temere, secus quam fas est, secus quam decet hominem in quo Deus habitat.* cf. II. 10, 13. & III. 5, 8.

Ibid. μὴ ταπεινώσῃ αὐτὸν ῥᾴκη περιτεθέντα. Perperam vulgo omnes (edd. ac mssti) περιτιθέντα. Monue-

rat autem WOLFIVS. „Fortaſſe περιτεθέν[α. *Ne panni circumpoſiti eum humilem reddant & deforment.*“ Cui Vptonus non modo nihilo magis, quam alii editores, obſecutus eſt, verum etiam mendam menda auxit, αὐτὸν ſuo more in αὑτὸν mutans. In αὐτὸν vero cum edd. conſentiunt pabc.

Ibid. μὴ ἐπάρῃ κομψὰ ἱμάτια. Sic ex conjectura correxi. *Ne animum ejus efferant elegantes veſtes.* Vulgo omnes ἐπάγῃ, nullo prorſus ſenſu. τῷ ταπεινοῦν opponitur τὸ ἐπᾶραι, τῷ ταπεινοῦσθαι τὸ ἐπαίρεσθαι, familiare præſertim Stoicis & Epictero noſtro verbum. Sic πᾶσα δύναμις ἐπισφαλὴς, τοῖς ἀπαιδεύτοις προσγενομένη, πρὸς τὸ ἐπᾶραι ſc. αὐτούς, *ad efferendos, ad inflandos eorum animos.* I. 8. 8. ἂν γνῷς ὅτι τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ, οὐκ ἐπαρθήσῃ; I. 3, 2. cui opponitur οὐδὲν ταπεινὸν ἐνθυμεῖσθαι περὶ ἑαυτοῦ. ibid. vſ. 1. Conf. Adn. ad I. 11, 28. Adde II. 9, 21. & II. 6, 16.

Verſ. 16. Οὗτος οὐκ οἶδεν αὐτοῦ θεόν. οὗτος οὐκ οἶδε μετὰ τίνος ἀπέρχεται. Interrogative hæc interpretatus eſt Wolfius: *Num quid is ſuum Deum ignorat? An neſcit quo comite abeat?* Itemque ſequentia: *Eſtne ferendus, cum aliquem comitem optat?* Cujus rationem adoptans editor Cantabrig. interrogandi ſigna, quæ ignorabant ſuperiores editiones, poſuit poſt θεόν; poſt ἀπέρχεται; & poſt ἤθελον ἔχειν; Eodem modo anonymus Londinenſis. VPTONVS vero, in contextu quidem, duobus prioribus locis, poſt αὐτοῦ θεόν; & poſt ἀπέρχεται; ſervatis interrogandi ſignis, ſervataque ibidem Wolfii verſione; in tertio orationis membro, poſt ἤθελον ἔχειν ſuſtulerat interrogationem, & verba iſta Ἀλλ' ἀνεχόμεθα &c. latine ſic reddiderat, *At eum ferimus dicentem, te comitem habere vellem.* Poſtliminio autem in Notis ſic præcepit: „Scribe ſine interrogatione, θεόν. Et mox ἀπέρχεται. Deinde σὲ ἤθελεν ἔχειν; interrogative.“ — Cui ego obſecutus ſum, & ad eam raticnem verſionem latinam adoptavi. Cæterum in illa phraſi, οὐκ οἶδεν αὐτοῦ θεόν, haud ſatis perſpicuum eſt, ſitne αὐτοῦ pronomen, *ſuum Deum*; an adverbium, valens *ibi*, pro quo mox verſ. ſeq. ἐκεῖ ait; ἐκεῖ τὸν θεὸν οὐκ ἔχεις. Certe, ſi *ſuum Deum* dicere voluit Epictetus, non nude αὐτοῦ Θεὸν, ſed τὸν αὐτοῦ θεὸν, adjecto articulo dicere (puto) debuerat. Pro ἀνεχόμεθα, eſt ἀνεχώμεθα in ed. Ven. & Baſ. Sed indicativum, quem poſuerunt poſteriores edito-

editores, tuentur noſtri codices mssti. Pro σὲ ἤθελον habet καὶ ἤθελον pa. & caret σὲ.

Verſ. 18. εἰ μὲν τὸ ἄγαλμα ἧς. Perperam ἧς, pro ἦς, habent edit. Cantab. & Vpt. quaſi ſubjunctivus præſens eſſet, qui non erat hujus loci. Eumdem errorem jam alibi, haud ita multo ante, notavimus.

Ibid. ἢ Ἀθηνᾶ, ἢ ὁ Ζεύς. Vide mox ad vſ. 20.

Ibid. ἀνάξιον ποιεῖν. Temere ἀνάξιον εἰπεῖν pc.

Verſ. 19. ἀμελεῖς οἷόν τινα δείξεις σεαυτόν. δείξωις legendum putavit Meibomius. Sed perbene & ſuo loco ſtat fut. indic. in iſta connexione.

Ibid. Καί τοι ὁ τεχνίτης τῷ τεχνίτῃ ὅμοιος; ἢ τὸ κατασκεύασμα τῷ κατασκευάσματι; Ante Vptonum editi omnes ſic: Καὶ τί ὁ τεχνίτης τῷ τεχνητῷ ὅμοιος; &c. niſi quod in Cant. & Lond. anon. articulus τῷ ante τεχνητῷ operarum errore omiſſus eſt. Ad iſtam ſcripturam ſic commentatus eſt WOLFIVS; „Τὸ τεχνητὸν intelligi poteſt *opus arte expreſſum*, a τεχνάομαι. Sed ſententia poſtulare videtur, ut legas τῷ τεχνίτῃ. Artifex eſt Deus; artifex eſt Phidias. Statua Minervæ eſt opus Phidiæ: homo rationis particeps eſt, eſt opus Dei. Conferuntur & artifices & eorum opera. Deus infinito intervallo vincit Phidiam. Dei opus, homo, infinitis intervallis vincit Minervæ ſtatuam, Phidiæ opus. Si ergo Phidiam ſuum opus reveretur, (ſcribuntur enim hæc ὑποθετικῶς κατὰ προσωποποιΐαν) quanto magis Deum revereri debet ſuum opus, homo? Recte legitur, τῷ κατασκευάσματι. Mendum in τεχνητῷ decepit eum, qui τῷ κατασκευάσαντι annotavit.“ — „Noſter codex habet καί τοι, uti mox κατατκευάσματι.“ VPTON. Illud καί τοι auctoritate ſui codicis in contextum recepit Vpton, nec ego loco movere volui; quamquam teneri percommode aut revocari Καὶ τί e ſuperioribus edd. potuerat, quod Wolfius ſic vertit: *Quæ autem eſt — — — ſimilitudo?* Salmaſius autem ſic diſtinguendum cenſuerat, καὶ τί; ὁ τεχνίτης &c. In καί τοι vero conſentit pc. καὶ τί ſervant pab. τῷ τεχνίτῃ e Wolfii conjectura merito adoptavit Vpton. Et ipſum hoc, τεχνίτῃ, plane habent pab. τεχνιτῷ (ſic) pc. In κατασκευάσματι conſentiunt editi & mssti omnes: una editio Baſ. in marg. adnotatum κατασκευάσαντι habet.

Verſ. 20. ποῖον ἔργον τεχνίτου εὐθὺς ἔχει τὰς δυνάμεις &c. — „Statua ſimilitudinem habet hominis: ſed mentem, ſenſus, & motum non habet. Vnde ſimulacra in ſacris literis deridentur, quod oculos habeant, nec videant; aures, nec audiant; nares, nec olfaciant; linguas, nec loquantur; manus, nec palpent; pedes, nec ambulent, &c.“ WOLFIVS. Græca verba vulgo ſic vertunt: *Cujus artificis opus ejusmodi eſt, ut ſtatim eas in ſe vires habent* &c. Ego particulam εὐθὺς eo modo accipiendam putavi, de quo dictum eſt ad I. 19, 2.

Ibid. ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου — — τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη. „De *Phidia*, & de *Jove Olympio*, [cujus vſ. 18. meminit] vide ad I. 6, 23. De *Minervæ* autem ſimulacro vide Plin. lib. XXXIV. c. 19. p. 649. [cap. 8. ſect. 19, 1.] & Valer. Max. lib. I. cap. 1. [Extern. num. 7.] Ovid. lib. IV. de Ponto, Eleg. [Epiſt.] I. 31.

Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea cuſtos
bellica Phidiacâ ſtat dea facta manu.

Cæterum has Victoriolas, quas manu extenſa recepit Minerva, paſſim videre licet in imaginibus. De hisce quoque Cicero de Nat. Deor. lib. III. 34. *Idem* (Dionyſius) *Victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat.* Pauſanias in Jovis etiam Olympici deſcriptione: [lib. V. c. 11.] ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ Φέρει Νίκην, ἐξ ἐλέφαντος καὶ ταύτην καὶ χρυσοῦ, ταινίαν τε ἔχουσαν, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ στέφανον.“ VPTON.

Minervæ ſtatua Phidiaca, quam dicit noſter, in Parthenone in arce Athenienſi poſita, ex auro & ebore erat facta, ut docet Epictetus noſter II. 19, 26. Pauſan. I. 24. p. 57. Plin. lib. XXXVI. cap. 5. ſect. 4. num. 4. Quare videndum, ne apud Ovidium, loco ab Vptono citato, *aurea* legendum ſit pro *ærea*. Fuit illa ſtatua cubitorum viginti ſex, ut Plinius docet l. c. Victoria, cubitorum fere quatuor, ut Pauſanias, p. 58. Plinium ſi inſpicis, dicas in baſi cum aliis diis ſtetiſſe Victoriam; Pauſaniæ verba, quo de eodem Victoriæ ſimulacro loquitur, defecta ſunt, aut aliàs corrupta, (quod vel ex particula τε intelligitur, quæ nil habet quo refertur, καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν) ut neſcias qua parte totius operis locatam Victoriam

ſcriptor

ſcriptor ille dixerit. Docet vero Epictetus, *Victoriam illam porrectæ Deæ manui fuiſſe impoſitam.* Sic cum alibi in antiquis monumentis, tum apud Montfauc. Tom. I. Tab. LXXXIV. num. 9. ex Begero in numo Seleuci Regis Minervam vides, porrecta dextra Victoriam ſuſtinentem. Quare quum Pauſanias ait, Phidiacam Minervam manu haſtam tenuiſſe, intelligenda læva eſt; quemadmodum etiam in prædicto numo a lævo latere reclinatam haſtam dea habet.

Verſ. 21. κατασχύνεις αὐτὸν. αὐτὸ edebatur ante Vptonum. Vnde WOLFIVS: „αὐτὸ, ſcil. τὸ κατασκεύασμα. Sed malim αὐτὸν, τὸν δημιουργόν.“ — VPTONVS: „αὐτὸν exhibet noſter optimus codex, quem ſequimur.“ — Sic & noſtri pbc.

Ibid. ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ ἐπίστευσε, ſcil. σὲ. „*Te tibi uni credidit.*“ VPTON *in Notis.* Nempe in verſione, Wolfium ſequens, poſuerat, *ſua dona tibi ſoli credidit.* καὶ poſt ἀλλὰ caret pb.

Ibid. παρακατέθετο. Sic recte pb. Cæteri omnes παρακατέθετο. cf. Polyb. XV. 26, 3.

Verſ. 22. Οὐδὲ τούτου μεμνήσῃ. Sic legere juſſit Vpton in Notis; cui obſecutus ſum. Vulgo omnes, conſentientibus msstis, Οὐδὲ τοῦτο οὐ μεμνήσῃ, quod tamen & ipſum fortaſſe teneri poterat. οὐδὲ τοῦτο οὖν μεμνήσῃ ſuaſerat Meibom.

Ibid. ἀλλὰ καὶ κατασχύνεις. „Malim κατασχυνεῖς in futuro.“ WOLFIVS. Sic etiam ſcribere juſſerunt Meibom. & Vptonus; ego vero ferendum præſens, pro futuro poſitum, ut ſæpe aliàs, putavi.

Ibid. παρέθετο idem valet, quod vſ. præc. παρακατέθετο. Sic Paulus II. Epiſt. ad Timoth. 2, 2. ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις. & ibidem cap. 1, 12. παραθήκην φυλάξαι, i. q. παρακαταθήκην.

Verſ. 24. πόθεν ἡμῖν οὗτος ὀφρὺν ἐνήνοχε. ὀφρὺν & h. l. & vſ. 26. ſcripſi, pro vulgato ὀφρῦν cum circumflexo. In plurali ὀφρῦς ſcribitur, in ſingulari ὀφρὺς, ὀφρύν. Dicunt autem græce ὀφρὺν ἀναίρειν, ἀνασπᾶν, ἀνάγειν, *adducere, tollere ſupercilium*, i. e. *ſuperbum, arrogantem eſſe.* Quare ſuſpectum mihi ſtatim fuerat verbum ἐνήνοχε, & ſuſpicatus eram ἀναγήοχε, ab ἀνάγειν. Sed & ὀφρὺς nude per ſe pro *ſuperbia, arrogantia* uſurpatur. Itaque, quemadmodum in Enchir. c. 22.

(c. 29

(c. 29. Wolf.) dicit ὀφρὺν μὴ σχῇς, *supercilium ne habeto*, sic & nunc πόθεν ὀφρὺν ἐνήνοχε; ait, *unde hic supercilium adtulit?* Quod ipsum in Ench. l. c. his verbis effertur: ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; In nostro pb. hoc loco, & mox rursus, constanter ὀφρὺν acute scribitur; sed ὀφρῦν habent pac. ut olim editi.

Ibid. σεμνοπροσωπεῖ. σεμνοπρεπεῖ pb. quod speciem habet: sed minime solicitandum vulgatum, quo verbo eum Aristophanes usus est, in Nub. vs. 362. ut Vptonus in Ind. notavit, tum alii, quos H. Steph. in Thes. Gr. ling. citavit.

Ibid. οὕτω κατ' ἀξίαν. „Verba sunt ejus qui respondet ad crimen arrogantiæ. *Nondum*, inquit, *eam præ me fero gravitatem, quæ philosophum decet.* Vos me severiorem dicitis: ego leviorem, quam par sit, me esse fateor.“ WOLFIVS. „Dele interrogationes: *Nondum fateor, uti par est: nondum* &c.“ VPTON. Nempe in contextu temere hic editor post κατ' ἀξίαν, rursusque post συγκατεθέμην, & post φοβοῦμαι, interrogandi signa posuerat; pariterque in latina versione, *Nondum vero pro dignitate?* Quam rationem recte improbavit retractavitque in Notis. Pro οὕπω, perperam οὕτω scripsit pc.

Vers. 25. Ἐπεί τι ἄφετέ με θαῤῥῆσαι. Sic vulgo omnes; quod vertunt: *etenim finite me paululum sumere animos.* Nempe τι pro *nonnihil, paululum*, accipientes: quod sicut non præcise damnare ausim, sic nescio quo modo haud satis commodum h. l. & in hac verborum structura mihi videtur. Suspicatus equidem eram, aut Ἐπί τι legendum, eadem notione: *paululum, paulisper animos sumere* (vel *fiduciam capere*) *me finite:* aut ἐπεί τοι ἄφετέ με θαῤῥῆσαι, *sed finite me fiduciam capere.* — Hæc scripseram, cum in ἐπεί τοι consentientes nostros tres codices pabc. vidi; quare fidenter hoc amplexus sum. Sic etiam corrigere jusserat Salmasius.

Ibid. ὄψεσθε βλέμμα. Temere βλέψεσθε ὄμμα pc. in contextu; sed idem in ora, γρ'. ὄψεσθε.

Ibid. ὅταν στιλπνωθῇ. „Angl. *when it is polish'd, and made bright.*“ VPTON. Nempe in latina versione minus perspicue, cum Wolfio, posuerat *cum exsplenduerit.* Verba ista, ὅταν στιλπνωθῇ, desunt pa.

Vers.

Verſ. 26. μὴ γὰρ ὁ Ζεὺς — — ὀφρὺν ἀνέσπακεν; ἀλλὰ πέπηγεν &c. Revocavi poſt ἀνέσπακεν ex veteribus editionibus interrogandi ſignum, quod ſuſtulerunt poſteriores editores, Wolfii verſionem ſecuti, quæ ſic habebat: *nec enim Jupiter Olympius ſupercilium attollit, ſed vultus ejus* &c. Non male per ſe: ſed uſus fert Epicteti, ut μὴ γὰρ interrogative accipiatur, & deinde ante ἀλλὰ intelligatur particula negativa, ut cum ſæpe aliàs, tum mox rurſus vſ. 28. Poteſt vero etiam, in hujusmodi connexione, particula ἀλλὰ, absque negandi particula, verti *immo vero*. Poteſt etiam ipſum poſterius membrum orationis, quod ab ἀλλὰ incipitur, pariter atque præcedens membrum interrogative accipi, ut ἀλλὰ vertendum ſit *annon vero? annon potius?* Conf. notata ad I. 29, 66. & ad II. 24, 17.

Ibid. πέπηγεν αὐτοῦ τὸ βλέμμα, &c. „Dicitur Phidias Jovem Olympium finxiſſe ad exemplum Homerici Jovis, Iliad. ά. 529. ubi conſule Euſtathium.“ VPTON.

Ibid. Οὐ γὰρ ἐμὸν &c. „Iliad. ά. 526.“ IDEM.

Verſ. 28. Μή τι οὖν ἀθαν. Μή τοι h. l. pa. ſed idem paulo poſt in μή τι conſentit cum aliis.

Ibid. ἀθάνατον, ἀγήρων. „Vocabula ſunt Homerica. Vide Iliad. μ'. 323.“ VPTON.

Ibid. Ἀλλ' ἀποθνήσκουσα. Intellige: Οὔ· ἀλλ' ἀποθνήσκουσα. Vide ad vſ. 26.

Ibid. τὰ δ' ἄλλα. τί δ' ἄλλα, οὔτε &c. pb. Sed ſuperne ſcriptum τὰ.

Verſ. 29. νεῦρα Φιλοσόφου. *Nervos philoſophi;* id eſt, vim, potentiam, efficaciam. Cic. Acad. I. 10. *nervos virtutis incidere.* Vide infra, II. 17, 21. II. 18, 26. Eodem modo M. Anton. XI. 18. ἰσχύος καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τούτῳ μέτεστιν.“ VPTON.

Ibid. Ὄρεξιν ἀναπότευκτον &c. „Plane reſpicit Epictetus ad tres in Philoſophia locos, de quibus lib. III. c. 2. ubi vide quæ notantur.“ IDEM.

Ibid. συγκατάθεσιν ἀπρόπτωτον. „Tertius in Philoſophia locus. De vocab. ἀπρόπτωτος vide Indicem.“ IDEM.

CAPVT IX.

TIT. τὴν ἀνθρώπου. τὴν τοῦ ἀνθρώπου pb. ſed idem in Indice Capitum articulum illum prætermiſit cum aliis.

Verſ.

Verſ. 2. *Φησὶ.* „Vide ad I. 4, 9.“ VPTON.

Ibid. *ζῶον λογικὸν θνητόν.* Conf. III. 1, 25.

Ibid. *Εὐθὺς ἐν τῷ λογικῷ.* Ferri poteſt h. l. *ἐν* præpoſitio; ſed, ſi abeſſet, nemo eam erat deſideraturus. Suſpicari licebat *Εὐθὺς οὖν τῷ λογικῷ*, at nil mutant Libri; quare nihil movendum. *κατὰ λόγον* in eadem re dicit cap. 10, 2.

Ibid. *τίνων χωριζόμεθα; &c.* „Vide infra, II. 10, 2. III. 23, 4.

Verſ. 3. *μή τι πως.* Vulgo omnes *μή τι πῶς.* Monuit vero VPTON in Notis: „Scribe *πως*, enclitice.“ — Cui obſecutus ſum, præeunte etiam pb.

Verſ. 6. *ἀφ' ὧν ἐστιν εἰπεῖν, Λέων με καὶ Φαγέτω.* „Forſan *ἐφ' ὧν.* Apparet eſſe proverbium, quo honeſtior calamitatis auctor inferiori præfertur. Honeſtius habetur ab Achille occidi, quam a Therſite. Vnde apud Ovidium Achelous de Hercule:

— — — — — *Nec tam*
turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum.
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.“

WOLFIVS. „*Me leo vel devoret.* Proverbium, quo mors illata a minutis & venenatis animalibus deprecabatur.“ VPTON. Proverbium iſtud, quoad equidem novi, præterierunt Adagiorum ſcriptores. *ἐφ' ὧν* utique commodius foret, quod & Meibomius voluerat; hac ſententia, *de quibus, in quos, dicere licet.* At ferri tamen fortaſſe *ἀφ' ὧν* poteſt, *a quibus occaſionem dicendi capere licet.* In ipſo adagio ſuſpicatus eram fortaſſe *γε* pro *καὶ* fuiſſe ſcribendum, *Λέων μέ γε Φαγέτω, ſaltem leo me devoret!* Sed nil variant libri.

Verſ. 8. *συμπεπλεγμένον*, ſcil. *ἀξίωμα* vel *λῆμμα*, id eſt *propoſitio conjuncta* vel *copulativa*, quam dicere ſolemus. Vide Laërt. VII. 72. A. Gell. XVI. 8. (Aliud eſt ſyllogiſmus *συμπεπλεγμένος*, de quo dictum I. 26, 14.) *διεζευγμένον*, eſt *propoſitio disjunctiva.*

Ibid. *σώζεται συμπεπλ. ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ.* Simili quadam ratione Sextus Empir. de demonſtratione loquens VIII. 411. ait, *δύναται ἡ τῆς ἀποδείξεως ὑπόσχεσις σώζεσθαι.*

Ibid. *πότε διεζευγμ. ὅταν τὴν ἐπαγγ. πληρ.* Hoc loco pb. *τὴν ἐπαγγ. μὴ πληρώσῃ* ſcripſit, neſcio quo caſu, quove

quove consilio; nisi forte τὴν ἐπαγγ. ἐκπληρώσῃ voluit debuitve.

Ibid. Πότε αὐλοὶ &c. „Τότε Gatak. in M. Anton. lib. X. s. 8. Sed mallem, sine ulla mutatione, interrogative legere, ut interpres.“ COM. SHAFTESB. Recte; & interrogationis signum post κύων, quod olim aberat, præeunte versione Wolfiana, posuit Vpton. Poterat pariter, ut in eadem versione, post αὐλοὶ, post λύρα, & post ἵππος poni. Post has autem interrogationes subintelligendum est idem responsum, quod præcessit; scilicet, Ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσωσι.

Vers. 10. Αὔξει δ' ἕκαστον. Ante Vptonum omnes δ' ἑκάστην. Hinc: „Fortassis ἕκαστον, nisi φύσιν aut πρᾶξιν desit.“ WOLFIVS. „Vel potius τέχνην, sicut infra.“ SHAFTESBVR. „Codex Salmant. * ἑκάστην, sed in marg. * ἕκαστον. Vide autem II. 18, 1.“ VPTON. Et ἕκαστον hic editor in contextum adoptavit. Suspicatus ego ex II. 18, 1. eram, intercidisse h. l. ἕξιν vel δύναμιν. Sed quoniam proxime sequitur τὸν τέκτονα, & mox τὸν γραμματικὸν, recte ἕκαστον positum videtur, quod & Salmasius commendavit, intelligendum monens ἕκαστον ἄνθρωπον, sicut infra vs. 20. ait πῶς ἕκαστος λέγεται Ἰουδαῖος. At ἑκάστην pertinaciter tenent libri nostri.

Ibid. ἂν δ' ἐθίσῃ γράφειν. „Confer II. 16, 18.“ VPTON.

Vers. 11. ἀπολλύει δὲ τὰ ἀναιδῆ. Olim τὸν ἀναιδῆ, quod & scripti libri tenent omnes. Perspecte vero monuit WOLFIVS: „Lego τὰ ἀναιδῆ, scilicet ἔργα.“ — Cui primus obtemperavit editor Cantabr. idem anonymus Lond. & Vpt. Corrigendum errorem notaverat etiam Meibom.

Vers. 12. τὸν ἀναίσχυντον ἀναισχυντίᾳ, τὸν ἄπιστον ἀπιστίᾳ, τὸν λοίδορον λοιδορίᾳ. Ante Vptonum sic edebatur: τὸν ἀναίσχυντον, τὸν ἄπιστον, τὸν λοίδορον λοιδορίᾳ. Inde WOLFIVS: „Videtur librarius indoctus aut oscitans omisisse quædam, ratus ea abundare. Lego τὸν ἀναίσχυντον ἢ ἀναισχυντίᾳ, τὸν ἄπιστον ἢ ἀπιστίᾳ: vel, genere neutro, τὸ ἀναίσχυντον, τὸ ἄπιστον.“ — VPTONVS: „Supplevi hunc locum ex nostro codice, Wolfio etiam monente.“ — Nostri codd. nihil adjumenti erant adlaturi.

Ibid.

Ibid. αἱ ἀπατάλληλοι λήψεις καὶ δόσεις. „*Inconvenientes* seu *impares acceptiones & dationes*, si ita liceat dicere. Ego sententiam appendere malui, quam verba minus idonea annumerare.“ WOLFIVS. Nempe in versione sic scripserat: *avarum eæ rationes, quibus & minus reddat quam acceperit, & plus accipiat quam dederit.*

Vers. 13. παραγγέλλουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. „Sic Aristot. Ethic. lib. I. c. 3. τὸ τέλος ἐστὶν, οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.“ VPTON.

Ibid. μελέτην προσλαμβάνειν. „Periandri dictum, Μελέτη τὸ πᾶν. Diog. Laërt. I. 99. Stobæus Serm. de Discipl. & Erudit. [Serm. XXIX. περὶ Φιλοπονίας καὶ Μελέτης. p. 204. al. 206.] Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μηδὲ μελέτην ἄνευ τέχνης. Pythagoras in Aur. Carm.

Ταῦτα πόνει, ταῦτα ἐπμελέτα.“ — VPTON.

Μελέτη est *studium & meditatio*, diligentia & cura quam adhibemus, ut disciplinam aliquam artemque recte percipiamus addiscamusque; ἄσκησις, *exercitatio*, *exercitium*, est *usus* artis, cum in *actum* illa deducitur; qui simul & finis est cur eam didicimus, simul via qua majorem semper habitum facilitatemque in ea nobis comparamus, & cavemus ne eam dediscamus.

Vers. 14. τὰς ὑπολήψεις — — χρηστικὰς ἔχομεν. „Χρηστικῶς ἢ χρηστικόν τι ἔχειν, videtur dicere, τὸ διὰ τῆς χρήσεως κτήσασθαι, *aliquid usu & exercitatione parasse*, vel *ad usum atque exercitationem accommodare.*“ WOLFIVS. — „Angl. *We have opinions in use contrary to right opinions.*“ VPTON. — χρηστικὸν ἔχειν τι, *aliquid in usu, in parato, in promtu habere, usu familiare habere.* Perperam χρηστὰς h. l. in contextu scripserat pa. sed mox errorem ipse librarius intellexit, & χρηστικὰς in ora scripsit, mendosa voce in contextu punctis inferne notata.

Ibid. οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐξηγηταὶ ἐσόμεθα. „οὐδὲν ἄλλο, ἐξηγηταὶ. *Non aliud, nisi interpretes*, id est, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐξηγηταί.“ VPTON. — Nempe deerat vulgo in editt. omnibus ἢ particula: ac ferri posse putaveram vulgatum, ἀσυνθέτως dictum: *interpretes erimus, nil aliud.* Malueram tamen ἢ adjectum, ut II. 14, 24. & alibi. Denique adjeci, præeunte nostro cod. pb.

Vers.

Verſ. 15. τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ante Vpt. omnes τὰ δὲ ἀμφότερα. Sed: — „Fortaſſis οὐδέτερα, vel ἀδιάφορα.“ WOLFIVS. — „Noſter codex ἀδιάφορα. Vide II. 19, 13. & confer locum huic geminum apud Laërt. in vita Zenonis, lib. VII. 102.“ VPTON. Noſtri quidem pabc. vulgatum tenent, ἀμφότερα.

Ibid. κακὰ δὲ, τὰ ἐναντία. „Sic ex noſtro codice, monente etiam comite Shaftesburienſi, pro κακὰ, τὰ δ' ἐναντία.“ VPTON. — Conſentit noſter pb.

Verſ. 16. ψόφος μείζων. μείζων ψόφος pa.

Ibid. Pro γένηται & καταγελάσῃ, eſt γενήσεται & καταγελάσει in pc. minus recte.

Verſ. 17. Ἀπὸ τῶν χειλῶν αὐτόθεν. Idem hoc ſonat, ac ἀπ' αὐτῶν τῶν χειλῶν.

Ibid. Τί κυβεύεις περὶ τὰ μέγιστα. „*Quid de rebus maximi momenti aleam jacis?* Sic III. 21, 24. εἰ δὲ μὴ, κύβευε, καὶ ποίει ἃ ποιεῖς. Vide M. Anton. lib. I. ſ. 8. ἀκύβευτον, atque ibi interpretem.“ VPTON. — Hoc dicit: *Quid rem maximi momenti temere atque inauſpicato ſuscipis? Quid rem maximi momenti tamquam ludicram tractas*, & hominibus illudis? cf. vſ. 19. & II. 19, 28. III. 21, 24. Adde III. 22, 93. & ibi not.

Verſ. 18. Ἄλλο γάρ ἐστιν ὡς εἰς ταμιεῖον &c. „Vide Enchir. cap. 46, 2. [cap. 69. Wolf.] Dele interrogationem.“ VPTON. — Nempe poſt οἶνον in contextu temere interrogandi ſignum poſuerat, quod ignorabant ſuperiores editiones. Id nunc delere juſſit in Notis. Pro οἶνον, operarum errore οἷον habet ſola ed. Baſ.

Verſ. 19. καὶ τάχα ἐκείνου χρηστικώτερον τεχνολογήσεις. Verba hæc in verſione ſic interpretatus eſt WOLFIVS: *& fortaſſe in eo genere explicando majore dexteritate, quam is ipſe utéris.* In Notis vero ait: „Τὸ χρηστικώτερον, non tam *dexteritatem & ſolertiam*, quam *vitæ uſum & mores* ſignificare videtur: ut innuat, Pſeudoſtoici vitam doctrinæ Epicuri magis eſſe conſentaneam, quam ipſius Epicuri, cujus continentia & in amicitia colenda fides aliæque virtutes ab adverſariis etiam celebrantur: cum falſo nominati Stoici *& Curios ſimulent, & Bacchanalia vivant.*“ WOLFIVS. — Nihil vero cauſſæ erat, cur ab ea interpretatione, quam in verſione poſuerat, diverſam partem abiret Wolfius. In hunc modum ratiocinatur Epictetus: Stoicus philoſophus non

is est, qui Stoicorum rationem subtiliter atque commode explicare novit. Nam idem etiam Epicuri rationem explicat: (scilicet refutandi caussa:) ac fortasse commodius etiam atque aptius eam explicare novit, quam ipse Epicurus. Fuerit ergo simul Stoicus philosophus, & Epicureus; quod absurdum. χρηστικῶς ποιεῖν τι (unde comparativus χρηστικώτερον) eodem fere modo hic accipiendum videtur, atque id quod paulo ante vidimus (vers. 14) χρηστικὸν ἔχειν τι, χρηστικὸν ποιεῖν τι, nempe *ita facere aliquid ut qui usu familiare illud habet, ut qui illud in promtu & in numerato habet*; id est, *facile, commode, expedite, perite.* Nonnihil diversa sententia, sed ab hac non prorsus aliena, II. 1, 32. de Socrate dixit, ἀεὶ αἵαν γε πρόληψιν ἐγύμναζε χρηστικῶς, ubi haud incommode interpretantur, *unam notionem sic tractabat ut eam usum accommodaret.*

Vers. 20. Τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαίους, ὢν Ἕλλην; *Quid personam induis* (vel *mentiris*) *Judæorum, cum Græcus sis?* „Ita noster codex. Alii, τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαῖος ὢν, Ἕλληνας." VPTON. Nempe sic omnes ante Vptonum: τί ὑποκρίνῃ, Ἰουδαῖος ὢν, Ἕλληνας; Id est, Wolfio interprete: *Quid te, cum Judæus sis, Græcum esse simulas?* Quod & per se speciosius videri poterat, fuisse subinde Judæos, qui, quo persecutionem aut fisci severitatem effugerent, originem suam sectamque dissimularent: & id ipsum etiam diserte testatum facere Suetonius videtur, in Domitiano, c. 12. *Præter ceteros Judaicus fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur, qui, — — dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent.* Sed ex procedente Epicteti sermone satis perspicue intelligitur, de eo homine illum loqui, qui, cum Judæus non esset, Judæum se simularet: quamquam difficile dictu est, quid commovere hominem potuerit, ea præsertim ætate, ut, cum Judæus non esset, Judæum se simularet; nisi *Judæos* hoc loco *Christianos* Epictetus dixit; & Christianos fortasse subinde se nonnulli, qui non essent, simulabant, ut de eleemosynis Christianorum participarent. Ac sane, quemadmodum & apud alios Græcos Romanosque scriptores *Judæorum* nomine subinde *Christianos* venire, (ut apud Sueton. in Claud. c. 25. apud Dionem in Domitiano, lib. LXVII. c. 14. & in Nerva, lib. LXVIII. c. 1. &c.) a multis vulgo monitum est; sic & ab Epicteto nostro *Christianos hoc loco cum Judæis confusos*

fuſos eſſe, non modo Wolfius noſter atque Vptonus ſtatuerunt, ut mox videbimus, verum & alii docti viri, quorum nonnullos nominavit Andr. Danzius in Antiquitate Baptiſmi Iſraëlitarum vindicata, ſect. 56. Sed ab his discedit doctiſſimus FABRICIVS ad Dion. lib. XXXVII. c. 17. ubi hæc habet ad hunc Epicteti noſtri locum ſpectantia: „Chriſtianos frequenter illo tempore comprehenſos ſub Judæis, & Judæorum nomine interdum apud ſcriptores Romanos venire, multi annotarunt. Arrianum tamen lib. II. Epictetearum, c. 9. *Judæorum* nomine tangere Chriſtianos, non audeo viris doctis aſſentiri; ut ad illum præclarum ſcriptorem dabitur annotandi locus, ſi vitam Deus ac valetudinem benigne conceſſerit.“ — Dolebunt mecum omnes bonarum literarum cultores, fatis præpeditum eſſe præſtantiſſimi viri de edendis hisce Epicteti Diſſertationibus conſilium; quod ſi exſequi illi licuiſſet, non eſt dubitandum, quin, cum plurimis aliis, tum huic loco, in quo verſamur, (qui, ſi quis alius, doctiorem Commentatorem deſiderat,) exoptata lux fuiſſet acceſſura. Interim, dum certiora aliquis promat, adquieſcere debui in ſcriptura, quam ſuo e codice Vptonus protulit; quamquam & ipſa, in ipſis etiam verbis, neſcio quid ſcabri & impediti habet. Nam nec placet hic verborum ordo, ὧν Ἕλλην, cum aptius fuiſſet Ἕλλην ὢν dicere; & incommodum eſt Ἰουδαίους in plurali numero poſitum cum ὑποκρίνῃ in ſingulari, ut omnino τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαῖον legendum videatur. At in ſcriptura olim vulgata, quam noſtri codices omnes tenent, pariter Ἕλληνας in plurali habes; ſed id quidem ex Ἕλληνα corruptum videri poterat. Verbum ὑποκρίνεσθαι eodem modo, atque hic, uſurpatum habes IV. 2, 10. & Enchir. c. 17. (cap. 23. Wolf.)

Ibid. πῶς Σύρος; πῶς Αἰγύπτιος; Similiter diſtinguit *Judæos*, *Syros*, & *Aegyptios*, I, 11, 12 ſq. I. 22, 4. II. 11, 15.

Ibid. οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. „Vide Apoſt. Paulum, ad Rom. c. 2, 28 ſq.“ COM. SHAFTESB.

Ibid. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾠρημένου. „*Cum ſuſceperit affectum tincti & amplexi*, ſcil. *Judaiſmum*. Habuerunt & Judæi ſuos baptiſmos, non tam religionis, quam munditiæ, ut opinor, cauſſa uſurpatos. Sed quia primi Chriſtiani apud Judæos fuerunt, Chriſtianos, quorum χαρακτὴρ & nota eſt baptiſmus,

ſmus, cum Judæis, qui περιτομὴν habent, confundere videtur: & παραβαπτιστὰς eos appellare, *qui Chriſtianæ religionis arcana non religioſe obſervent.* Libro IV. [cap. 7, 6.] Chriſtianos appellat *Galilæos*, eadem de cauſſa: ut & Julianus dixit, *Viciſti Galilæe.*" WOLFIVS.

Ibid. τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ἠρημένου. „In proſelytorum initiatione Judæi & baptizabant & circumcidebant. Vide Marsh. Chron. p. 191. Tamen hoc in loco Chriſtianos cum Judæis confundere videtur Epictetus. Lego itaque pro ἠρημένου, περιῃρημένου, *circumciſi:* atque ita Petavius legit ad Themiſt. p. 70." VPTON. De Judæorum baptiſmo proſelytorum conferes, ſi lubet, Seldenum de Jure Nat. & Gent. juxta diſcipl. Ebræorum, lib. II. c. 2. & alios quos nominavit Jo. Chriſtoph. Wolfius in Curis Philolog. ad Matth. III. 6. De Chriſtianorum cum Judæis confuſione confer quæ paulo ante notavimus. In vertendis verbis, τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμ. καὶ ἠρημένου, Wolfium tenui, a quo nec Vptonus in verſione diſceſſit, *adfectum* (hominis) *illa diſciplina imbuti, ſectamque profeſſi.* τὸ πάθος poſſis etiam *animi ſenſum* interpretari. Articulum τὸ, poſt πάθος reperitum, non agnoſcunt pab. Pro ἠρημένου, eſt εἰρημένου in pb. quod parum huc facere videtur. Verbum περιαιρεῖσθαι ſi vel ſemel ullibi de Judæorum *circumciſione* uſurpatum inveniretur; ſpeciem ſaltem aliquam habitura erat Petavii emendatio, quæ Vptono placuit. Nunc multum ei tribuere, equidem nullo modo auſim. Nec tamen diffitendum, ne vocem quidem ἠρημένος, abſolute ſic poſitam, pro *ſectator*, vel eo *qui ſectam aliquam amplexus ſit*, alibi facile inveniri. Ac ne ſuccurrit quidem nobis exemplum, quo ἧρμαι in præt. paſſ. eadem notione atque εἵλόμην in aoriſto medio uſurpetur; nec tamen id ſatis cauſſæ eſſe puto, cur vulgata ſcriptura ſolicitetur. *Inter ſectatores aſcitum* vertit Schegkius.

Verſ. 21. παραβαπτισταί. Schegkius, *parabaptiſtæ, & non legitime tincti.* Wolfius in verſione, *adulterini;* in Nota vero ſuperius relata, *qui Chriſtianæ religionis arcana non religione obſervant.* An βαπτιστὴς nomen erat, quo vulgo *Chriſtianum* deſignare conſueverant Græci, a baptiſmi initiatione? aut *Judæum*, a frequentibus ablutionibus religioſis? quemadmodum apud Juſtinum Mart. in Dial. cum Tryphone (p. m. 307. ed. Morell. Pariſ. 1636.) ſectæ nomen eſt. Id ſi conſtaret, haud

haud ægre intelligeretur, παραβαπτιστὴν nunc dici *falsi nominis Christianus* vel *Judæus*. Salmasius quid secutus sit, cum παραβαπτισταὶ, non παραβαπτισταὶ, legendum contendit, mihi non liquere profiteor.

Ibid. λόγῳ μὲν Ἰουδαῖοι. „Sic noster codex: nonnulli Ἰουδαῖος. male.“ VPTON. Nempe Ἰουδαῖος ed. Ven. Bas. Gen. Col. Ἰουδαῖοι correxit Cant. & tenuit Lond. anon. & Vpt. quibus adstipulatur noster pb. Sic scribendum monuerat etiam Salmas. Mendose Ἰουδαίους pc. Ἰουδαῖος pa. cum editt. vett.

Ibid. ἀσυμπαθεῖς πρὸς τὸν λόγον. Recte hæc Wolfius interpretatus est, *affectu cum oratione non congruente*; quod & Vptonus tenuit. Nec in ea sententia video quid desiderari possit, aut SALMASIVM quid commoverit, ut ad hunc locum adnotaret: „Lege συμπαθεῖς, vel εὐσυμπαθεῖς. Nam ἀσυμπαθεῖς contrarium est.“

Vers. 22. Post τοῦ φιλοσόφου edd. omnes punctum superius posuerant; quod cum nudo commate commutandum monuit Vpton in Notis.

Ibid. Αἴαντος λίθον. „Sic II. 24, 26. Vide Iliad. ϛ. 264. Juvenal XV. 65.

— — *Nec hunc lapidem, quales & Turnus & Ajax; vel quo Tydides percussit pondere coxam Aeneæ.*“

VPTON. Corrupte λύτρα, pro λίτρας, dat pb. Tum μύθον, & superscr. μίθον, pc. pro λίθον.

CAPVT X.

TIT. εὑρίσκειν. εὑρεῖν ed. Ven. & Bas. cum pa. & sic in Indice Capitum habet pc. εὑρίσκειν primus hoc loco edidit Genevensis, idque tenuere posteriores editores, consentientibus nostris codd. pbc. In Capitum Indice vero εὑρίσκειν habent editiones omnes, cum codd. pab.

Vers. 1. τὸ πρῶτον, ἄνθρωπος. „Cicero de Fin. lib. IV. [c. 10.] *Sequitur illud, ut animadvertamus, qui sumus ipsi, ut nos quales oportet esse servemus.* Sumus igitur *homines: ex animo constamus & corpore, quæ sunt cujusdam modi: nosque oportet, ut prima appetitio naturalis postulat, hæc diligere, constituereque ex his finem illum summi boni atque ultimi.* Seneca Epist. 95.

Quando omnia quæ præstanda sunt ac vitanda dicam, cum possim breviter hanc formam humani officii tradere? Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem, & in eadem, gigneret. Ex illius constitutione miserius est nocere, quam lædi; ex illius imperio paratæ sunt juvantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit: Homo sum; humani nihil a me alienum puto." VPTON. *Homo, sacra res homini.* Seneca, ibid.

Ibid. αὐτὴν δ' ἀδούλευτον. „αὐτὴ omnes codices quos consului, excepto cod. Bas. qui αὐτῇ legit: at legendum αὐτὴν, i. e. ἔχων αὐτὴν ἀδουλ." VPTON. αὐτῇ cum ed. Bas. dant Gen. & Col. αὐτὴ erat in Ven. quod revocavit Cant. & tenuit anon. Lond. & Vptonus; qui tamen perspecte in Notis monuit, αὐτὴν corrigendum, cui morem gerendum putavi. In αὐτὴ quidem cum ed. Ven. consentiunt & Vptoni codex & nostri Parisini tres; atque ita scribendum Salmasius contendit. At orationis connexio utique αὐτὴν flagitare videbatur, pendens a verbo ἔχων, quod præcessit. Quod si ἄλλη teneas, erit post *προαιρέσεως punctum minus* restituendum, quod etiam vulgo ibi ponebant, ut ab ἀλλὰ nova phrasis incipiat, & ἀδούλευτον idem valeat ac ἀδούλευτόν τι. Pro ἀδούλευτον vero, ἀδούλωτον se malle ait Wolfius; quod & apud Simplicium in Præf. ad Comment. in Enchir. repositum pro ἀδούλευτον Salmasius voluit; sed in Notis ad h. l. intactum reliquit. Apud Pollucem quidem etiam, III. 80. pro ἀδούλευτος quod ibi (eadem notione atque ἀδούλωτος vulgatum est) ex vet. ms. ἀδούλωτος corrigendum videri monuere interpretes. At nec istam formam eadem notione respuere analogia grammatica videtur; quare citra codicum auctoritatem mutare vulgatum nolui.

Vers. 2. τίνων κεχώρισαι. „Vide supra, II. 9, 2. III. 23, 4." VPTON. Perperam h. l. κεχώρησαι ed. Ven. & Bas. invitis tribus nostris msstis. Mox vero bis eædem editiones recte in κεχώρισαι consentiunt, ubi noster pc. perperam κεχώρησαι scripsit.

Ibid. κατὰ λόγον. ad rationem quod adtinet. κατὰ τὸν λόγον malim, quoniam κατὰ λόγον diversa notione frequentatur.

Vers.

Vers. 3. πολίτης εἶ τοῦ κόσμου. „Hinc Socrates interrogatus, cujatem se esse diceret, *Mundanum*, inquit. vide I. 9, 1. Et Diogenes, κόσμου πολίτην. vide ad III. 24, 56. M. Anton. VI. 44. ἡ ἐμὴ Φύσις λογικὴ καὶ πολιτική. πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι, ἡ Ῥώμη· ὡς δ' ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. Vide & II. 5, 26." VPTON.

Ibid. οὐχ ἓν τῶν ὑπηρετικῶν, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων. „Fortassis ὑπηρετητικῶν. Nam video, multa verbalia activa in ητικὸς desinentia corrumpi vitio librariorum, & scribi per ικὸς, ητ syllaba omissa. Hinc θεωρικὸς, & παραμυθικὸς, aliaque inepta. Sed ad rem quod attinet, τὸ ὑπηρετητικὸν καὶ τὸ προηγούμενον hic opponuntur." WOLFIVS. Confer II. 8, 6. & ibi notata.

Ibid. παρακολουθητικός. Olim, cum omnes h. l. vulgo sic legerent, παρηκολουθηκὼς γὰρ εἶ τῇ θείᾳ διοικήσει, hæc adnotaveram: „Sic I. 9, 4. ὁ τὴν διοικήσει τοῦ κόσμου παρηκολουθηκώς. At h. l. vix dubito, quin παρακολουθητικὸς scripserit Arrianus, quod & per se aptius est ad sententiam, & magis convenit cum eo quod sequitur, καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιλογιστικός." — Ad extremum vero temperare mihi non potui, quin id ipsum παρακολουθητικὸς in contextum adoptarem, præsertim quum hujus lectionis vestigia quædam superesse viderem in duobus ex nostris codicibus. Nam in pb. est παρηκολουθηκός, & ω super terminatione κὸς postmodo demum superscriptum. Paulo etiam propius ad verum accedit pc. in quo est παρακολουθηκός. Ipsum vocab. παρακολουθητικὸς habes apud Nostrum, I, 6, 14. & I. 16, 18. tum apud M. Anton. V, 9. quem locum Vptonus in Indice citavit.

Ibid. τῶν ἑξῆς ἐπιλογιστικός. „Sequor nostrum codicem: alii τοῦ ἑξῆς." VPTON. *Homo rationis particeps, per quam consequentia cernit*, &c. Cic. de Offic. I. 4. In τῶν cum Vptoni cod. consentit pb.

Vers. 4. ὡς ἀπόλυτον. „Vide supra, ad II. 5, 24." VPTON.

Ibid. εἰ ἡ χεὶρ ἢ ὁ πούς. „Vide ibid." IDEM.

Ibid. καὶ παρηκολούθουν. Caret καὶ pb. male.

Ibid. ἄλλως ὥρμησαν. „Nonnulli codices male hic ἄλλος exhibent; recte autem noster codex. Edit. Salmant. * ἄλλος, & in marg. * ἄλλως." IDEM. ἄλ-

λος erat in Ven. sed ἄλλως recte ed. Bas. & seqq. cum msstis.

Ibid. ἐπανενεγκόνλες. Miror ab Vptono hoc non receptum, pro mendoso ἐπανενεγκότες, quod inde a Ven. edit. erat propagatum; præsertim cum ipse notaverit: „Cod. Salmant. & Ms. Reg. ἐπανενεγκόνλες." — Atqui id vel invitis codicibus reponi debuerat. Veram scripturam habent pac. Alia parte aberravit pb. ἐπενεγκόνλες scribens.

Vers. 5. καλῶς λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. „Inter alios Chrysippus. Vide supra II. 6, 9 sq. Seneca de Provid. c. 5. *Idem in hac magna republica fit. Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem: non trahuntur a fortuna, sequuntur illam, & æquant gradus: si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini: Hoc unum, inquit, Dii immortales,* &c." VPTON. Vide not. ad II. 6, 9.

Ibid. συνήργει ἂν καὶ τῷ νοσεῖν. „Pulcher est locus, & dignus qui hic adscribatur, apud M. Anton. lib. VI. s. 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιστάτως, ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος &c. *Ad unum eundemque effectum operam conferunt universi suam, alii scientes ac intelligentes, alii effectionis inscii. Quo modo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios esse dixit, & ad ea, quæ in mundo aguntur, operas conferre. Alius vero alio modo operam confert: ex abundanti vero & is qui quiritatur, & qui in adversum nititur, & qui ea quæ fiunt tollere conatur. Nam & sic affectis mundus opus habebat. Proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. Siquidem rector ille universi omnino te probe utetur, teque in operariorum operasque mutuas conferentium partem recipiet. Tu vero cave, pars ejusmodi sis, qualis in fabula vilis & ridiculus versus ille, cujus meminit Chrysippus."* VPTON. — Verba συνήργει ἄν pb. paulo inferius collocavit post illa, καὶ τῷ πηροῦσθαι.

Ibid. ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων διατάξεως. Videri poterat ὑπὸ τῆς — — διατάξεως. Sed ἀπὸ hic valet ἐκ, velut in illa phrasi ἀπὸ δόγματος, *ex decreto, vi decreti, virtute decreti.*

Ibid.

Ibid. κυριώτερον δὲ &c. Verba hæc olim a superioribus interserto puncto distinguebantur. Ego conjungenda cum illis putavi, utpote ab istis, αἰσθανόμενος ὅτι, ex communi cum præcedentibus ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων &c. pendentia. De re, quæ hic agitur, conferre Vptonus jussit II. 5, 26. III. 24, 10 & 43 & 97.

Vers. 6. τῶν πρὸς ἐκλογὴν εὐφυεστέρων ἔχεσθαι. Vide supra, II. 6, 9.

Vers. 7. ὅτι υἱὸς εἶ. Τίς τούτου &c. Sic orationem distinxi, ut ratio suadebat, & monebat VPTONVS; qui cum ὅτι υἱὸς εἶ τις, edidisset: „Sic, inquit, noster codex: alii [superiores omnes editiones] εἴ τις. Quid vero, si hoc modo interpungas? μέμνησο ὅτι υἱὸς εἶ. Τίς τούτου τοῦ προσώπου ἐπαγγελία; Πάντα κ. τ. λ. Confer autem Enchir. c. 30. [c. 37. recens. Wolf.]" — Superiores editiones, uti consentaneum erat, post ἐπαγγελία nudum comma posuerant, non interrogandi signum. εἴ τις cum Vptoni cod. dant nostri pabc. Sed τίς interrogative scribendum jam olim monuerat Salmasius.

Ibid. πάντα τὰ αὐτοῦ ἡγεῖσθαι τοῦ πατρός. *omnia sua patris esse ducere.* Sic haud cunctanter corrigendum putavi. Veteres editiones, perperam extruso articulo a vocis præcedentis terminatione, πάντα αὐτοῦ dabant: Vptonus vero præterea, suo more, αὐτοῦ temere in αὑτοῦ mutaverat. Vt h. l. τὰ, sic vs. 17. τὸν a præcedente syllaba erat absorptum. Pro πάντα αὐτοῦ, quod habent cæteri libri, αὐτοῦ πάντα scripsit pc. quod ipsum fortasse teneri poterat *absque* τὰ *articulo.*

Ibid. ψέξαι. Corrupte δέξαι pc.

Ibid. αὐτῷ εἰπεῖν· εἰπεῖν αὐτῷ pa.

Vers. 8. ἀδελφὸς εἶ Vide Enchir. loco superius citato.

Ibid. μηδέποτ' ἀνθιποιήσασθαί τινος πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπροαιρέτων. Vulgo omnes πρὸς ἑαυτὸν τῶν ἀπροαιρ. Quod spectans WOLFIVS: „Lego πρὸς αὐτὸν, ait. Significat, fraternam conjunctionem antiquiorem esse debere pecunia." — „Nescio, an recte." SHAFTESBVR. — Immo vero rectissime; πρὸς αὐτὸν, scil. τὸν ἀδελφόν. Vide I. 29, 9. & ibi not. IV. 7, 34. ἀνθιποιεῖσθαί τινος πρός τινα, *de re quadam cum aliquo contendere.* Qui ἑαυτὸν inauspicato invexit, is, dictionis

hujus vim nescius, putaverat (quemadmodum Vptonus ad I. 29, 9.) ἀνλιποιεῖσθαί τινος πρὸς ἑαυτὸν esse *aliquid sibi ipsi adrogare.* Pro ἀνλιποιήσασθαι h. l. ἀνλιποιεῖσθαι habet pb. Pro πρὸς ἑαυτόν, quod dant alii, nihilo melius πρὸς ἑαυτῶν scripsit pa.

Vers. 9. ἀνλὶ θίδρακος, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ καθέδρας. Pro θρίδακος, quod ex ed. Bas. in reliquas erat propagatum, θίδρακος restitui, veterum codicum consentiente auctoritate. Nam sic plane habet ed. Ven. & noster pb. Neque aliud debuerunt pac. in quibus θιδρακὸς scriptum, perperam quidem hactenus, quod acute. Licet vero in Enchir. cap. 25, 3. in scripturam θριδ. libri consentiant omnes, tamen ex Hesychio discimus, (in voc. Θιδρακίνη, & Ἀγαμεμνόνη) perinde & θίδραξ & θρίδαξ dixisse Græcos. Cæterum sicut in proclivi erat, *lactucam* nominare pro exemplo rei vulgaris & vilis pretii; sic, quo pacto cum *lactuca* nunc *sella* copuletur, vel *sedes*; non tam facile dixeris; nisi ad historiam aliquam, aut ad dictum, quod me nunc præterit, fiat adtusio. Id nisi ita est, debebit καὶ pro ἢ, *aut*, usurpatum intelligi; (quem usum frequenter apud Polyb. observavimus; vide Lexic. Polyb. in Καὶ, num. 1.) & καθέδρα fortasse *sellam curulem* denotabit; junctæque fuerint per ironiam res diversissimæ, ut innuat philosophus, *si semel tibi licitum putes de re externa & extra hominis potestatem posita ambitiose studioseque cum fratre tuo contendere, perinde esse, de lactuca ne, an de sella curuli, contendas.* Quodsi quis vero καθέδραν hic cum Wolfio *quamlibet sellam* sive *sedem* intelligere maluerit, aut cum Schegkio προεδρίαν, id est, *sedis prærogativam*, cum eo ego non magis, quam de lactuca, contenderim. Sed mihi plane *sella curulis* intelligenda videtur; & respexisse Epictetum puto id quod de Scipionibus fratribus Polybius narrat lib. X. c. 4 sq. Non equidem sum nescius, superiores scriptores vocabulo θρόνος uti solitos, ubi de *sella curuli* loquebantur; at id quidem neminem turbabit.

Ibid. αὐτὸν εὐγνωμοσύνην κτήσασθαι. αὐτὸν, in quod cum superioribus editionibus mssti consentiunt omnes, rursus, ut nimis frequenter aliàs, temere in αὑτὸν mutaverat Vptonus.

Vers. 10. εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, ὅτι βουλευτής· εἰ νέος, ὅτι νέος. Varie in variis editt. expressus hic locus erat. Veneta sic dabat: εἰ βουλευτὴς

τῆς πόλεώς τινος, ὅτι βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Eodem modo Baſ. niſi quod inter βουλευτὴς & νέος punctum interpoſuit. Tum Genev. Colon. & Cantab. ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, καὶ βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Denique Lond. anonym. ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, ὅτι βουλευτής· εἰ νέος, ὅτι νέος. Quod ipſum tenens VPTONVS, monuit in Notis: „Codex noſter & Ms. Pariſ. eodem modo exhibent ac edendum curavi.“ — In eamdem vero ſententiam, quæ in male etiam adſecta oratione ſatis perſpicua erudito interpreti eſſe debuit, locum hunc interpretatus Wolfius erat; &, Græca ad eum modum refingenda eſſe, adnotaverat Shaftesburius, referente Vptono. Pariſinus codex, qui h. l. cum Vptoni codice conſentit, non eſt ille pa. e quo longe plurimus numerus earum lectionum ductus eſt, quæ cum editore illo ex Bibliotheca olim Regia Pariſiis communicatæ ſunt; ſed nunc ille is codex eſt, quem pb. inſignivimus, quem & ipſum ſubinde, ſed pauciſſimis in locis, inſpexit vir doctus, qui illam operam Vptono navavit. Codices pa. & pc. hoc loco ab edit. Ven. non diſſentiunt. In eodem vero cod. pb. deeſt pronomen τινος, ad πόλεως, non male.

Verſ. 11. ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων — — ὑπογράφει τὰ οἰκεῖα ἔργα. „Ench. c. 30. [c. 37. Wolf.] Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίταν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Et mox: Οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πλίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐφίζῃς θεωρεῖν.“ VPTON.

Verſ. 13. ἄλλως. Vide ad II. 8, 15.

Verſ. 14. ἀλλὰ δεῖ σε κέρμα ἀπολέσαι, &c. „Vide mox verſ. 19. & III. 18, 5.“ VPTON. — Paulo ante, perperam δεικτικὸν, pro δηκτικὸν, ſcribit pc. θυρίον vero ed. Ven. & Baſ. pro θηρίον.

Verſ. 15. Εἰ γραμμ. μὲν ἧς ἀποβαλὼν. Perperam ᾖς Ven. Col. Gen. & ſeqq. atque etiam Vpt. ut paſſim alibi, poſt particulam, quæ imperf. indicativi adſciſcit, non ſubjunctivum. Recte ἧς præfert Baſ.

Ibid. „καταστολὴν intelligo *mores ad gravitatem compoſitos.*“ WOLFIVS. — Bene & paulo rectius idem in verſione *modeſtiam* interpretatus eſt.

Verſ. 16. παρ' ἐξωθέν τινα. Sic recte ſeparavit verba codex pb. quemadmodum fecit editor Genev. & ſequentes, παρέξωθέν τινα ed. Ven. & Baſ. cum pac.

Ibid.

Ibid. καὶ μὴ ἔχειν, καὶ μὴ ἀπολλύειν, αἰσχρόν ἐστι. „Voces αἰσχρόν ἐστι [quas h. l. ignorabant ſuperiores edd.] revocavi ope & auctoritate noſtri codicis.“ VPTON. — Easdem voces ignorant noſtri mssti; in pc. vero abeſt etiam particula καὶ ante ἐπονειδιστον, qua omiſſa iſtis etiam carere poteramus.

Verſ. 17. οὐδὲν ἧττον τὸν ἄνδρα. „Articulum τὸν, abſorptum [olim] a præcedente ſyllaba, revocavi ope noſtri codicis.“ VPTON. — conf. Not. ad vſ. 7. Habet etiam τὸν noſter codex pb.

Ibid. ὁ δὲ διατιθείς; ſcil. τὰ τοῦ πιναίδου. „*Quid autem is, qui facit ut ille alter ita ſit affectus?* id eſt, *qui corrumpit.*“ VPTON.

Verſ. 18. Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων; „Vide ſupra, II. 4, 2 ſq. & infra, IV. 9, 9.“ VPTON.

Ibid. Quatuor voces, τὸν κόσμιον, τὸν πολίτην, in Vptoni edit. errore operarum prætermiſſas, revocavi e ſuperioribus edd. Easdem agnoſcunt mssti omnes.

Verſ. 19. Οὐδεὶς δίχα ἀπωλείας καὶ ζημίας κακός ἐστι. „Vide IV. 1, 119.“ VPTON. — Verbum ἐστι deeſt pa.

Ibid. εἰ τὴν ζημίαν ζητεῖς ἐν πέρματι. „Vide ſupra, vſ. 14. & infra III. 18, 5.“ IDEM.

Verſ. 20. ὅτι οὐδ' ὁ τὴν ῥῖνά σοι ἀπολλύων ἐστὶ βεβλαμμένος. σοὶ, *tibi*, ſi bene habet, idem valebit ac ἐκ τοῦ σοῦ λόγου, ἐκ τῆς σῆς γνώμης, *ex tua ratione, e tua ſententia, te ſi audiamus, ſecundum te.* Niſi malis eſſe illum dativum perſonæ pleonaſticum, in orientalium præſertim populorum linguis frequentatum, quem *dativum commodi* vocant nonnulli grammaticorum.

Verſ. 21. „Poſt οὐδὲν ἀπολλύει; videtur deeſſe Πῶς γὰρ οὔ; aut aliquid ſimile.“ VPTON. — Nihil deeſt. Videtur decepiſſe Vptonum ambiguitas vocis αὐτὴν. Scilicet τὴν ὀσφρασίαν αὐτὴν non eſt h. l. *olfactum ipſum*, ut vertit Vpton. cum Wolfio; ſed *olfactum ſolum.*

Ibid. Ποίαν καὶ λέγεις. „καὶ non redundat. Vide infra, II. 12, 20.“ SHAFTESBVR. — Non ſane prorſus abundat; nec ſine gratia, nec ſine vi quadam adjecta pro Græci ſermonis genio καὶ particula. *Quamnam vero, quamnam quæſo dicis?*

Verſ.

Vers. 22. Οὐδὲν ἔχομεν αἰδῆμον φύσει; ἔχομεν. Cum ante φύσει poneretur olim interrogandi signum, & jungerentur verba φύσει ἔχομεν, separanda hæc monuit Wolfius, & vocabulum φύσει ad superiora referendum; cui obtemperarunt editores Cant. Lond. anon. & Vpton; notavitque Vptonus, consentire in hanc rationem codicem ipsius. Et consentiunt etiam nostri tres. Pro αἴδημον, quod antepenacute vulgo hic scripserant omnes, αἰδῆμον scripsi; de quo monui ad I. 25, 4. Et αἰδῆμον habet etiam h. l. pb. Sed αἴδημον pc. ut olim editum. αἴδιμον pa. quasi ab αἴδιμος, quam tamen vocem ignorat Græca lingua.

Vers. 23. Οὐκ ἔχομεν φύσει τι πιστόν; φύσει στερκτικόν; φύσει ὠφελητικόν; φύσει ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Rursus prava distinctione olim laborabat hic locus, cum sic darent: Οὐκ ἔχομεν φύσει τι; πιστὸν φύσει; στ. φύσει; ὠφ. φύσει; ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Eodemque modo nostri mssti, nisi quod in pa. postrema verba sic distinguuntur, ὠφελητικὸν ἀλλήλων φύσει· ἀνεκτικόν. De corrigenda distinctione orationis recte monuit Wolfius; cui rursus obsecuti sunt editores Cant. Lond. anon. & Vptonus; eadem distinctionis ratio in Vptoni codice observata erat. De re, quæ hic agitur, confer II. 22, 20.

Ibid. φύσει στερκτικόν; Perperam στερητικὸν dabat ed. Ven. quod in στοργητικὸν mutavit editor Basileensis; idque tenuere sequentes, usque ad Vptonum. Perspectissime vero WOLFIVS jam monuerat: „Lege στερκτικὸν, a στέργω, non a στερέω. Basilienſis editio habet στοργητικόν. Sed hoc melius: nam στοργέω ἄχρηστον, ut opinor: & verbalia sunt hæc, ὠφελητικὸν, ἀνεκτικὸν, στερκτικόν.“ — Hæc sic clare leguntur in Wolfii Annotationibus quæ cum Latina Versione harum Epicteti Dissertationum Basileæ apud Joannem Oporinum editæ sunt. Quæ Wolfii verba cum corrupta essent ab editore Colonienſi, qui, ubi στερκτικὸν Wolfius scripserat, στερητικὸν expressit; ad eumdem locum, referente Vptono, COMES SHAFTESBVRIENSIS hæc adnotavit: „στερητικὸν Wolfius, a στέργω: inde vero στερκτικὸν, non στερητικόν. Vide Gatak. ad Marci lib. X. s. 1. ubi textus tamen habet στερητικῆς.“ — Quod ita e Shaftesb. adnotatum esse nil mirum; sed illud sane mireris, Vptonum non vidisse, quod in aprico erat, operarum Colonienſium absurdam conjecturam Wolfio esse

esse adscriptam; præsertim quum Wolfii adnotatio manifeste ad lectionem editionis Venetæ, quam ante oculos perpetuo Vptonus habebat, referretur: nam initio adnotationis hæc ipsa verba ex Veneta editione repetuntur: *Φύσει στερητικόν.* Tum ait: *Lege στερκτικόν. &c.* Et Cantabrigiensis Editor eamdem Wolfii adnotationem recte exprimendam curaverat; quam inspicere Vptonus, si genuina Wolfii editio ad manus non fuit, potuerat. At ille, nihil dubitans, præclaræ emendationis honorem uni Shaftesburiensi suo tribuit: „Optime, inquit, vir nobilis, succinentibus nostro codice & Ms. Par.“ — Et paulo ante, ubi illam Wolfii adnotationem retulit, qua distinctio orationis recte emendatur, hæc subjecit: „Conjecturas Wolfii confirmat noster codex; tantum στερκτικόν, non στερητικόν, legit.“ — Est autem τὸ στερκτικόν, ut in Ind. recte monuit idem VPTONVS: „*vis illa amoris naturaliter insita parentibus erga liberos, & vicissim.* M. Antonin. X. 1. Γεύσῃ ποτὲ ἆρα τῆς Φιλητικῆς καὶ στερκτικῆς διαθέσεως; *Ecquando dispositionem dilectioni & affectui genuino deditam degustabis.*“ — Manuscriptus codex Paris. qui h. l. cum Vptoni codice recte στερκτικόν habet, rursus (sicut supra vs. 10.) non pa. est, sed pb. In mendosum στερητικόν cum vett. edd. consentiunt pac.

Ibid. οὗτος ἢ ἀβλαβὴς. „Wolfii editio ἔστω. Cod. Ven. Salmant. & Bas. ᾖ. Noster codex ἐστίν.“ VPTON. — Græcum exemplum Dissertationum Epicteti numquam Wolfius edidit. Quam *Wolfii editionem* hic dicit Vptonus, ea *Cantabrigiensis* est, vel *Londinensis*, utraque ex *Colonienſi* expressa, quæ ipsa quinto decimo demum anno post obitum Wolfii excusa est; cujus editor Græcis, e Genevensi editione repetitis, Latinam Wolfiique versionem ejusdemque Notas cum Latina versione olim editas, adjecit. Neque vero ad hunc locum de verbo ᾖ in ἔστω mutando quidquam adnotaverat Wolfius. Sed cum in Genevensi editione accidisset, ut verbum ᾖ, quod in ea recte ex ed. Ven. & Bas. repetitum erat, casu quodam & per typographi incuriam minus commode perspicueque esset expressum; editor Colonienſis, non satis quid esset discernens, ἔστω legit, idque sua auctoritate hoc loco posuit; quod ipsum dein tenuerunt editores Cant. & Lond. & noster etiam Vptonus. Illud igitur, quamquam per se ferri potuerat, tamen ut temere receptum rejeci, atque subjunctivum ᾖ restitui, quem

quem rectissime dabant superiores editiones. οὗτος ἢ ἀβλαβής; *is indemnis esset? is indemnis fuerit?* Vide I, 17, 1 & 10. I. 18, 13 & 31. I. 25, 3. I. 28, 31. III. 21, 8. &c. Indicativum ἐστὶν, quem e suo cod. commemorat Vptonus, non probo. Habet quidem ἐστὶν pariter noster pc. Sed ἢ pa. & eodem modo scribi debuerat in pb. in quo corrupte εἰ.

Vers. 24. τί ἐστι βλάβη. Sic pa. cum editis. Sed τί ἐβλάβη pb. qui fortasse debuerat τίς ἐβλάβη· *vide quis damnum sit passus.* Manifesto errore pc. ἰδοῦ τοῦτ' ἐστὶ βλάβη.

Vers. 25. εἰ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἐν προαιρέσει. „Vide initium cap. 16. hujus libri.“ VPTON.

Vers. 26. Τί οὖν, ἐπειδὴ — — ποιήσας, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτὸν &c. Sic orationem distinguunt editt. vett. consentientibus fere msstis; nam pb. quidem, sicut illæ, post Τί οὖν nudum comma ponit, pac. vero ne incidunt quidem ibi orationem. Ita verba ista, Τί οὖν, cohærent cum illis, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτόν. At editor Cantabr. & cum eo anon. Lond. & Vptonus, majori puncto post ὃ λέγεις posito, post Τί οὖν interrogandi signum interseruerunt, nempe Wolfii versionem secuti, quæ sic habebat: *Quid ergo? Si ille ipse sibi nocuit,* &c. Ad sententiam quidem parum interest; sed restituta, ut fecimus, veteri ratione, commodius fluit oratio. In verbis, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτὸν, codicem nostrum pb. sum secutus: alia verborum serie vulgo cum pac. legebatur, ἐγὼ ἐμαυτὸν μὴ βλάψω. De re ad hunc locum hæc notavit VPTONVS: „Vide quid Socrates apud Platonem hac de re disserit [infra in Adnot.] ad IV. 1, 167. Seneca de Ira lib. II. c. 32. *Non enim ut in beneficiis honestum est, merita meritis repensare; ita injurias injuriis: illic, vinci turpe est; hic, vincere.*“

Vers. 27. ὅπου τι σωματικὸν ἐλάττωμα εἰς κτῆσιν. Malim autem ἢ εἰς κτῆσιν, quemadmodum Wolfius legendum censuit.

Ibid. ὅπου δ' εἰς προαίρεσιν. „Ita noster codex: alii ὅπου εἰς τὴν προαίρεσιν.“ VPTON. Et conjunctionem δὲ jam interserere Wolfius jusserat, qua tamen facile equidem caruissem cum nostris pabc. Articulum τὴν cum olim editis agnoscunt pac. sed commode ignorat pb. cum

Vptoni

Vptoni codice, quemadmodum paulo ante εἰς κτῆσιν omnes habent absque articulo.

Ibid. οὐδεμία βλάβη; Sic cum interrogandi signo scribunt hæc vulgo omnes. Possit vero etiam tota phrasis, inde a verbis ὅπου τι σωματικὸν &c. mimice ac per ironiam dicta intelligi absque interrogatione; nempe sic nos homines vulgo cogitamus atque etiam dicere non erubescimus. Atque ea ratio magis convenit cum versu sequente. Et habet quidem h. l. interrogandi signum pc. sed illud ignorant pab. percommode.

Vers. 28. ὁ ἐξαπατηθεὶς ἢ ὁ ἀδικήσας. Articulum ὁ ante ἀδικήσας auctoritate sui codicis inseruit Vptonus, cum quo facit noster pb. Illius articuli absentia fortasse turbaverat WOLFIVM, ut ad h. l. hæc adnotaret: ὁ ἐξαπατηθεὶς ἢ ἀδικήσας, *qui deceptus est, aut injuriam fecit.* Nisi ὁ ἐξαπατηθεὶς de eo intelligatur, *qui errat, fallitur, de rebus male judicat;* malim ὁ ἐξαπατήσας, *qui aliquem decepit, aut affecit injuria.*"

Vers. 29. οὐδ' ἐγγὺς διαφερόμεθα. „*Ne prope quidem disceptamus.* τὸ διαφέρεσθαι hic significare videtur, *sua interesse putare, curare aliquid, laborare de aliquo;* quasi dixisset, ἥκιστα φρονίζομεν ἢ διαφέρειν ἡμῖν ἡγούμεθα." WOLFIVS. Sic sæpe aliâs isto verbo utitur. IV. 4, 48. IV. 7, 5. &c. οὐδ' ἐγγὺς, *multum abest ut*, i. e. *minime;* dictio, Demostheni, Luciano aliisque frequentata.

Ibid. πλὴν μόνον ἐν τῇ σχολῇ &c. Subinde occasionem captat Epictetus insectandæ ignaviæ in agendo & curiositatis in disputando philosophorum." WOLFIVS.

Ibid. μέχρι λογαρίων. Vide I. 29, 55. not.

CAPVT XI.

TIT. Τίς ἀρχὴ Φιλοσοφίας. „Hunc & sequentem Dialogum videtur habuisse Epictetus, lecto non ita pridem Platonis Alcibiade." VPTON.

Vers. 1. κατὰ τὴν θύραν ἀπτομένοις αὐτῆς. „κατὰ τὴν θύραν, i. e. *recta via atque aditu.* Cic. de Orat. I. 47. *ab hoc aditu januaque patefacta.*" VPTON. Contrarium illius est παρὰ θύραν εἰσβιάζεσθαι, apud Lucian. Nigr. c. 31. Et μὴ εἰσέρχεσθαι διὰ τῆς θύρας, ἀλλὰ ἀναβαίνειν ἀλλαχόθεν, apud Johann. Evang. 10, 1. Pro κατὰ τὴν θύραν h. l. κατὰ θύρας habet pb.

Ibid.

Ibid. συναίσθησις τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας. „Sic supra, I. 26, 15. ἀρχὴ τοῦ Φιλοσοφεῖν, αἴσθησις τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ, πῶς ἔχει. Et infra, cap. 17. Vide Fragm. p. 741. [initio Fragmentor.] Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ. Seneca de Tranq. c. 1. *Multi ad sapientiam potuerant pervenire, nisi se putassent jam perveniſſe.*“ VPTON. Temere Vptonus, ut frequenter aliâs, αὐτοῦ, quod e superioribus revocavi, in αὑτοῦ mutaverat. Est tamen αὐτοῦ etiam in pb. Ad curatius si loqui Epictetus, aut scribere Arrianus voluisset, αὐτῶν erat dicendum. Sed sæpe a plurali numero ad singularem, & viciſſim, subito transiri videmus in his Disſertationibus.

Verſ. 2. ἡ διέσεως, ἢ ἡμιτονίου. „Hæc est nostri codicis scriptura: deest ἢ (ante ἡμιτονίου) in aliis.“ VPTON. ἡμιτόνιον, *ſemitonium.* διέσις, *quarta pars toni*, vel *ſemitonium minus.* Vide Vitruv. lib. V. c. 4. Macrob. in Somn. Scip. & alios quos laudavit H. Steph. in Διέσις. Perperam διήσεως scribit pc. sed recte idem mox ἢ ἡμιτον. habet cum Vpt. Eamdem particulam ἢ, a prima litera vocis sequentis olim absorptam, adjiciendam monuerat Meibomius, nisi ad Salmasium (ut mihi videtur) auctorem referenda illa Nota est.

Ibid. οἱ μὴ εἰδότες αὐτὰ, οὐδ' ὁτιοῦν εἰδέναι. „Eandem causſam Alcibiadi reddit Socrates, cur in re quadam ibi propoſita non erraviſſet: scilicet, ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸ ἐπίστασθαι, οὐκ ἐπιστάμενος. Vide Platon. Vol. II. p. 117.“ VPTON.

Verſ. 3. καὶ δυστυχίας καὶ προσήκοντος. Sic edd. omnes, inde a Baſ. Sed in ed. Ven. deest καὶ ante δυστυχίας. In cod. pc. deest καὶ ante προσήκοντος. In pab. vero desunt duæ voces καὶ δυστυχίας.

Ibid. καὶ ἀποβάλλοντος. „Ita noster codex: cæteri καὶ ἀποβάλλοντος. Sed voces inter se opponi debent, uti supra καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, &c. Sic hoc in loco προσήκοντος καὶ μὴ ἐπιβάλλοντος, vel ἀποβάλλοντος: si vocabulum non sit a librario corruptum, uti esse videtur.“ VPTON. — Equidem nihil video quod impediat, quo minus credamus, usitatum vocabulum ἀποβάλλον, pro contrario τοῦ ἐπιβάλλοντος, fuisse in Stoicorum scholis; quod miros fuisse novimus in procudendis novis vocabulis artifices. At nostri quidem libri ab olim vulgatis nihil hic discedunt. καὶ μὴ ἐπιβάλλοντος scribere jusſerat Meibom.

Ibid. ἐλήλυθε. „ἐλήλυθεν. Recte sic exhibet edit. Salmant. Codex Ven. & Bas. ἐλήλυθες.“ VPTON. Cum Ven. & Bas. faciunt Genev. & Col. Cum Salmant. vero, præter Vptonum, etiam Cant. & Lond. anon. Sic & pc. Sed rectius ἐλήλυθε, absque ν, pab. quos secutus sum. ἐλήλυθεν aut ἐλήλυθας scribendum adnotaverat Meibom. ad suum exemplum editionis Genev.

Vers. 4. πάντες χρώμεθα τοῖς ὀνόμασιν. „Vide ad Il. 14, 14.

Vers. 5. Καλῶς ἐποίησε, δεόντως. „Plane legendum, Καλῶς ἐποίησεν, οὐ καλῶς, δεόντως, οὐ δεόντως, &c. Hujus generis omissiones passim occurrunt.“ VPTON *in Addendis.* — Vtique alterum orationis membrum hic intercidisse videtur; ac fortasse tribus verbis illud expresserat Arrianus, οὐ καλῶς ἐποίησε, quo facilior erat librariorum lapsus ob eorumdem prorsus verborum repetitionem. Vide Not. ad I. 18, 8.

Ibid. Τίς ἡμῶν ἀναβάλλεται τὴν χρῆσιν αὐτῶν. More sibi proprio distinxere aliàs Stoici inter ἀναβάλλεσθαι & ὑπερτίθεσθαι, ita ut illud in vitio ponerent, hoc unum concederent sapienti. vide Stobæi Ecl. Ethic. p. 184. Sed istam subtilitatem non curat Epictetus. Conf. IV. 12, 2.

Ibid. ἢ τοὺς Φθόγγους. Pro istis monstrosa hæc habet pc. ἢ τοὺς λόφους, ἢ τοὺς Φόγγους.

Vers. 6. τὸ ἥκειν ἤδη τινὰ ὑπὸ τῆς Φύσεως κατὰ τὸν τόπον ὥσπερ δεδιδαγμένους. Vulgo ἤδη τινὰς dant, & τοῦτον τὸν τόπον absque κατὰ. Monuit autem VPTON: „Pro τοῦτον τὸν τόπον habet noster codex & ms. Paris. κατὰ τὸν τόπον. [Sic pab.] Exhibent tamen omnes libri τινὰς, sed mallem τινὰ legere. *Hujus autem rei causa est, nos adesse nonnulla in hoc loco ab ipsa natura quasi jam doctos & institutos.*“ — Haud cunctanter Vptonus & istam codicum lectionem, & hanc suam emendationem in contextum recipere debuerat. κατὰ τὸν τόπον, familiaris Epicteto dictio. I. 7, 31. I. 27, 16. I. 28, 29. &c. Ad illam formulam hoc loco cum aliquis olim adnotasset τοῦτον interpretationis causa, imperite dein vox illa in contextum recepta est, & particulam κατὰ extrusit. Porro τινὰς prorsus ab hoc loco alienum erat, invectum ab homine qui ad δεδιδαγμένους referendum adcommodandumque pronomen illud putaverat. Potuerat ad ἥκειν adjici accusativus ἡμᾶς; sed pronomen

nomen primæ perſonæ ſatis etiam intelligebatur e verbo προσειλήφαμεν, quod ſequitur. Id ipſum vero verbum προσειλήφαμεν in προσειλήφασιν mutandum Meibomius cenſuerat; nempe ob pronomen tertiæ perſonæ τινὰς, quod olim præcedebat.

Ibid. τὴν οἴησιν. Proprium Stoicorum vocabulum eſt οἴησις, id eſt *opinatio*, ut Cicero vertit Tuſc. IV. 11. quam definit *judicationem ſe ſcire quod neſciat.* Noſter III. 14, 8. οἴησίς ἐστι τὸ δοκεῖν μηδενὸς προσδεῖσθαι. Iunguntur οἴησις καὶ τύφος I. 8, 6. conf. Wolfii Not. ad Titulum cap. 8. lib. I.

Verſ. 7. Διὰ τί γὰρ. „Sic noſter codex, quem ſequor. Alii Δι' ἃ γὰρ." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noſter pc.

Ibid. „Φησὶν eſt objiciendi formula. vide ad I. 4, 9." VPTON.

Ibid. Οὐκ ἐφαρμώζω &c. Confer lib. II. cap. 17. cui titulus, Πῶς ἐφαρμοστέον τὰς διαλήψεις τοῖς ἐπὶ μέρους.

Ibid. Οὐ καλῶς οὖν. Caret οὖν pc.

Verſ. 8. καὶ οἴησις. Deeſt καὶ pb.

Verſ. 10. πόθεν τοῦτο λαμβάνεις; Verbum λαμβάνειν dialecticorum more accipiendum: *unde hoc pro conceſſo ſumis? unde hoc ais, affirmas, contendis?* Sic λῆμμα ſæpe idem valet ac *pronunciatum, effatum.* Sin interpretari malis, *Vnde hoc ſumis? Vnde hoc diſcis? Vnde hoc noſti?* non magnopere repugnabo.

Ibid. τοῦτο οὖν τινι οὐ δοκεῖ, καὶ οἴεται καὶ αὐτὸς ἐφαρμόζειν καλῶς. *Atqui hoc alicui (alii cuidam) non videtur, & ipſe pariter putat, ſe recte adplicare notiones. Aut,* (ain' tu) *nonne putat?* id eſt, *nonne quisque putat ſe recte adplicare? τινι* enclitice ſcripſerat Ven. & ſic Cant. Lond. & Vpt. rectius quam Baſ. Gen. & Col. qui τίνι interrogative expreſſerunt, cum quibus tamen faciunt pabc. Poſt οὐ δοκεῖ vero ii etiam, quī τινι enclitice ſcribunt, punctum ſive majus ſive minus poſuerunt, & nudum comma poſt καλῶς. Ad quam diſtinctionem adcommodata Wolfii verſio erat, quam & Vptonus tenuit: *At iſtud ipſum alteri non videtur. Nunquid & ille ſe recte accommodare putat, an non putat?* Quæ ratio, quoad ſententiam quidem, parum ab ea quam nos prætulimus, recedit.

Vers. 12. ἀνωτέρω τοῦ δοκεῖν. Ante hæc verba insertam conjunctionem καὶ voluerat Salmasius; quæ sicut commoda foret, si darent libri, sic his invitis nil opus est ut intrudatur; quod & recte Meibomius adnotavit. Est autem ἀνωτέρω τοῦ δοκεῖν, *quod sit superius opinione; quod majorem habeat dignitatem atque auctoritatem; quod de ipsa opinione velut pro tribunali judicet.* conf. vs. 16.

Ibid. ὁ δὲ μανόμενος &c. „Vide I. 28, 33. III. 9, 5.“ VPTON.

Vers. 13. Ἰδ' ἀρχὴ Φιλοσοφίας. In Veneta prorsus mendose sic legitur, Εἰ δ' ἀρχὴ Φιλοσοφίαν. Ad quæ verba WOLFIVS: „Forte sis, inquit, ἡ δ' ἀρχὴ Φιλοσοφίας, ut habet Basileensis editio. Vel εἴη δ' ἀρχὴ Φιλοσοφίας, *principium philosophiæ hoc fuerit.* Vide, Lector, ne te distinctiones fallant. Verba sic ordinanda censeo: αἴσθησις, ζήτησις, κατάγνωσις, ἔρευνα, εὕρεσις, ἀρχὴ ἐστι Φιλοσοφίας.“ — „Lego Τί τοῦτό ἐστιν; Ἡ ἀρχὴ Φιλ. *Quid istud est? Id quod Philosophiæ principium, nempe animadversio pugnæ hominum inter se* &c.“ VPTON. — Ἡ δ' ἀρχὴ post Bas. omnes tenuere editores: quod quum nonnisi e conjectura sit editoris, eaque haud sane commoda; ad principis Venetæ editionis scripturam Εἰ δ' ἀρχὴ redeundum putavi, a qua non dissentire Vptoni codicem ex ipso silentio ejus intelligitur. (Et consentiunt pabc. εἰ δ' ἀρχὴ Φιλοσοφίας.) Ea vero scriptura haud dubie ex Ἰδ' ἀρχὴ corrupta mihi visa est. *Ecce initium Philosophiæ!* nempe cum quærimus id quod sit opinione superius, quod judicet de dissentientibus hominum opinionibus. Amat illud verbum ἴδε Epictetus. ἴδε πῶς τραγῳδία γίνεται. II. 16, 31. ἴδε αὐτὸν συγκατακείμενον, II. 18, 22. ἴδ' ὁ δεῖνα Φιλοσοφεῖ. III. 16, 11. Et, ut hic, cum nominativo casu: ἴδε κυνικαὶ φωναὶ, ἴδε χαρακτὴρ, ἴδ' ἐπιβολή. III. 22, 50. Pro eo quod nunc dixit, ἴδ' ἀρχὴ Φιλοσοφίας, mox vs. 14. ait Τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ Φιλοσοφίας.

Ibid. αἴσθησις μάχης. „Vide II. 17, 13 sq. III. 23, 34.“ VPTON.

Ibid. τὸν ζυγὸν εὕρομεν. Sic corrigendum monuit Vptonus in Notis, monitus ipse a Salmasio, cum εὕρωμεν legeretur in editt. omnibus, quod & Vptonus in contextu tenuerat. Eumdem errorem errarunt nostri codd. pab. sed recte εὕρομεν dedit pb. conf. vs. 15.

Vers.

Verſ. 14. Πάνϑα καλῶς ἔχειν τὰ δοκοῦνϑα ἅπασι; *Omnia recte ſe habeant, omnia recta forent, quæ cuique videantur?* τὰ δοκοῦνϑα idem nunc valere ac τὰ δοκοῦνϑα ἑκάστῳ intelligitur cum ex ipſa argumentationis ratione, tum ex eo quod mox diſerte ait, Οὐκ ἄρα ἀρκεῖ τὸ δοκεῖν ἑκάστῳ. Et ſermonis quidem uſus etiam hoc loco, ſi quid video, ἑκάστῳ deſiderabat, ſiquidem dativum a δοκοῦνϑα pendere velis; ſed, uti nunc eſt, verborum ordo hic fuerit intelligendus, ἅπασι καλῶς ἔχειν πάνϑα τὰ δοκοῦνϑα, *omnibus recte ſe habere quidquid ipſis videatur!* Cæterum vario modo diſtinguunt h. l. orationem, & vario modo accipiunt. Princeps Veneta ſic: τουτέστιν ἀρχὴ Φιλοσοφίας. πάνϑα καλῶς ἔχειν τὰ δοκοῦνϑα ἅπασι. καὶ πῶς δυναϑὸν &c. Baſil. ſic: τουτέστιν ἀρχὴ Φιλοσοφίας, πάνϑα καλῶς ἔχειν τὰ δοκοῦνϑα ἅπασι; Qua ratione Schegkius vertit: *Primordiumne illud eſt philoſophiæ, Omnia recta eſſe pro eo ut cuique viſum fuerit?* Quam in eamdem ſententiam Germanicus interpres: *Oder iſt etwa das der Anfang zur Philoſophie: Es ſey alles richtig was einem jedem ſo dæucht?* WOLFIVS absque interrogatione hæc accepit: *Hoc eſt Philoſophiæ principium, omnia recta eſſe quæ omnibus videantur.* Et in Notis monuit idem: „Adverſarii verba ſunt, veri & falſi inveſtigandi regulam repudiantis, & omnes omnium opiniones veras eſſe aſſerentis.“ — Ad eamque ſententiam diſtinctionem Græcæ orationis accommodavit Cant. Lond. anon. atque etiam Vptonus, qui Wolfii tenuit h. l. verſionem. Mihi verba illa, Τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ Φιλοσοφίας, ad ſuperiora referenda viſa ſunt; iſta autem, Πάνϑα καλῶς ἔχειν &c. ita interpretanda, ut & ſupra ſcripſi, & in verſione poſui. Niſi forte mendoſe ἔχειν ſcriptum eſt, pro ἔχει, ut ſic legi debeat, Πάνϑα καλῶς ἔχει τὰ δοκοῦνϑα ἅπασι; eâdem, quam expoſui, ſententiâ. Et ſic utique legendum equidem ſuſpicor. Pari modo verſ. 18. ἀπαλλάττειν, pro ἀπαλλάσσει, corrupte olim legebatur. At hic quidem in vulgatum conſentiunt ſcripti libri; niſi quod pc. in teſtimonium nunc advoçari non poteſt, in quo abeſt hoc verbum cum pluribus præcedentibus ſequentibusque.

Ibid. ἀλλὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦνϑα. „Forſan ὑμῖν, ob ſequens illud ἐμοί.“ VPTON. Recte monitum, illis verbis, ἀλλὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦνϑα, opponi hæc, ἢ τὰ ἐμοὶ φαινόμενα. Itaque lubens ὑμῖν correxiſſem, niſi priora

illa intelligi posse putassem, ut per μίμησιν dicta, nomine adversarii. Et in ἡμῖν consentiunt libri omnes.

Vers. 15. Τί μᾶλλον, ἢ τὰ Σύροις &c. „Vide I. 11, 12. I. 22, 4.“ VPTON.

Ibid. τί μᾶλλον, ἢ τὰ ἐμοὶ Φαινόμενα, ἢ τὰ τῷ δεῖνι; Nil mutant libri. Ad verbum hæc sonant: *qui magis, quam quæ mihi videntur, aut* (vel, *quam*) *cuivis alteri?* Wolfius autem, cujus versionem tenui cum Vptono, sic interpretatus est, tamquam abesset prius ἢ, junctaque legerentur illa, τί μᾶλλον τὰ ἐμοὶ Φαινόμενα. Confer Adnot. præced.

Vers. 17. δίχα αὐτοῦ μηδὲ τὸν δάκτυλον ἐκτείνοντες. „Idem præcipit M. Anton. lib. II. s. 16. δέον καὶ τὰ μικρότατα, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι. *Etiam minima quæque ita esse agenda, ut ad finem referantur. Digitum autem porrigere,* τὸν δάκτυλον ἐκτεῖνειν, est minimæ leviſſimæque actionis exemplum. Sic Chryſippus apud Plutarch. de Stoicor. Repugn. p. 1046. C. ὡς οὐδὲ τὸν δάκτυλον καθήκει ἐκτεῖναι ἕνεκα τῆς οὕτω παρεσομένης Φρονήσεως. Vide & p. 1061. F. Cicero de Fin. III. 17. *Chryſippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem ejus cauſſa porrigendum esse dicebant.* Hinc Perſius, Sat. V. 119.

Nil tibi conceſſit ratio. Digitum exere. *Peccas.*

ubi vide Caſaub. & Lipſ. Manud. ad Stoic. Philoſ. lib. III. c. 15.“ VPTON. — Habes eamdem proverbialem locutionem in Fragm. Epiſt. 52. Φιλοσοφία Φησὶν, ὅτι οὐδὲ τὸν δάκτυλον ἐκτείνειν εἰκῆ προσήκει.

Vers. 18. ἀπαλλάσσει. ἀπαλλάσσειν vulgo dabant omnes, & plerique ὃ εὑρεθὲν, pro ὃ. Monuit autem VPTONVS: „Noſter codex ἀπαλλάσσει. Recte. τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶν, ὃ εὑρεθὲν ἀπαλλάσσει &c. *Hoc eſt enim illud, quod cum inveniatur, liberat,* &c.“ — Poſt εὑρεθὲν vulgo comma poſuerant, quod delevi. ἀπαλλάσσει habent pab. cum Vpt. In ὃ conſentiunt pabc. cum ed. Ven.

Ibid. μόνῳ τῷ δοκεῖν μέτρῳ παραχρώμενοι. Immerito hæc ſolicitavit Meibom. τοῦ δοκεῖν ſcribens pro τῷ δοκεῖν. Intellige τῷ δοκεῖν ὡς μέτρῳ παραχρωμ. Percommode vero, & ex uſu ſermonis, omittitur ὡς particula.

Ibid. διευκρινημένων. διευκρινομένων VPTONVS edidit; monuitque: „Recte ſe habent διευκρινημένων, a διευκρινέω,

νέω, vel διευκρινομένων, a διευκρίνω. Nos tamen sequimur noſtrum codicem." Cum Vptono facit noſter cod. pc. Ego vero id, quod olim vulgatum erat, revocavi, quod eſt præteritum verbi διευκρινέω. διακρίνω ſatis notum, ſed διευκρίνω nusquam comparet; διευκρινέω vero ubivis frequentatum. Vide H. Steph. in Ind. h. v. & Lexicon noſtrum Polyb. in quo quidem per errorem p. 160. col. 1. lin. 7. διευκρίνειν excuſum eſt, pro διευκρινεῖν. In διευκρινημένων conſentiunt pab.

Ibid. χρώμεθα ἐπὶ τῶν ἐπὶ μέρους διηρθρωμένως ταῖς προλήψεσι. „*In rebus particularibus & individuis adhibeamus anticipationes bene digeſtas & a ſe invicem diſtinctas.*" VPTON. Nempe in contextu verſionis cum Wolfio ſic poſuerat hic interpres: *anticipationes ad ſingulas res cum delectu quodam accommodemus.* De verbo διαρθροῦν dictum eſt ad I. 17, 1 & 3. conf. cap. ſeq. vſ. 7—9.

Verſ. 19. Τίς ὑποπέπτωκεν οὐσία. Sic recte Vpt. cum msstis. Perperam οὐσίᾳ (cum ſubſcripto jota) erat in ed. Ven. Deinde τί ὑποπεπτ. οὐσίᾳ ſcripſit editor Baſ. idque tenuere poſteriores.

Ibid. ὕπαγε αὐτὴν τῷ κανόνι. „Eadem vide apud M. Anton. V. 22." VPTON. Conf. noſtrum I. 28, 27 ſq.

Verſ. 20. „Ναί. καὶ ᾧ πεποιθέναι δεῖ, ἀβεβαίῳ τίνι θαῤῥεῖν ἄξιον; Hæc omnia ex noſtro optimo codice in contextum revocavi, quæ in editis deſunt. Totum locum ſic diſtingue: Τὸ ἀγαθὸν δεῖ εἶναι τοιοῦτον, ἐφ' ᾧ θαῤῥεῖν ἄξιον; Ναί. Καὶ ᾧ πεποιθέναι; Δεῖ. Ἀβεβαίῳ τίνι θαῤῥεῖν ἄξιον; Οὔ. *Bonum ejuſmodi eſſe oportet, cui confidere æquum eſt? Etiam: Et quo fretum eſſe? Oportet. Inſtabili cuiquam confidere æquum eſt? Non.*" VPTONVS. Obſecutus ſum Vptono; niſi quod Ἀβεβαίῳ τινὶ ſcripſi, pro τίνι quod ille poſuerat. In ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur: ἐφ' ᾧ θαῤῥεῖν ἄξιον; οὔ. μή τι οὖν βέβαιον &c. Sic & in pab. Pro οὔ· vero in ora ed. Baſ. ναί ſcribitur. Editor autem Genevenſis poſt οὔ; interrogandi ſignum poſuit, quod tenuere alii. In cod. pc. vero ſic ſcribitur: ἐφ' ᾧ θαῤῥεῖν ἄξιον; ναί. μή τοι οὖν &c.

Verſ. 22. ὀξυβλεπτεῖς. Terminationem verbi ex pb. adoptavi, quam deſiderabat analogia verbi ἀβλεπτεῖν. Vulgo ὀξυβλεπεῖς cum pac. quod bene haberet, ſi ſic diſtinctæ eſſent literæ, ὀξὺ βλέπεις, ut II. 23, 11.

Ibid. καὶ ἕν σοι ζυγὸν οὐκ ἀρκεῖ. Olim καὶ ἐν σοὶ ζυγὸν &c. Sed WOLFIVS monuerat: „Lego ἕν σοι ζυγὸν, genere neutro; nisi forte καὶ εἷς σοι ζυγός.“ — VPTONVS: „Noster codex ἕν σοι ζυγόν.“ — Sic ante Vptonum ediderat anonymus Lond. Et consentit noster cod. pc. Licet vero nescio, an ullibi aliàs τὸ ζυγὸν, *trutina*, in neutro genere reperiatur, tamen a librorum præscripto recedere in hoc vocab. non sum ausus. In masc. τὸν ζυγὸν dixerat supra vs. 13. Et in pb. hoc loco sic scribitur, καὶ ἐν σοὶ ζυγὸς οὐκ ἀρκεῖ. In pa. vero, ut olim edebatur, καὶ ἐν σοὶ ζυγὸν.

Ibid. ἄξιον ἐπαίρεσθαι. „Confer III. 7, 7.“ VPTON.

Ibid. Εἰ δὲ μὴ, οὐκέτι σε οὐδὲ τοῦ ζυγοῦ &c. „Fortasse οὐκέτι οὐδέ σε. *jam non modo voluptatem, sed ne te ipsum quidem trutina dignum judicabo.* Non permittit auditori, ut inepte respondeat. Προλήψεις Epicteti sunt: Bonum oportere esse stabile: &, Efferri hominem oportere suis bonis, hoc est vero judicio & recta voluntate.“ WOLFIVS. *Ne trutina quidem te dignum judicabo;* id est, tantum abest, ut te absque trutina recte judicare de rebus posse arbitrer, ut intelligam, ne adhibita quidem trutina te illud posse, ne trutina quidem uti te posse, adeoque ne dignum quidem esse quicum porro vel verbulum disseram.

CAPVT XII.

Vers. 1. Ἃ μὲν δεῖ μαθόντα εἰδέναι χρῆσθαι λόγῳ. „*Quibus rebus perceptis tenendum est, quemadmodum ratione sit utendum, eæ res tenentur a nostris:* hoc est, discipulis doctrina non deest, sed exercitatio & accommodatio præceptorum. Verba sic ordinabis: ἃ μαθόντα δεῖ εἰδέναι χρῆσθαι λόγῳ, hoc est, ἰστέον πῶς χρηστέον λόγῳ.“ WOLFIVS. λόγος hic non tam est *ratio*, ut cum Wolfio interpretatus est Vptonus, quam *disputatio, dissertatio, ars disserendi.* ἃ δεῖ μαθόντα εἰδέναι idem valet ac ἃ δεῖ μεμαθηκέναι ὥστε εἰδέναι, *quæ didicisse oportet ut sciamus*, &c. vel, *quæ didicisse oportet eum qui scire debet* vel *qui scire vult*, &c.

Ibid. ὑπὸ τῶν ἡμετέρων. „Τῶν Στωϊκῶν.“ VPTON.

Ibid. περὶ δὲ. Caret δὲ pb.

Vers. 2. παρὰ μέλος ἁπανθῇ. Corrupte olim παρὰ σκέλος edd. cum pab. Hinc WOLFIVS: „ἂν παρὰ σκέλος

λος ἀπαντᾷ. *Si præter pedem occurrit:* hoc est, (uti conjicio; nunquam enim alibi lecta mihi est hæc formula) *si absurde atque inepte respondit.* Videtur sumtum a luctatoribus. παρὰ πόδας est aliud, quod interpretantur *confestim, e vestigio.*" — Sed: „Optime noster codex παρὰ μέλος, *parum modulate, inconcinne.* Cæteri, nullo sensu, παρὰ σκέλος. Aristot. Ethic. lib. IV. c. 2. πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, *multam insumit pecuniam, splendoremque & magnificentiam ostentat inconcinne atque invenuste.* Plato de Leg. III. παρὰ μέλος ἐμοί γε ἂν δοκῇς φθέγξασθαι. & alibi. Atque ita Lucianus." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noster pc. De scriptura olim vulgata miror dubitationem nullam obortam fuisse perspicaciissimo Salmasio.

Ibid. δύναται. Perperam δύναμαι pb.

Ibid. Ἰδιώτης. Sic e suo cod. edidit Vpt. Olim ἰδιώτα. Pro quo ἰδιώτης scribere jussit WOLFIVS: „nisi forte, inquit, de industria latina terminatione usus est." — Recte ἰδιώτης pbc. In pa. plura quædam verba h. l. omissa.

Ibid. αὐτῷ χρήσασθαι. αὐτῷ ed. Bas. operarum errore, & inde ed. Gen. & Col.

Vers. 3. οὐχὶ καταγελάσας. οὐδὲ καταγ. pc.

Vers. 5. Πῶς οὖν ἐποίει Σωκράτης; Vide II. 26, 6. Socrates, cum Polo in Gorgia p. 472. edit. Steph. verba faciens: Ἐγὼ δὲ, ἂν μὴ σὲ αὐτὸν ἵνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λόγου πεπεράνθαι περὶ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ. Et paulo post, p. 474. Ἐγὼ γὰρ, ὧν ἂν λέγω, ἕνα μὲν παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἄν μοι ὁ λόγος ᾖ, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν· καὶ ἕνα ἐπιψηφίζειν ἐπίσταμαι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι." VPTON.

Ibid. τὸν δὲ διαλεγόμενον μόνον. Vltima vox deest in pc. male.

Vers. 6. συναισθανόμενον τῆς μάχης. Vide infra, ad vers. 14.

Vers. 7. Ἆρά γε ὁ φθονῶν χαίρει; „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. lib. III. c. 9. s. 8. & Platonem in Philebo. Sermones Socraticos imitatur Epictetus." VPTON. — Recte ἆρά γε ed. Ven. cum mss. Mendose ἀρά γε ed.

Baſ. Gen. Col. ἆρά γε ed. Cant. Veram ſcripturam reſtituit anon. Lond.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ἐκίνησε τὸν πλησίον. „*Movebat vicinum loco a contrario.* Hæc verba parentheſi includenda; vel forſan delenda, ut gloſſema.“ VPTON.

Ibid. δοκεῖ σοι εἶναι. Deeſt σοι pb.

Verſ. 9. ἐκπεπληρωκὼς τὴν ἔννοιαν. *poſtquam completam & omnibus numeris abſolutam effecit notionem.* Sic II. 17, 10. πρόληψις διηρθρωμένη καὶ τελεία.

Verſ. 9 *ſq.* οὐ γὰρ ἀνταπακολουθεῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικά· ῥήματα τεχνικὰ, καὶ διὰ τοῦτο &c. Vulgo omnes (edd. & mssti) τῷ κεφαλαιώδει τῷ ὁρικῷ ῥήματα τεχνικά. καὶ διατοῦτο &c. Ad quæ ſic commentatus eſt WOLFIVS: „Malim ἀκολουθεῖ, ſcil. ὁ ὁρισμός. Et poſt ὁρικῷ interpungendum, ut nova periodus ſit, ῥήματα τεχνικὰ ταῦτα, addito pronomine. Idiota non intelligit quid ſit ὁρισμός, nec quid κεφαλαιῶδες ὁρικόν. Heſychius τὸ κεφαλαίωσον exponit συντόμως συνάγαγε. Erit ergo τὸ κεφαλαιῶδες, τὸ σύντομον. *Non ſervat hæc definitio brevitatem definitionis.* Niſi forte idem valeat, quod τὰ κεφάλαια, *leges definitionum: definitum cum definitione converti non poteſt.*“

Tum VPTONVS: „Manifeſtum gloſſema in hoc loco apparet. τὰ ὁρικὰ, τὸ κεφαλαιῶδες, ſunt *vocabula ſcientiæ propria*, τεχνικὰ ῥήματα, Angl. *Technical terms.* Atque ita monuit neſcio quis interpres ad oram ſuam codicis. Poſtea hæc verba, τεχνικὰ ῥήματα, in contextum recepit oſcitans librarius. Hinc primus error. Deinde ὁρικῷ ſcripſit, pro ὁρικά. Nunc locum ab his erroribus liberatum videamus. οὐ γὰρ ἀνταπακολουθεῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικά. *neque enim reciprocant inter ſeſe definita & termini definientes.* Ex. gr. Si definirem Hominem, eſſe animal mortale, aberrarem; non enim reciprocant termini. Animal enim mortale (termini definientes) pari modo prædicetur tam de equo, vel de cane, quam de homine. Mox forſan legendum Διὸ ταῦτα τοῖς, &c. vel Διατοῦτο ταῦτα τοῖς, &c.“ —

Wolfius in verſione ſic poſuerat: *neque enim ſervatam eſſe brevitatem definitionis, & converſionem cum definito.* Quam verſionem Vptonus etiam tenuit; qui tamen in Nota recte, ut videtur, τὸ κεφαλαιῶδες unice *rem definitam* interpretatus eſt, nempe rem vel terminum

num definitione declarandum; τὰ ὁρικὰ vero *terminos definientes*, id est, quæ definitione continentur, verba quibus definitio continetur. Ac sane, vel ex ipso hoc loco intelligi par erat, fuisse ista vocabula hac notione in Stoicorum scholis usitata. Et τὰ ὁρικὰ quidem similiter fere Aristoteles, Topic. I. 5 sq. dicit *ea quæ ad definitionem pertinent*. *Definitum* autem percommode τὸ κεφαλαιῶδες (quasi *compendiosum* vel *summarium* dices) poterat adpellari. Quod vero de τῷ ὁρικῷ in τὰ ὁρικὰ mutando idem præcepit Vptonus, ita probabile ac pæne manifestum mihi visum erat, ut in contextum recipere istam emendationem non dubitandum duxerim. Omnino enim nominativus casus requirebatur, ad verbum ἀνακολουθεῖ pertinens, quo designaretur *id quod non conveniret* vel *non reciprocari posset cum* τῷ κεφαλαιώδει. Literarum α & ω perperam a librariis permutatarum frequentia apud Polybium exempla observavimus: vide ibi Adnot. ad IV. 14, 3. & loca ibi citata. Et apud Epictetum, sicut h. l. ω pro α posuerunt librarii, sic vicissim α pro ω perperam scripserunt IV. 10, 28. Quod vero temere e margine in contextum recepta verba ῥήματα τεχνικὰ statuit Vptonus; id speciem utique esset habiturum, nisi continuo sequerentur ista, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις Φορτικὰ &c. quibus absque illis nullo modo constat ratio. Nempe incommoda orationis distinctio deceperat virum doctum; qua correcta, ut fecimus, omnia bene habent, & liquido fluunt. Pari vero ratione jam Wolfius in versione verba ista, ῥήματα τεχνικὰ, a superioribus separaverat, & ad sequentia traxerat.

Vers. 11. ἐπακολουθῶν ταῖς αὐτοῦ Φανταστικαῖς. „Αὐτοῦ pro αὐτοῦ seu ἑαυτοῦ usurpari, semel atque iterum monui. Patet autem ex loco Eustathii in Hex. quem allegat Davisius ad Cicer. de Nat. Deor. II. 49. p. 223. ubi pro μετ' αὐτὴν legit μεθ' αὑτήν. Immo vero & sic nostrates dicunt *Him* pro *Himself*. ex. gr. *He sets Him down without ceremony:* pro *He sets Himself down*, &c." VPTON. Monuerat de ea scriptura Vptonus ad I. 2, 9. ad I. 4, 23. ac fortasse etiam semel aut bis alibi. At multo frequentius, & quavis fere pagina, rationis illius oblitus, temere ac nulla urgente causa eamdem scripturam mutavit, asperum spiritum pro leni ponens. Cæterum ad defendendam nunc vulgatam scripturam nil opus erat ad auctoritatem loci illius a Davisio citati

tati confugere; qui quidem locus non ex Euſtathio, ſed ex Baſilii Homil. in Hexaëm. ductus eſt. Vtrumque ſpiritum ſuper αυτοῦ hoc loco, ut ſæpe aliâs, poſuit pb. ut perinde αὐτοῦ & αὑτοῦ legere poſſis.

Verſ. 12. ὅσοις γ' ἐστί τις εὐλάβεια. „Ita noſter codex: cæteri τι εὐλαβείας.“ VPTON. Sane ne ſic quidem male cæteri. Cum Vptono vero conſentit noſter pc.

Verſ. 13. συγκαθέν]ες εἴς τί τοιοῦτον. „Scil. ἑαυτοὺς. *ſi in arenam deſcenderint.*“ WOLFIVS. Vide ad II. 14, 14. & conf. Lexic. Polyb. in h. v.

Ibid. φύρον]αι καὶ φύρουσι. „*Miſcentur & miſcent:* hoc eſt, *exagitant & exagitantur;* vel, nullum diſputationis ordinem ſervant; alteri inepte rogant, inepte reſpondent alteri.“ WOLFIVS. — „Vide IV. 13, 7.“ VPTON. Proverbialiter dictum adparet; nec tamen ſatis video, unde ductum proverbium. Sententia eſt, *turbantur ipſi, & turbant alios; moleſtiam habent ipſi, & moleſtiam alteri creant;* vel, ut in verſione poſui, *premuntur & premunt.*

Verſ. 14. ἐν λόγοις. „Sic noſter codex: alii ἐν λόγῳ.“ VPTON. Vulgatum, ἐν λόγῳ, tenent noſtri codd. tres; non male,

Ibid. παύειν μάχην. „*Sedare pugnam.* Supra [vſ. 6.] οὕτω γὰρ ἐναργῆ ἐτίθει τὰ ἀπὸ τῶν ἐννοιῶν, ὥστε πάν]α συναισθανόμενον τῆς μάχης, ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῆς. *Pugna* igitur hic non concertantium, ſed orationis intelligatur, *ſi quid repugnet principiis & notionibus.* Explicabat controverſias, erroresque refellebat Socrates.“ WOLFIVS. Id ipſum vero & ipſe ſedato animo & citra acerbitatem faciebat, & aliorum in diſputando nimium fervorem & contentioſam acerbitatem repreſſit, ut proxime præcedentibus verbis docet Epictetus.

Verſ. 15. πόσην ἐν τούτῳ δύναμιν εἶχεν. „Sic III. 16, 5. οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ὥστ' ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόν]ας; Confer autem lib. IV. cap. 5. in initio.“ VPTON.

Ibid. πόσας μάχας διελέλυκε; „Nempe cum quæſtio eſt de Virtute, an doceri poſſit, nec ne: cum lis oritur inter Calliam & Antiſthenem de juſtitia.“ IDEM.

Verſ. 16. Ἄ]α τε καὶ μέγ. &c. „Verſus Heſiodi, Theogon. 87.“ IDEM.

Verſ.

Verſ. 17. ἐστὶ νῦν ἀσφαλὲς. Deeſt νῦν pb.

Ibid. δηλονότι. Temere δηλονήτι ed. Ven. & Baſ.

Ibid. ὑπατικῷ τινι, ἂν οὕτω τύχῃ, ἢ πλουσίῳ. Conjunctionem ἢ, quam ignorant vulgo omnes, abſorptam a terminatione verbi præcedentis, ex certa (ut mihi viſum erat) conjectura inſerui, admonitus a WOLFIO, qui quidem vel καὶ vel ἢ adjiciendum putavit, & καὶ in verſione expreſſit: *ad conſularem aliquem, — — ac divitem.* Conf. mox ad vſ. 19.

Verſ. 18. Ἔχεις μοι εἰπεῖν. „Atque hæc etiam ad imitationem Socraticorum.“ VPTON.

Ibid. σεαυτοῦ. σαυτοῦ pb.

Ibid. ᾧ τινι τὸ χρυσίον. Articulum τὸ, temere hoc loco in ed. Baſ. & ſeqq. prætermiſſum, ex Ven. reſtituit Vptonus; eumdemque agnoſcunt mssti omnes.

Verſ. 19. τὸ σαυτοῦ. τὸ ἑαυτοῦ pa. non male.

Ibid. ἐμπείρῳ δηλονότι καὶ τούτῳ. „Poſt δηλονότι addit noſter codex, καὶ τούτῳ.“ VPTON. Duo iſta verba, quæ in editis non legebantur, & ne ab Vptono quidem recepta ſunt, adoptare non dubitavi. Referuntur ea ad id, quod jam & equos & aurum, & alia, *periti* hominis curæ a ſe commiſſa alter profeſſus erat. *Haud dubie igitur*, inquit, *et hic pariter peritus homo eſt, cujus curæ corpus tuum credis?* Agnoſcit eadem verba noſter cod. pc.

Ibid. ἀλειπτικῆς ἢ ἰατρικῆς. Ante Vptonum aberat ἢ. WOLFIVS vero: „Lego, inquit, ἀλειπτικῆς καὶ vel ἢ ἰατρικῆς.“ — ἢ e codice ſuo adjecit Vpton. Conf. ad vſ. 17. Vptono adſentitur noſter pb.

Verſ. 20. πάντων ἄμεινον. „Forſ. τούτων πάντων ἄμ. *his omnibus melius.*“ VPTON.

Ibid. τὸ αὐτοῖς — — χρώμενον, καὶ δοκιμάζον. „Vide lib. I. cap. 1. in initio.“ IDEM.

Verſ. 21. Πολύ, νὴ Δία. Cum punctum minus poſt λέγω in contextu poſuiſſet Vptonus, & πολὺ litera minuſcula ſcripſiſſet, quaſi verba illa πολὺ νὴ Δία &c. ejusdem hominis verba eſſent, cujus ſunt verba proxime præcedentia; retractans ſe in Notis, monuit ſic hæc diſtinguenda, quemadmodum nunc a nobis factum eſt.

Ibid. τῶν ἄλλων τοῦτο ἄμεινον. Deeſt τοῦτο in pab.

Verſ.

Verſ. 22. Ἔχεις οὖν ἡμῖν δεῖξαι. „Sic repoſui ex noſtro codice: alii, quos vidi, εἰπεῖν ἡμῖν habent.“ VPTON. εἰπεῖν ἡμῖν edd. omnes ante Vptonum: & ſic pc. Pa. vero habet ἔχεις οὖν ἡμῖν omiſſo prorſus verbo in infinitivo poſito. Sed cum Vptoni cod. facit pb.

Ibid. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν. Vulgo omnes εἰκῇ γ' ὡς ἔτυχεν. Sic & pa. & pc. in quo plene etiam ſcriptum εἰκῇ γε ὡς. Sed WOLFIVS: „Lego εἰκῇ γε ἢ ὡς ἔτυχεν.“ — VPTON: „II. 14, 28. εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν.“ — Nempe ſic conſtanter duo iſta junguntur, & interjecta particula καὶ copulantur; conf. I. 7, 27 & 33. II. 14, 27. aut negative, μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, I. 7, 3. III. 21, 11. Ego hoc ipſum, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε, reponere hoc loco non dubitavi, quod & voluerat Salmaſius: atque ita plane ſcripſit noſter pb.

Ibid. ἐν τῇ πόλει. ἐπὶ τῇ πόλει pc. male.

Ibid. σεαυτοῦ ſcripſi cum pabc. Vulgo σαυτοῦ.

Verſ. 23. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; „Vertit Schegkius, *Nequaquam, ſed ipſe me hac in parte non negligo.* Hoc eſt, Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ. ubi αὐτοῦ, i. e. τοῦ κρατίστου. Vel αὐτοῦ pro σαυτοῦ uſurpari poteſt. Aut forſan omiſit quædam librarius. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; Πάνυ μὲν οὖν. Πότερον &c.“ VPTON. — Nil mutant libri, niſi quod pro Ἀλλὰ αὐτὸς, quod erat editum, concinnius Ἀλλ' αὐτὸς ſcripſerunt pbc. quos ſecutus ſum. Cæterum Schegkii emendatione nil opus eſt. Poſt illa verba vero, ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; intercidiſſe aliquid, WOLFIVS etiam ſuſpicatus erat, adnotans ad hunc locum: „Videtur deeſſe ναί' [ſic haud dubie ſcriptum voluit hic interpres, ubi operarum errore καὶ expreſſum eſt.] aut πάνυ γε, vel ſimile aliquid.“ — Eumque ipſum defectum in verſione Latina explevit, adjecto reſponſo, *Ego vero.* Poteras etiam ſuſpicari, ſic ſcripſiſſe Arrianum: Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; Αὐτός. Πότερον &c. Poterat vero etiam conſulto prætermittere reſponſum hominis, ſtatimque alteram jungere quæſtionem, πότερον μαθὼν &c. Ego, quoniam ſuperius quæſiverat Epictetus, ὅτῳ τρόπῳ τῆς ψυχῆς ἐπιμεμέλησαι; neque ad illam quæſtionem adhuc reſponſum eſt, cogitaveram, hic forte ſcriptum oportuiſſe Ἀλλὰ πῶς ἐπιμεμελ. Sed nil opus eſt ut ſolicitetur αὐτὸς, quod percommode etiam hic ſtare videtur, *tu ipſe, ipſe per te.* Cæterum Schegkii ratio-

rationem placuisse Salmasio video, qui ita plane legendum censuit: οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ.

Ibid. παρά του. „παράθου. Lege παρά του, pro παρά τινος.“ WOLFIVS. „παράθου lectio est Ven. codicis. Sed recte cod. [ed.] Bas. & Salmant. παρά του. [Sic & reliquæ omnes editt. cum msstis.] Confer autem III. 9, 7 sqq. Respexit Epictetus verba Socratis apud Plat. in Alcib. I. p. 106. edit. Steph. Οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξεῦρες;“ VPTON.

Vers. 24. Τί δέ σοι, βέλτιστε; τίς μου * εἶ; Verba exhibui sicuti vulgo exhibent omnes: *asteriscum* vero adpinxi, in corruptelæ vel defectus signum; quoniam male adfecta esse verba persuasum habebam, certa vero medicina non succurrebat. WOLFIVS suspicatus erat: „Fortasse τί δὲ σὺ, βέλτιστε; τίς μοι εἶ;“ — VPTONVS hæc adnotavit: „Noster codex supplet μέλλει, corrupte, pro μέλει. Sed eleganter in hujusmodi locutionibus supprimitur μέλει, seu διαφέρει. Τί δέ σοι, βέλτιστε; *Quid tua refert, vir bone?* Mox, forsan τίς σύ εἶ; *Quisnam es tu?* Legit Salmasius: Τί δέ σοι, βέλτιστε, καὶ μοί; εἶτ' ἂν.“ — Mihi non liquet. An Τί δέ σοι, βέλτιστε, τί μου μέλει; An Τί δέ σοι, βέλτιστε, τὰ ἐμοῦ (vel τῶν ἐμοῦ) μέλει; Debuerat sedem notare Vptonus, quam verbo μέλει adsignarit ipsius codex. Nostri libri a vulgatis nil discedunt. Fortasse verum tetigit Wolfii conjectura.

Ibid. ἂν ἐπιμένῃς. ἄν ἐπιμείνῃς pc. & sic primum fuerat in pb.

Ibid. διαράμενος κονδύλους σοι δῷ. „Repetatur, *sane periculum est, ne* &c.“ WOLFIVS. διαράμενος, scil. τὴν χεῖρα, vel potius τοὺς κονδύλους, *sublatos pugnos tibi ingerat, sublatis pugnis colaphos tibi impingat.* διάρασθαι, *tollere ad feriendum* vel *ad cædendum.* In activo, διῆρκε τὸ ῥόπαλον, *sustulit clavam*, cum Budæo ex Luciano citavit H. Steph. ubi tamen nusquam illa dictio reperitur; sed in passivo, activa notione, apud Lucianum habes κοπίδα διηρμένος, in Toxari c. 55. T. II. p. 560. & διηρμένοι τοὺς ἄκοντας, *sublatis hastis*, ibid. c. 40. p. 548. Quæ exempla notari poterant ad illam formulam ἐκ διάρσεως apud Polyb. II. 33, 5. conf. Lexic. Polyb. in διάρσις.

Vers.

Vers. 25. Τούτου τοῦ πράγματος ἤμην ποτὲ ζηλωτὴς &c. „Ita hodie quoque loquuntur, qui videri quam esse malunt philosophi. Olim, inquiunt, cum ego incumberem philosophiæ, &c. quum tamen ne per transennam quidem aspexerint.“ SCHEGKIVS. Nempe in eamdem sententiam verba hæc ille interpretatus est, in quam Pericles apud Xenoph. Memorab. I. 2, 46. Alcibiadi dixit: καὶ ἡμεῖς, τηλικοῦτοι ὄντες, δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα &c. Quæ sententia haud male conveniret huic loco, si proxime præcedentia verba ita, ut fecit idem Schegkius, interpretari liceret, ut consularis loqui pergat, dicatque: *Quod si facere negotium mihi perrexeris, pugnos senties.* Sed, præterquam quod hanc interpretationem non facile patiuntur ista verba, obstare etiam videntur ea quæ sequuntur, πρὶν εἰς ταῦτα ἐμπεσεῖν, quæ haud dubie eo referenda videntur, quo WOLFIVS retulit, ad eumdem hunc locum hæc adnotans: „Hæc ad Epicteti personam refero, ut significet, *olim se cum divitibus* [nempe qui simul rudes essent literarum, & nullis bonæ disciplinæ principiis imbuti] *disputare solitum, priusquam eorum insolentiam & pugnos esset expertus.* Supra enim dixit, *Romæ hoc non satis esse tutum, quamvis Socraticum.*

CAPVT XIII.

TIT. Περὶ τοῦ Ἀγωνιᾷν. „Confer supra, cap. 2. & infra, cap. 16. Diog. Laërt. lib. VII. 113. Ἀγωνία δὲ, φόβος ἀδήλου πράγματος. Vide ibi Menagium.“ VPTON.

Vers. 2. ὁ κιθαρῳδός. „Vide II. 16, 2.“ VPTON.

Ibid. τοῦτο δ' οὐκέτι ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. „Horat. lib. I. Epist. 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras si volet, auferet idem.
Pone, meum est; inquit. Pono, tristisque recedo.“
VPTON.

Ibid. Post καλῶς κιθαρίζῃ, adjectum verbum ἀγωνιᾷ voluit Salmasius, quod e superioribus haud incommode subintelligi poterat.

Ibid. οὐκέτι ἐστὶν. οὐκ ἔστιν pc.

Vers. 3. Φέρε ὃν θέλεις ἰδιώτην. *Quemvis peritum artis adducito:* sic Wolfius & Vptonus. Ego SHAF-

TESBV-

TESBVRIENSI obsecutus sum, monenti: „οὐ θέλεις ἰδιώτην, *quemvis privatum, singulum hominem.* Nam τῷ ἰδιώτῃ hic opponitur ὄχλος, & οἱ πολλοί; non τεχνίτης, ut infra [vs. 15.] τεχνίτης τῷ ἀτέχνῳ. Vtriusque loci sensus non absimilis: sed servanda est distinctio.“ —

Vers. 4. ἢ τί ὄχλου ἔπαινος. Respicit forte Diogenis illam definitionem τῆς εὐδοξίας, I. 24, 6. *n.* — „In margine nostri codicis duæ proponuntur lectiones, οὐδὲ, & ἤ, pro ἢ τί.“ VPTON. — Hanc dein Notam delere jussit idem VPTONVS *in Addendis*, & illius vice hæc Adnotata reponere: „Conf. II. 16, 9. Respexisse videtur Epictetus ad ea quæ Charmidæ dixit Socrates apud Xenoph. Ἀπομν. III. 7. Vide etiam Aelian. lib. II. c. 1. Cicero de Fin. II. 15. Tusc. Disp. V. 36.“ — Scripturam quod adtinet, erant omnes istæ lectiones, quas in suo codice notatas Vptonus dixerat, e mssris codicibus ductæ. Sane ἢ τί ὄχλου habet quidem noster pa. cum editis; sed οὐδὲ ὄχλου pc. ἢ ὄχλου pb.

Vers. 6. καλῶ αὐτὸν. αὐτὸν καλῶ pc.

Ibid. καὶ τί ἔξεστι, καὶ τί οὐκ ἔξεστιν. Pro priori ἔξεστι, ἐστὶν dabant edd. ante Vptonum omnes. ἔξεστι scribere jusserunt Salmas. & Shaftesb. Et sic suo e codice edidit Vpton. In pc. sic scribitur: καὶ τί ἐστιν, καὶ τί οὐκ ἔστιν. In pab. prætermissa sunt hæc omnia, & ea quæ præcedunt, inde a verbis ἀλλ' ἐκ τοσούτου.

Ibid. τὰ νόμιμα. τὰ νομικὰ pa. in textu, sed νόμιμα in marg.

Vers. 7. ἢ ἀτφάλειαν γράφει. „*Aut securitatem scribit.* Intelligo *cautionem de recepto ære alieno*, qua quis sibi satisfactum esse testatur.“ WOLFIVS. — „Dicunt nostrates, *Gives security.* Vide Salmas. de Vsur. p. 131.“ VPTON.

Vers. 9. Olim sic edebatur, Πῶς γὰρ οὔ; Φοβεῖταί τις οὖν &c. Vbi hæc notarunt Interpretes: „Πῶς γάρ; οὐ Φοβεῖται &c Ita distingue.“ SALMASIVS. „Sed & altera distinctio defendi possit: Πῶς γὰρ οὔ; Φοβεῖταί τις — — κακῶν;“ VPTON. Salmasianam tamen distinctionem in contextu secutus est Vpton, & post κακῶν nudum punctum posuit, pro interrogandi signo: hac subjecta versione: *Quomodo enim. Non timet igitur quisquam ea quæ mala non sunt.* Ego alteram distinctionem e superioribus editionibus revocavi, quam flagitare videbatur consequentis orationis ratio; & loco Vptonianæ versionis Wolfianam substitui. Fateor tamen,

importunam quodammodo videri in ista connexione particulam οὐ ad πῶς γὰρ adjectam; quæ si abesset, a nemine desideraretur. — Hæc scripseram, non ausus mea auctoritate tollere negantem particulam. Ad extremum, quum eam abesse a nostro cod. pc. intelligerem, & ipse eamdem abjicere non dubitavi, sententia eâdem manente, quam cum Wolfio in versione expressi. Codices pab. quidem cum vett. editt. consentiunt. Cæterum paulo insolentior est phrasis φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος, *timere aliquid;* id enim græce proprie sonat φοβεῖσθαί τι, cum accusativo. Nam φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος aliâs idem valet ac φοβεῖσθαί τινι vel περί τινος, scilicet, *timere alicui, solicitum esse de re aliqua;* quemadmodum & mox vs. 11. ἀγωνιῶμεν ὑπὲρ τοῦ κτησιδίου idem sonat ac περὶ τοῦ κτησιδίου, *timere possessiunculæ*, nempe ne ea detrimentum capiat. At, quemadmodum eodem vs. 11. similiter dicitur ἀγωνιῶν περὶ τοῦ μὴ ψεῦδος ὑπολαβεῖν, & περὶ τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν, *timere ne falso adsentiamur, ne impetum contra naturam capiamus;* sic h. l. φοβεῖσθαι ὑπὲρ κακοῦ est *timere mali caussa*, scil. *ne nobis accidat malum.*

Ibid. ὑπὲρ τῶν μὴ κακῶν &c. Editio Cant. & Lond. anon. dant φοβεῖταί τις οὖν ὑπὲρ τῶν κακῶν μὲν &c. omissis operarum errore septem vocibus, quas habent ceteræ editiones cum msstis.

Ibid. ὥστε μὴ συμβῆναι; „Noster codex φοβηθῆναι; „VPTON. — Sic & pc.

Vers. 10. τὰ προαιρετικὰ δὲ πάντα ἐφ' ἡμῖν. „Conf. I. 22, 10.“ VPTON.

Vers. 11. ὑπὲρ τοῦ κτησιδίου. Perinde est, ὑπὲρ dicas, an περί. Mireris tamen, cur, quum & præcedat & sequatur περί, nunc ὑπὲρ ponatur. At nil mutant libri. Conf. ad vs. 9.

Ibid. μή τι περὶ τοῦ μὴ ψεῦδος ὑπολαβεῖν. Perperam περὶ τοῦ μὴ ψεύδους ὑπολαβεῖν dederant edd. Ven. & Bas. Hinc: „Lego ψευδῶς.“ ait WOLFIVS. — Sed ψεῦδος bene expressérunt edd. Gen. Col. & seqq. & jam ante illas editio Salmant. ut refert Vpt. Quod autem idem VPTONVS monuit, adverbialiter ψεῦδος usurpari pro ψευδῶς, ad Homer. Iliad. *ι.* [vs. 115.] provocans,

Ὦ γέρον, οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας καταλέξας.

id

id mihi hoc quidem loco ſecus videtur. τὸ ψεῦδος idem eſt ac τὸ ψευδὲς, *falſum*. Nihil vulgatius. In diverſa hic abeunt codices noſtri. Cum Ven. & Baſ. facit pa. Cum ceteris editt. pb. Sed pc. ſic, μή τι περὶ τοῦ ψεῦδος ὑπολαβεῖν, absque negante particula; quod *veriſſimum* videtur. Sic ſane mox omnes, pariter absque negatione, Μή τι (ſcil. ἀγωνιῶμεν περὶ) τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν;

Verſ. 12. ὡς ὁ ἰατρὸς. Caret ὁ pc.

Ibid. οὐκ εὐοδεῖ. *non eſt in bona via, non recte ſe habet.* „Vtitur verbo εὐοδεῖν M. Anton. VI. 17. ubi vide Gatak.“ VPTON. — τῷ εὐοδεῖν opponitur τὸ δυσοδεῖν, apud Noſtrum III. 19, 3.

Ibid. Φλεγμαίνει. Conf. II. 14, 21 ſq.

Verſ. 13. χρῶμα γὰρ. χρῶμα μὲν pc. absque γὰρ.

Ibid. Μετακλάζει &c. Homer. Iliad. ν'. 281. Perperam Μετακλάζει pbc.

Verſ. 14. Διὰ τοῦτο Ζήνων &c. „Simplicius in Epict. Ench. c. 51. Ἀντίγονος [ὁ] μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεὺς τῆς Συρίας γενόμενος, εἰπεῖν λέγεται, μηδέποτε ἑαυτῷ συνειδέναι ἀγωνιάσαντι, εἰ μὴ ὅτε Ζήνωνι συντυγχάνοι. καίτοι πολλοῖς ἄλλοις φιλοσοφοῦσιν ἐνέτυχεν. *Antigonus, qui poſt Alexandrum in Syria regnavit, dixiſſe fertur: Nunquam ſe angi & æſtuare ſolitum, quod ſciret, niſi quando cum Zenone congrederetur. Aliqui multos ille alios philoſophos adierat.* Vide præterea Diog. Laërt. in vita Zenonis lib. VII. 6. & Aelian. Var. Hiſt. lib. IX. c. 26.“ VPTON. — Falſum vero eſſe Simplicium de Antigono Syriæ rege, intelligendumque *Antigonum Gonatam*, Macedoniæ regem, monuit idem Vptonus in Indice & in Addendis; ubi inſuper etiam conferre juſſit Aelian. Var. Hiſt. VII. 14.

Verſ. 16. Poſt ἀρέσαι θέλω; poſt ὑπ' ἀνθρώπου; & poſt ἑκάτερον γίνεται; cum nudis punctis vulgo hæc diſtinguerentur, interrogandi ſigna poſui, monente VPTONO in Notis.

Ibid. οἶδας γὰρ τὰ μέτρα. „Nonnulli codices δὲ, pro γὰρ. Sæpe hæ particulæ locum inter ſe mutant. [De re] confer ſupra cap. 3. & infra, IV. 5, 17.“ VPTON. δὲ pro γὰρ temere hoc loco, ut ſæpius alibi, dabant editt. Genev. Col. Cant. & Lond. anon. de quo errore vide Not. ad I. 9, 2. Cautior eodem hoc loco, quam

aliâs, veram ſcripturam Vptonus ex Ven. & Baſ. reſtituit.

Ibid. μεμελέτητό σοι. Olim μεμελέτηταί σοι. Sed — „Noſter codex & ms. Pariſ. μεμελέτητό σοι.“ VPTON. — Sic pab. quod amplexus ſum. Sic rurſus infra, vſ. 24. plusquamperfectum μεμελετήκει habes: & ibi quidem diverſa nonnihil ratio.

Ibid. γίνεται. γίγνεται pa.

Ibid. Διατί οὖν σὺ. διατί δὲ σὺ pb.

Verſ. 17. Πῶς μ' ἀποδέξεται; „Vide Enchir. cap. 33. ſect. 13. [cap. 52. e Wolfii recenſ.]“ VPTON.

Verſ. 18. ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ. „Noſter codex δοκεῖ: & mox τὰ περί σου, pro παρά.“ VPTON. In utroque errore codex ille conſentientem habet noſtrum pb.

Ibid. Δύναται δ' ἄλλου μὲν εἶναι ἁμάρτημα &c. Conf. I. 28, 10.

Verſ. 19. εἶτ' οὐκ ἔστι σοι γάρ. „Inſerui σοι ex noſtro codice.“ VPTON. Agnoſcit idem pronomen noſter codex pc. ſed ignorat γάρ.

Ibid. μὴ ἐκπρουσθῶ. Interpretatus ſum, *ne de ſtatu mentis deturber*, vel *dimovear*; præeunte VPTONO in Indice, ubi ad M. Anton. provocat, V. 9. ἀλλ' ἐκπρουσθένλα, πάλιν ἐπανιέναι. At ibi quidem ἐκπρουσθῆναι nil aliud ſonat, quam *excidere auſu*; quod aliâs ἐκπίπτειν dicunt, ut Lucian. in Peregrin. c. 35. T. I. p. 77. φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην. Atque ita etiam h. l. Wolfius *ne excidam* vertit. Dicunt vero etiam ἐκπρούειν τοὺς λογισμούς, *rationem deturbare*, ut apud Plutarch. p. 450. cujus verba ibidem Vptonus citavit: τὰ ἐπιγινόμενα πάθη ἐκπρούει τοὺς λογισμούς, εἰς τὰς ἐνανλίως πράξεις βιαίως προωθοῦνλα. Quam in ſententiam & Noſter φανλασίας ἐκπρουστικὰς τοῦ λόγου dicit II. 18, 29.

Verſ. 20. τὸ Δίωνος ὄνομα. „Vide ad II. 2, 23.“ VPTON.

Verſ. 21. ἐμελέτας. ἐμελέτησας pc.

Ibid. Συλλογισμοὺς καὶ μεταπίπτονλας. Vulgo hoc ita accipiunt omnes, ut ſit reſponſum ad quæſtionem proxime præcedentem. Vide vero, ne commodius & hæc ut Epicteti verba ſint intelligenda. Quod ſi ita ſit, erit & poſt μεταπίπτονλας interrogandi ſignum ponendum.

nendum. Sed id quidem parum refert. Quod si hæc verba responsum continent ad proximam quæstionem; desiderabitur paulo ante responsio ad istam quæstionem, Λαλεῖν οὖν οὐ μεμελέτηκας; & videri poterit ibi intercidisse verbum Μεμελέτηκα. De rationibus illis vel argumentationibus, quas Μεταπίπτουσας dicit, verba feci (nam rem a me confectam & ad liquidum deductam esse profiteri non ausim) in Notis ad I. 7, 1. Peculiare est quod hic habet codex noster pc. συλλογισμοὺς εὖ μεταπίπτουσας.

Ibid. ἀπαραποδίστως. „Noster codex ἀπαρεμποδίστως.“ VPTON. Sic & pb. Parum interest: sed altera forma verior videtur. Vide Indicem, & conf. Not. ad I. 1, 10. & ad Enchir. cap. 1. sect. 2.

Ibid. Ναί. Caret pc.

Vers. 22. ἱππεὺς οὖν ὤν. Participium ὤν, quod ignorant cæteri, adjeci ex pc. Ad rem quod pertinet, commode VPTONVS monuit, *in Addendis* ad Notas: „Respicit ad proverbium, quo utitur Plato in Theæteto, ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖσθαι.“

Vers. 23. μηδὲ ἀγνόει σου τοὺς μυρίους. „Vide supra II, 2, 25. & Enchir. cap. 14. [c. 20. Wolf.]“ VPTON.

Ibid. ταύτην τὴν λαβήν. „ταύτην est ex nostro codice: deest in reliquis.“ IDEM. In ταύτην consentit pc. λαβὴν correxi; & sic recte pc. Mendose λάβην edd. λώβην pa. βλάβην pb.

Vers. 24. ὁ πρὸς τοὺς τυράννους οὕτω διαλεγόμενος. „De XXX tyrannis, tum temporis rerum imperio potitis, vide Xenoph. Hist. Græc. lib. II. p. 461. edit. Leuncl. Vide quoque Socratis sermonem cum Critia, qui unus erat e XXX. apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. p. 716. [c. 2. s. 33 sqq.]“ VPTON.

Ibid. ὁ πρὸς τοὺς δικαστάς. „Vide Apolog. Socratis apud Xenoph. & Platonem.“ IDEM.

Ibid. ὁ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. „Vide Platonem in Critone, & Phædone.“ IDEM.

Ibid. Λέγειν Διογένης μεμελετήκει &c. „De Alexandri Macedonis cum Diogene congressu, vide lib. III. 22, 92. Meminit aliorum sermonum regis istius cum Cynico Plutarchus in vita, nec non Dio Chrysost. Orat. IV. — Πρὸς Φίλιππον, scil. cum pro exploratore ad Philippum Alexandri Magni patrem adductus est: vide III. 22, 24. — Πρὸς τοὺς πειρατάς. Captus est a piratis

Diogenes, cum in Aeginam navigaret. vide IV. 1, 115. — Πρὸς τὸν ὠνησάμενον, scil. Xeniadem, a quo emptus est. vide ad IV. 1, 116." VPTON.

Ibid. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Caret τῷ pb.

Vers. 25. * Ἐκείνοις, οἷς μεμελέτηκε, τοῖς θαῤῥοῦσι. Quum absque *asteriſco* hæc vulgo ita edita eſſent, monuit WOLFIVS: „Suſpectus locus, niſi τὰ θαῤῥοῦντα pro θαῤῥύνουσα accipias: *Eo ſic locutus eſt, quod ea meditatus erat, quæ confirmant animos.*" — Tum VPTONVS: „Vertit Schegkius, *His permitte iſta;* Wolfius, *Hæc illis permitte:* i. e. ἄφες ἐκείνοις. Sed deeſſe nonnulla credo. Hoc modo itaque excudendum oportebat: τὸν ὠνησάμενον αὐτόν. * * * Ἐκείνοις, κ. τ. λ." — Salmaſius etiam Ἄφες ἐκείνοις legere juſſerat. At ne ſic quidem verbis illis, οἷς μεμελέτηκε, conſtat ratio: oportebatque vel οἷς μεμελέτηται, vel οἷς μεμέλληκε, ſcil. τοῦτο aut ταῦτα. Tentaveram equidem ſic conſtituere locum: Ἐκείνοις ἃ μεμελέτηται, (vel Ἐκείνοις ἃ aut ὧν μεμέλληκε,) τούτοις θαῤῥοῦσι. id eſt, *Quibus in rebus illi ſe exercuerunt* (aut, *Quæ res illis curæ fecerunt*,) *in his illi confidunt.* Sed quoniam certi nihil definiri poſſe putavi, Vptono obſecutus, vulgatam ſcripturam præmiſſo aſteriſco, ut defectus vel corruptelæ ſigno, expreſſi. Auxilii nihil offerunt libri.

Vers. 26. Σὺ δ' ἐπὶ τὰ σαυτοῦ βάδιζε. ἐπὶ τὰς αὐτοῦ ed. Ven. Baſ. Gen. & Col. Sic & noſtri codd. pab. Sed WOLFIVS in Notis ἐπὶ τὰ σαυτοῦ ſcripſit, *Tu ad tua te confer;* monuitque: „Rejicit eum qui otioſe argutatur, neglecta rerum neceſſariarum meditatione." — SHAFTESBVRIENSIS vero notavit: „Editio Baſ. τὰς, non τὰ. Præcedebat ergo vox fœminina pluralis. Sed iſta plane meditata, neque a Commentatore reſtituta ſunt. Vetus interpres, [Schegkius] in vertendo fœpiſſime infelix, cui tamen hic aſſentior, [*tu ad tuas accedito artes*] videtur ſubintellexiſſe τέχνας. Sic ſupra, II. 9, 10." — Denique VPTONVS: „Noſter codex, τὰ σαυτοῦ." Sic vero, Wolfium ſequentes, jam ante Vptonum dederant editores Cant. & anon. Lond. Sic & noſter cod. pc. Eamdem emendationem commendaverat Salmaſ.

Ibid. κἀθησο. Sic pa. cum edd. κἀθισο pb. κἀθισον pc.

Ibid. πλέκε συλλογισμούς. Vide ad I. 29, 24.

Vers.

Verſ. 27. Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ. „Verſus jambicus, ſed neſcio unde; modo legas:

Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ ἡγεμὼν πόλεως ἀνήρ.

Hoc eſt: Non tu dignus es ad obeundum Philoſophi munus.“ VPTON.

CAPVT XIV.

TIT. Πρὸς Νάσωνα. „*Naſo*, Romanorum cognomen; celebre inprimis ab Ovidio, ſic dicto.“ VPTON.

Verſ. 1. μετὰ τοῦ υἱοῦ. Articulum τοῦ, qui deerat vulgo, adjeci ex pc.

Ibid. ἑνὸς ἀναγνώσματος. Vide notata ad I. 10, 8. & ad I. 26, 1.

Ibid. ὁ τρόπος ἐστὶ. Deeſt ἐστὶ pc.

Verſ. 2. ἐρεῖν. „Ms. Pariſ. εὑρεῖν, pro ἐρεῖν. Mox ἔφη, poſt ἔχει, deeſt in noſtro cod. & Ms. Pariſ.“ VPTON. εὑρεῖν male pab. In eisdem deeſt ἔφη. Pc, vero, pro eo quod edebatur, κόπον ἔχει, ἔφη, ſic dedit, κόπον, ἔφη, ἔχει, quod recepi.

Ibid. Poſt ἀπείρῳ αὐτῆς nullam diſtinctionem ponunt Ven. Cant. Lond. anon. & Vpt. Ad eam rationem Wolfius hunc locum ita convertit: *Omnis ars moleſtiam habet, cum indocto & ipſius imperito traditur.* Ego cum noſtris codd. & ed. Baſ. Gen. & Col. interpoſita diſtinctione, verba τῷ ἰδιώτῃ καὶ ἀπείρῳ αὐτῆς ad κόπον ἔχει retuli. Sic enim & mox vſ. 5. ait, ἡ μὲν μάθησις ἀνιαρὰ μάλιστα τῷ ἰδιώτῃ παρατυγχάνοντι.

Verſ. 3. Καὶ τὰ μὲν. Forſan καίτοι τὰ μὲν, *quamquam ea quidem.* Quod ſi enim nude Καὶ τὰ μὲν legas; videri poterat deeſſe alterum orationis membrum, quod a δὲ incipiat, & ad illud μὲν referatur.

Ibid. καὶ ἀγωγὸν. Vulgo omnes καὶ ἐπαγωγὸν, quod ea notione, quæ hic locum habet, magis frequentatur. Sed ἀγωγὸν ſuum dare codicem & Pariſ. monuit Vptonus; quod ego haud dubie recipiendum putavi; nam eodem vocab. utitur Noſter III. 22, 89. & ejusdem fere ætatis ſcriptores; Plutarchus, δύναμις ἀνθρώπων ἀγωγός; & Maximus Tyrius, οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ἀγωγότερον; quæ exempla H. Stephanus adnotavit. Qui ἐπαγωγὸν huc invexit, is, cum ſimplicis vocabuli uſum ignoraret, alteram ſcripturam truncatam putaverat. In καὶ ἀγωγὸν conſentiunt pab. In pc. eſt ἔχει τι ἐπαγωγὸν, absque καὶ. cf. Enchir. c. 34 ſub fin. & ibi var. lect.

Vers. 4. Vulgo omnes sic: Καὶ γὰρ σκυτεὺς πῶς μὲν μανθάνει τις παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀπρεπές. Ad quæ VPTONVS: „Pro ἀπρεπὲς legendum ἀτερπές: ita mox infra ἀτερπέστατον τὸ μάθημα. Cætera sunt etiam luxata & corrupta. Quid si hoc legas modo? καὶ γὰρ σκυτέως μάθημα, εἴ τις θέλει παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀτερπές. *Etenim sutoris disciplina, si quis adesse vult & eam assequi, injucunda est.*" — Equidem ἀτερπὲς haud cunctanter recepi; (cui opponitur ἐπιτερπὴς, vers. 6.) cætera ferri posse putavi, naturalem verborum seriem hujusmodi intelligendo: καὶ γὰρ ἀτερπὲς, παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν πῶς μὲν μανθάνει τις σκυτεύς. Quod πῶς μὴν pro πῶς μὲν expressum est in Vptoniana editione, error operarum est, editioni isti proprius. In pravum ἀπρεπὲς consentiunt mssti omnes. Pro σκυτεὺς vero, σκυτέως habet pc. quod vide an verum sit, τέχνην intelligendo; at sic oportebat, ni fallor, τὴν τοῦ σκυτέως, vel saltem τὴν σκυτέως.

Vers. 5. τῷ ἰδιώτῃ παρατυγχάνοντι. Vulgo omnes, ἀποτυγχάνοντι, id est, quemadmodum in Notis interpretatur Vptonus, (nam in contextu versionem hujus vocis cum Wolfio prorsus præteriit) *qui eam assequi nequeat.* Sed: „Noster codex, ait idem VPTONVS, παρατυγχάνοντι, quam lectionem si magis probes, verte: *qui forte adest.*" — Haud cunctanter hæc scriptura in Græcum contextum adoptari debuit. Eamdem opportune obtulit noster pc. sed perperam idem paulo ante, κάθισις, pro μάθησις.

Vers. 7. τὴν αὐτοῦ βούλησιν συναρμόσαι. αὐτοῦ ex superioribus edd. revocavi, quibus adstipulantur codd. pabc. Temere αὑτοῦ Vpton, ut alibi. De re confer Enchir. c. 8. (cap. 13. e Wolfii recens.

Vers. 8. τοῖς συστησαμένοις. τοῖς συνισταμένοις pc.

Ibid. ἀταράχως διεξάγειν καθ' αὑτὸν, μετὰ τῶν κοινωνῶν τηροῦντα τὰς σχέσεις &c. Post μετὰ τῶν κοινωνῶν comma vulgo ponebant cum ed. Bas. & ista verba ad superiora referebant. (Sic & codd. pbc.) Ad quam rationem Wolfius etiam interpretatus est: *citra perturbationem, nostro arbitratu ætatem degamus cum sodalibus* &c. Eodemque fere modo VPTONVS, qui tamen in Notis delendum comma post κοινωνῶν innuit, adjecta hac interpretatione: *citra perturbationem ut degant quantum ad se pertinet, ut cum sociis observent relationes tam naturales quam accersitas.* Recte sane. (Et ignorant

rant ibi distinctionem ed. Ven. & codex pa.) In reliqua vero oratione hoc versu nota etiam anacoluthon, quod jam subinde observavimus, nempe transitum a plurali numero ad singularem: modo dixerat τοῖς συστησαμένοις; nunc, καθ' αὑτὸν, & τηροῦντα. Vide ad I. 24, 14. Pro κοινωνῶν, perperam κοινῶν est in pb.

Ibid. σχέσεις τάς τε φυσικὰς καὶ ἐπιθέτους. „*Affectiones & naturales, & accersitas*, id est, voluntate susceptas, cujusmodi sunt affinitatis & amicitiæ.“ WOLFIVS. „Vide III. 2, 4. IV. 8, 20. & M. Anton. VIII. 27.“ VPTON.

Ibid. τὸν σύνοδον. Sic scripsi accentu retracto, pro eo quod consentientibus nostris msstis acute vulgo hic scriptum erat, τὸν συνοδὸν. Analogia illud desiderabat. Quod si quis vero fortasse, distinctionis caussa, ne cum ἡ σύνοδος confundatur, acute ὁ συνοδὸς scribendum statuat; dicam, similia composita, veluti ἔφοδος, in masculino æque ac in fœminino genere antepenacute scribi. Vide Lexic. Polyb. in Ἔφοδος. Apud Hesych. habes: Σύνοδος. πολλῶν παρουσία· ἢ συναθροιπόρος. Et σύνοδον, antepenacute, recte editum apud Nostrum IV. 1, 97 consentientibus libris omnibus.

Vers. 11. τίνα ταῦτα. Λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. Sic distinguendum monuit Vpton in Notis. *Quærimus igitur, quænam ea sint. Dicunt Philosophi* &c. Recte sane. Vulgo omnes, τίνα ταῦτα λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι; *quænam ea esse dicant philosophi.*

Ibid. καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν. „Vide I. 14, 13 sq. II. 8, 14. Sic Socrates apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. II. [c. 1. s. 19.] πάντα ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα, καὶ πρατ[ό]μενα, καὶ σιγῇ βουλευόμενα.“ VPTON.

Vers. 12. Εἶτα, (scil. μαθεῖν δεῖ) ποῖοί τινες εἰσίν. Vulgo omnes interrogative, Εἶτα ποῖοί τινες εἰσίν; Sed, sine interrogatione hæc legenda, monuit Vpton in Notis.

Ibid. οἷοι γὰρ ἂν ἐκεῖνοι εὑρεθῶσι. „Conf. Enchir. c. 31. [c. 38. recens. Wolf.]“ VPTON.

Ibid. κατὰ δύναμιν. „Noster codex κατὰ ὁμοίωσιν. Recte, κατὰ δύναμιν. Vide Xenoph. Ἀπομνημ. I. 3, 3. ubi Socrates Hesiodi istud laudat,

Καὶδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσι.“

VPTON. — Veram scripturam tenent nostri libri.

Ibid. ἐξομοιοῦσθαι ἐκείνοις. „M. Anton. X. 8. Μεγάλως συλλήψεταί σοι τὸ μεμνῆσθαι Θεῶν, καὶ ὅτι περ

οὐ πολακεύεσθαι οὗτοι θέλουσιν, ἀλλὰ ἐξομοιοῦσθαι ἑαυτοῖς τὰ λογικὰ πάντα. *Multum conducet, meminisse Deorum, quod nolunt illi ratione præditos ipsis adulari, sed similes ipsis fieri.* Respexisse M. Antoninum existimat Gatakerus ad Plat. de Leg. I. 4. Τίς πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τὸ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. *Quænam est actio Deo amica & consentiens? Una, & quæ una ratione nititur antiqua,* &c." VPTON.

Vers. 13. μεγαλόφρον. Revocavi veriorem scripturam ex vett. edd. Cum accentu in antepenultima μεγάλοφρον dederat Vpt. cum Cant. & Lond. anon. quod verum videri poterat pro regula Grammaticorum, quæ præcipit, adjectiva composita in ων exeuntia, in neutro genere retrahere accentum: sed ab ea lege discrte iidem Grammatici excipiunt adjectiva ex φρὴν composita. In eam scripturam, quam restituimus, consentiunt codd. pab. sed in pa. recentior manus, male sedula, in fine adjecit α, ut sit μεγαλόφρονα, quod ipsum h. l. perperam etiam habet pc.

Vers. 14. Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι, ὅτι &c. Post ἐρῶ σοι vulgo omnes majori puncto distinguunt orationem, quod & Vptonus in contextu tenuerat, sed in Notis tollendum illud monuit. „συγκαθῇς, a συγκαθίημι, ut supra." WOLFIVS. „Distingue: Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι ὅτι &c. *Si modo assentiri poteris, dicam tibi, oportere te primum,* &c." VPTON. At nihil nunc de *adsensu* dicit Epictetus: id Græce foret ἂν συγκατάθῃς, a verbo συγκατατίθεμαι. Aliud est συγκαθίημι, scil. ἑμαυτὸν, *immitto me,* de quo vide II. 12, 13. Et intelligitur εἰς τὴν σκέψιν, ut ait I. 2, 4. aut εἰς τὴν ζήτησιν, aut simile aliquod nomen. conf. I. 7, 3. *Si nobiscum immittere te in hanc considerationem, in hanc disquisitionem volueris.* In eamdem fere sententiam vs. 20. ait, πῶς δύνασαι ἀνασχέσθαι μου, καὶ ὑποσχεῖν τὸν ἔλεγχον, καὶ παραμεῖναι;

Ibid. πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. *Oportet te primum vocabula intelligere.* ὅτι δεῖ σε πρῶτον pb. Rem quod adtinet: — „Confer supra, cap. 10. Πῶς ἂν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων κ. τ. λ. & vide I. 17, 12. II. 11, 4 sq. M. Antonin. lib. X. s. 8. Ὀνόματα θέμενος σαυτῷ ταῦτα, ἀγαθὸς, αἰδήμων, ἀληθὴς, ἔμφρων, σύμφρων, ὑπέρφρων, πρόσεχε μή ποτε μετονομάζῃ, καὶ ἀπολλύεις (scribe ἀπολλύῃς) ταῦτα τὰ ὀνόματα, καὶ ταχέως ἐπάνιε

ἐπ'

ἐπ' αὐτά. *Nomina tibi ubi ſumſeris iſta, boni, modeſti, veracis, prudentis, unanimis, magnanimi; cave, ne quando transnomineris, & amittas denuo nomina iſta; celeriterque (ſi quid tale contigerit) ad ea revertaris.* Fortaſſe autem hoc modo legendus eſt hic Marci locus: μή ποτε μετονομάζῃ· κἂν ἀπολλύεις [ſic jam Mer. Caſaub. at oportebat ſaltem κἂν ἀπολλύῃς] ταῦτα τὰ ὀνόματα, ταχέως ἐπάνιε ἐπ' αὐτά. id eſt: *Ne transnomineris: ſin amittas iſta nomina, haud mora ad ea reverte.* Cæterum non Stoici ſolum, ſed & Socrates vocabulorum cognitionem atque inquiſitionem apprime utilem exiſtimabat; uti monui ad I. 17, 12. Plato in Cratylo: Ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται δὲ τὰ πράγματα. Vnde Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσ. Ἀριστα λέγεται παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν." VPTON.

Verſ. 15. Οὕτως, ὡς οἱ ἀγράμματοι ταῖς ἐγγραμμάτοις Φωναῖς. *perinde ac illiterati literatis vocibus (utuntur.)* Monui ad I. 20, 4. τὴν ἐγγράμματον Φωνὴν ibi nihil aliud ſonare, niſi *vocem articulatam*, id eſt, linguam, ſive ſermonem quo utuntur homines. Ad eam rationem hæc fuerit mens Epicteti: *tu vocabulis in philoſophorum ſcholis uſitatis ita uteris, ut homines illiterati utuntur vocabulis vulgari ſermonis uſu tritis;* ſcil. ut nec certam nec diſtinctam notionem habeant rerum quæ verbis deſignantur, nec in uſu verborum & ſermonis certa principia habent, ut rationem reddere queant, cur ſic potius, quam aliter, ſit dicendum. Sed neſcio an τὰς ἐγγραμμάτους Φωνὰς ea verba dicat, quæ non tam in communi ſermonis uſu verſantur, quam *quæ ἐν τοῖς γράμμασι*, id eſt, *in libris, in poëtarum & doctorum virorum ſcriptis maxime occurrunt:* quorum verborum veram vim minus etiam perceptam habent illiterati homines; ita ut, ſi nihilominus eis uti in ſuo ſermone audent, magis etiam vacillent, & a vero ſæpe plurimum aberrent. Id ſi dicere Epictetus voluit, non incommode fortaſſe latine *literatas voces* dixeris, utpote ab hominum *illiteratorum* uſu alienas. Schegkius ſic interpretatus eſt: *Ita ſcilicet uteris, tamquam artis grammaticæ ignari vocibus grammaticis.* Germanicus interpres in hanc ſententiam: *ut ii, qui artis ſcribendi non bene gnari ſunt, utuntur verbis præſcriptis.* Rectius fortaſſe fuerant: *ut, qui artis legendi non*

non bene gnari sunt, scriptis utuntur verbis; nempe hariolantur, vacillant, & sæpe unum pro altero legunt.

Vers. 16. Φέρε ὃ θέλεις ὄνομα, [ἀγαθὸν καὶ κακὸν,] καὶ βασανίσωμεν αὐτοὺς εἰ παρακολουθοῦμεν. „Noster codex delet ἀγαθὸν καὶ κακὸν, & pro αὐτοὺς habet αὑτοὺς: sed forsan αὐτὸ legendum, & referendum ad ὄνομα; hoc modo: Φέρε ὃ θέλεις ὄνομα, καὶ βασανίσωμεν αὐτὸ, εἰ παρακολουθοῦμεν. *Affer quodvis vocabulum, & in id inquiramus, utrum intelligamus.*“ VPTON. — Genuina si sunt verba ἀγαθὸν καὶ κακὸν, non ego cum Wolfio Vptonoque interpreter *vocabulum bonarum & malarum rerum*, sed, *Bonum & Malum*; id est, *verbi caussa*, *hoc ipsum nomen*, *Bonum*, aut hoc, Malum; (particula καὶ, ut passim alibi, pro ἤ accepta) ut nempe hæc adserat tamquam exempla vocabulorum, quæ perpetuo omnium in ore versantur, (cf. mox vs. 19. & cap. 17. vs. 2 & 10.) cum tamen vis eorum fere a nemine percipiatur. Sed abesse facile patiar; & saltem ut suspecta *uncis* inclusi ista verba. Agnoscunt tamen eadem verba nostri codices pab. Pc. vero ἀγαθὸν κακὸν habet, absque καὶ copula. αὐτοὺς nunc consentiente suo codice edidit Vptonus: ego id, quod æque probum & familiare Epicteto est, αὑτοὺς (pro ἑαυτοὺς vel ἡμᾶς αὐτοὺς positum) e superioribus edd. restitui. Consentiunt tamen nunc in αὐτοὺς pbc. Neque vero ulla caussa est, cur αὐτὸ malimus. Vt hic αὐτοὺς, sic II. 19, 6. τὴν ἐμαυτοῦ φαν[ασίαν βασανίσαι ait.

Vers. 17. Ἀλλ' ἀνιαρὸν τὸ ἐξελέγχεσθαι &c. „Naso: *At molestum est*, &c. Epictetus: *Novi equidem* &c.“ VPTON. At non opus est, ut ipsum Nasonem ista, Ἀλλ' ἀνιαρὸν &c. dixisse statuamus. Satis erit, ut ejus nomine ea dixisse Epictetum intelligamus: atque, ita capienda ista verba, satis ostendunt illa, κἂν οὕτο τύχῃ.

Ibid. τὰς τρεῖς στρατείας. Cum στρατιὰς vulgo darent omnes, monuit Vpton in Notis, στρατείας etiam legi posse. Ego vero omnino hoc restituendum putavi; quo in eadem re utitur Noster IV. 1, 39. & Polyb. VI. 19, 1. Vocab. στρατεία nonnumquam pro στρατιᾷ, id est, pro *exercitu*, usurpatur; (de quo dixi ad Polyb. I. 9, 3.) στρατιὰ vero pro στρατείᾳ, pro *militia* vel *stipendiis militaribus* numquam, nisi ex librariorum errore. Veram scripturam, στρατείας, hoc loco habet noster

noſter cod. pb. De re, quæ hic agitur, vide omnino Not. ad IV. 1, 39.

Verſ. 18. Τίνος δ' ἂν καὶ Φανλασθείης, ὡς ἐνδέονλος; „Forte ὡς ἐνδεόμενος." VPTON. — Bene habet ἐνδέονλος, ſcil. σοὶ; pro illa hujus verbi conſtructione, ἐνδεῖ μοι τούτου.

Ibid. Vulgo omnes iſta conjungebant, ὁ Καῖσαρ σε οἶδεν ἐν Ῥώμῃ, & a ſequentibus interpoſito commate ſeparabant. Sed bene monuit VPTONVS: „Diſtingue, ὁ Καῖσαρ σε οἶδεν, ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς &c. *Cæſar te novit, Romæ multos amicos habes.*" — Cui obſecutus ſum. Vitioſam diſtinctionem cum editis tenent noſtri mssti.

Verſ. 19. καὶ τὸν κολοφῶνα ἐπιθῶ. Ante Vptonum omnes, καὶ τὸν κολοφῶνα πείθω. (Sic & pabc.) Vbi WOLFIVS: „τὸν κολοφῶνα accipio, ut τὸ κεφάλαιον, & καὶ τὸ μέγιστον. Fortaſſe legendum, καὶ τὸν κολοφῶνα δὲ ἂν πείθω ὅτι οὔτε &c." — VPTONVS vero: Noſter codex in marg. pro πείθω, ἴσως ἐπιθῶ. Recte omnino. Κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, proverbialis locutio ſatis nota; *colophonem addere*, cum ultima manus operi imponitur. Vide Suid. Τὸν κολοφῶνα ἐπίθες. Diog. Laërt. lib. X. ſ. 138. Καὶ φέρε οὖν δὴ νῦν τὸν κολοφῶνα (ὡς ἂν εἴποι τις) ἐπιθῶμεν." — Sic vero jam perſpecte SCHEGKIVS h. l. interpretatus erat: *& ut Colophonem (quod dici ſolet) tandem imponam;* ubi in Græcis, SALMASIVS, ἐπιθῶ pro πείθω ſcribendum adnotavit.

Verſ. 20. καὶ τὸ μὲν τῶν ἄλλων. „καὶ ex noſtro codice inſerui. Dele autem interrogationem poſt κακόν; Angl. *and as for the reſt, it may be ſuffer'd.*" VPTON. — Interrogandi ſignum, quod cum ed. Cant. & Lond. anon. poſt κακὸν poſuerat Vptonus, delevi monente eodem. Tenui vero καὶ, quod ille e ſuo cod. recte adſciverat; ſed incommode idem copulativam vim huic particulæ nunc tribuit, quæ hoc loco nullam fere aliam vim habet, niſi quod apodoſin orationis incipiat, cujus protaſis ab illis verbis, ἓν οὖν σοι δείξω &c. vſ. 19. progrediebatur.

Ibid. ἀνασχέσθαι μου. ἀνέχεσθαί μου pb. Perinde eſt. Poſt iſta verba autem intelligi participium λέγοντος debebit, niſi librariorum negligentia intercidit; nam duriuſcula ea ellipſis videtur.

Verſ.

Vers. 21. εἰ μὴ καὶ τὸ ἔσοπτρον τῷ αἰσχρῷ. Temere in pc. omissa sunt verba τῷ αἰσχρῷ, atque etiam καὶ post εἰ μή.

Ibid. αὐτὸν αὐτῷ. αὐτὸν αὑτῷ pb.

Ibid. εἰ μὴ καὶ ὁ ἰατρὸς τὸν νοσοῦντα δοκῇ ὑβρίζειν, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ. Sic quum præeunte editione Cantab. & Lond. anon. edidisset VPTONVS, hæc ad hunc locum adnotavit: Hæc lectio est recentiorum codicum; quos, cum nullius sint auctoritatis, male fortasse hic sequimur. Editio Ven. & Bas. habent ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν. Cod. Salmant. δοκῇ * αὐτὸν, & in marg. * ἄνον. id est, ἄνθρωπον. Certe αὐτὸν sententiam turbat; nec placet ἄνθρωπον. Quid si αὐτόθεν reponas? *Nisi medicus ægroto statim contumeliam facere videatur.* Vel potius pro νοσοῦντα legendum νοσοῦντι, hoc modo: Καί τοι τί σοι ἐγὼ κακὸν πεποίηκα; εἰ μὴ καὶ τὸ ἔσοπτρον τῷ αἰσχρῷ, ὅτι δεικνύει αὐτὸν αὐτῷ, οἷός ἐστι· εἰ μὴ καὶ ὁ ἰατρὸς τῷ νοσοῦντι, ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν, ὅτι εἴπῃ, κ. τ. λ. *Et quid mali ego tibi feci? nisi id quod speculum deformi, cum eum sibi ipsi ostendit qualis est: nisi & medicus ægroto* mali quid facit, *cum videtur eum contumelica afficére, quod dicat,* &c." Hæc VPTONVS; quibus fruatur si cui placent; mihi non fecerunt satis. Sed quum haud dubie corrupta videretur veterum editionum scriptura, ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ· (in quam quidem & scripti nostri libri consentiunt omnes) neque vero certius aliquid ego haberem; probavi illorum Editorum rationem, qui ὅταν ante δοκῇ, & αὐτὸν quod sequebatur, deleverunt; quibus Wolfius præiverat, sic vertens: *nisi forte medicus contumeliam ei facere videatur, cui morbum suum demonstrat;* quorum rationem ipse etiam Vptonus noster in contextu tenuit. Eodemque modo Græca constituere verba jusserat Salmasius. Illud autem vereor ne non satis commodum sit, δοκῇ in subjunctivo, post εἰ μή, ubi vel indicativus δοκεῖ suo loco stabat, aut optativus δοκοῖ. Subjunctivus huc invectus fuerit, postquam per errorem librarii, oculo aberrantis ad sequentia, particula ὅταν erat importune intrusa. Paulo ante, quod ait τί σοι ἐγὼ κακὸν πεποίηκα; expoliendæ orationis studiosior auctor τί σε erat dicturus.

Ibid. Ἄνθρωπε, δοκεῖς μηδὲν ἔχειν. „Fortasse δοκεῖς μοι δεινῶς, ac potius μὴ εὖ ἔχειν. *videris mihi male affectus.* μηδὲν ἔχειν, *nihil habere,* quorsum pertineat,

tineat, non video." WOLFIVS. — „Sed nil mutandum cenſeo. Legendum interrogative, ut ſit ſenſus: *Mi homo! credisne te nihil habere?* (i. e. nullo morbo laborare.) *Immo febricitas, πυρέσσεις δέ.*" COMES SHAFTESBVRIENSIS. — „Editio Salmant. *μηδὲν* * *ἔχειν*, & in marg. * *προσέχειν*. Tamen diſtinctio & interpretatio Viri Nobilis magis mihi placet." VPTON. — Vtique recte habet vulgata. *δοκεῖς μηδὲν* (ſcil. *κακὸν*) *ἔχειν*. Vt enim dicunt Græci *πράγματα ἔχειν*, *moleſtias habere*, ſic & *ὀνείδη ἔχειν*, & *πληγὰς ἔχειν*, & *κακὰ ἔχειν*, & ejusmodi alia; ut monuit H. Steph. in Theſauro ad hoc verbum. Cæterum perinde eſt, interrogative legas cum Shaftesburio, an absque interrogatione in hunc modum: *Tu putas nihil mali te habere; at febricitas.* Ac videtur etiam hæc ratio propemodum commodior.

Ibid. *ἀσίτησον σήμερον, ὕδωρ πίε.* Sic recte Gen. Col. Cant. & ſeqq. niſi quod Col. & poſt *σήμερον* comma poſuit, & poſt *ἀσίτησον*. Mendoſe Ven. & Baſ. *ἀσίτητον, σήμερον ὕδωρ πίε.* Quo refertur WOLFII Nota: 'Ασίτησον σήμερον lego." — Conf. III. 13, 20. Mendoſum *ἀσίτητον* tenet etiam noſter pc. Ceteri verum tuentur; & *σήμερον* cum præcedente verbo jungunt omnes.

Ibid. Καὶ οὐδεὶς λέγει. Pro *καὶ*, deſiderabam *καί τοι* vel *καὶ μὴν*, *atqui nemo dicit.* At vulgatum tuentur libri omnes. Et ipſum *καὶ* per ſe eamdem vim, ac *καί τοι*, poterit habere; neque ſolicitatum illud velim.

Verſ. 22. *ἐπιβολαὶ ἀνομολογούμεναι.* Temere *ἀμελούμεναι* pc. — „Vide cap. 21. hujus Libri, *περὶ Ἀνομολογίας*: de *incongruentia, inconvenientia, discrepantia.* Hac *ἀνομολογίᾳ* ſtulti laborant, qui ſibi diſſident & pugnant, vitæque disconveniunt ordine toto. Contra Zeno dicebat, finem Philoſophiæ eſſe, *ὁμολογουμένως ζῆν*, *convenienter vivere.* Cicero de Fin. III. [c. 6.] *Summum hominis bonum poſitum eſt in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus* convenientiam, *ſi placet.* Seneca Epiſt. 74. *Virtus* convenientia *conſtat. Omnia opera ejus cum ipſa concordant & congruunt.*" VPTON. *ἀνομολογία καὶ ταραχὴ ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.* II. 21, 4. *ἀνομολογούμενον ἢ ἀσύμφωνον.* II. 24, 14.

Verſ.

Verſ. 23. Τοιαῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἐν πανηγύρει. „Vide Jamblich. de Vita Pythag. cap. 12. & Cic. Tuſc. Disp. V. 3. Hanc ad rem extat elegans Menandri fragmentum apud Stobæum, Florileg. tit. XXII.

— — Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
ὅστις θεωρήσας ἀλύτως, Παρμένων,
τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ,
τὸν ἥλιον τὸν κοινόν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη,
πῦρ. ταῦτα κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται, (ita lege, pro βιώσεται,)
ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφοδρὸ ὀλίγους,
σεμνότερα τούτων ἄτερ οὐκ ὄψει ποτέ.
Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον.

Vide Diog. Laërt. in Vita Pythag. lib. VIII. 8. & Longinum, ſect. 35. Vide etiam M. Antonin. VII. 47 ſq. ubi pro καλὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος, lege καλὸν τὸ τοῦ Πυθαγόρου, & junge has duas ſectiones. Reſpicit M. Antoninus ad Pythagoræ dictum decantatiſſimum, ad quod paſſim alludit in his diſſertationibus Epictetus.“ VPTON.

Ibid. κτήνη πραθησόμενα. Sic Vpt. edidit e ſuo cod. & ms. Pariſ. Nempe ſic pab. Olim omnes παραθησόμενα, (cum pc.) ſed ed. Salmant. in marg. πραθησ. quod & Wolf. in verſione expreſſit, & in Græco ponere juſſit Salmaſius.

Verſ. 24. ὅσοι γὰρ περὶ κτῆσιν. „Malim iſtud γὰρ paulo inferius poſt ταῦτα legere. οἱ μέν τινες — — — τοῦ χόρτου, ὅσοι (*quicunque* ſcilicet) — — ἀναστρέφεσθε. ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐσ. Et pro ἀναστρέφεσθε legendum fortaſſe ἀναστρέφονται. Hoc modo inferiora hæc optime ſuperioribus accommodantur; quia ſequitur ὀλίγοι δὲ poſt οἱ μέν, ut ſupra.“ COMES SHAFTESBVR. Prior conjectura admodum probabilis; altera non valde neceſſaria. Nihil vero variant libri.

Verſ. 26. Poſt Καὶ πῶς οἷόν τε interrogandi ſignum Vptonus poſuerat, ſed illud rurſus delere juſſit in Notis.

Ibid. μηδ' ὀλιγοστὸν χρόνον. Sic ante Vptonum editt. omnes; recte, ut apud Sophocl. in Antig. vſ. 625. ed. Brunck. cui opponitur πολλοστόν. Perperam ὀλιγιστόν ed. Vpt. Ferri potuiſſet ὀλίγιστον, ſi darent codices; ſed hi quidem recte tuentur id quod auctori reſtituimus.

Ibid.

Ibid. εἰκῇ. Perperam εἰκεῖ Ven. & Baſ.

Ibid. οὕτως εὐτάκτως οἰκονομεῖσθαι. Vulgo omnes ἀτάκτως, (edd. & mssti) quod ita, ut fecimus, corrigendum eſſe res ipſa ſuaſit. conf. Xenoph. Memor. I. 4, 8.

Verſ. 27. Poſt Ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν, interrogationem indicaverat Vpton cum Cant. & Lond. anonym. Eam rurſus delere juſſit idem in Notis. Et ſic nudum punctum poſuerant Ven. & Baſ. Nec male vero Gen. & Col. prorſus ſublata diſtinctione junxerunt iſta verba cum ſequentibus, hoc modo: Ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν ποῖος τίς; *Is igitur, qui mundum adminiſtrat, qualisnam eſt?*

Ibid. ἡμεῖς δὲ, τίνες ὄντες. Perperam δὲ τινες editt. vett. cum pc.

Ibid. ἆρά γ' ἔχομέν τινα ἐπιπλοκὴν πρὸς αὐτόν. Vide Not. ad l. 9, 5. Adde I. 12, 6.

Verſ. 28. τὴν πανήγυριν ἱστορήσαντας ἀπελθεῖν. „ἱστορήσαντας reſtitui ex noſtro codice: reliqui libri ἱστορήσαντ' ἀπελθεῖν." VPTON. Cum Vptoni cod. convenit noſter pc. Et ſic corrigere juſſerat Salmaſius. ἱστορήσαντ' cum edd. habent pab. Sed in pb. in fine (a recentiori quidem manu) ſuperſcripta eſt terminatio ες, ut ſit ἱστορήσαντες, quemadmodum Wolfius legere juſſerat; nec id male. Ad rem quod attinet; licet contemplativam vitam unice fere hic laudare Epictetus videatur; minime tamen ſibi placere otioſam hominis vitam, ſatis aliàs ipſe oſtendit.

Verſ. 29. Poſt ὑπὸ τῶν πολλῶν ſua auctoritate Vptonus interrogandi ſignum poſuerat; ſed illud rurſus delere juſſit in Notis, recte.

Ibid. κατεγέλα ἄν. Particulam ἄν ſuo e codice adjecit Vpt. Ignorabant eam edd. cum pabc.

CORRIGENDA ET ADDENDA
IN TOMO II. P. I.

Pag. 4. lin. 5. *pro* ipſe *ſcribe* ipſo
p. 5. l. 7. ὢν *ſcr.* ὤν
p. 16. ult. λόγον *ſcr.* λέγου
p. 19. l. 32. κομφὸς *ſcr.* κομψὸς
— — ult. librariorum. *ſcr.* librariorum lapſus.
p. 21. ult. poſita? *ſcr.* poßita.
p. 22. l. 12 fin. *dele* eumdem
— — l. 6 fin. *pro* apud illa *ſcr.* ab illo
p. 26. l. 9. ἀριστῷ *ſcr.* ἀριστῶ
p. 33. l. 16. οὐ *ſcr.* οὔ.
p. 40. l. 8 fin. *pro* locum — — mutato *ſcr.* ſede — — mutata
p 45. l. 21. ἀθυμεῖται *ſcr.* ἐθυμεῖται
p. 51. l. 5. intelligere; intelligere,
p. 52. l. 3. ουτος *ſcr.* οὗτος
p. 54 med. ωμοι *ſcr.* ὦμοι
p. 57 med. *Verſ.* 20. *Pro illis*, ὡς αἰδήμων — — VPTON. *hæc ponenda:* λούεται ὡς πιστὸς, ὡς αἰδήμων, ἐσθίει ὡσαύτως, ἐπὶ τῆς ἀεὶ &c. Sic verba percommode diſtinguunt tres noſtri codices. Vulgo: ὡς αἰδήμων ἐσθίει, ὡσαύτως ἐπὶ τῆς ἀεὶ &c. De re conferendum initium capitis 13 hujus libri, ut monuit Vptonus.
p. 61. l. 6 fin. *ſic ſcribe*: & abeſt vox ἀληθῆ, quam ex principe editione Ven. habent reliquæ omnes. Forte ὡς ἀληθῆ τε καὶ σύμφωνα debuerant librarii.
p. 68. l. 16 fin. *ſcribe*: & recte μέλει dant pab.
p. 73. l. 18 fin. *pro* quæ vel agit ipſe, *ſcr.* quæ *intus* vel *agit ipſe*,
p. 74. l. 18. & quod *ſcr.* tum quod
p. 80. l. 9. vero Arianei *ſcr.* vero conſentiunt Arianei
p. 81. l. 18 fin. *ſufficiunt ſcr. ſuffecerit*
p. 86. l. 12. *poſt* Noſter. *adde*: At hoc quidem loco nil mutant libri, qui mox vſ. 17. in ἀπαρχεῖ conſentiunt omnes.
— — l. 26. *poſt* traxit. *adde*: Sed vide, ne κατεσκεύαζε oportuerit.
p. 88. l. 1. *poſt* ἄρχεσθαι. *adde*: Intellige χρὴ vel ἐχρῆν.
p. 92. l. 18. *pro* ταῦτά γε *ſcribe* ταῦτά γε
p. 100. l. 11. ἐν τούτω. *ſcr.* ἐν τούτῳ.
— — l. 17. ἐν ὦ *ſcr.* ἐν ᾧ
p. 116. l. 16. γὰρ ἐστιν *ſcr.* γάρ ἐστιν
p 122. l. 9. in nos *ſcr.* ad nos
— — med. *poſt* ad I. 26, 1. *adde*: & ad I. 4, 9.
— — l. 19 fin. *ſcribe* delevi articulum τῶν cum
p. 127. l. 15. *poſt* VPTON *adde*: Objecerat alter: „At Plato nonne „fuit philoſophus? ſcilicet, idem qui ſimul præcipua eloquen„tiæ laude claruit.“ Cui poterat recta reſponderi: „Fuit „utique Plato philoſophus, fuitque idem inprimis eloquens: „ſed

„sed non ob eloquentiam censeri philosophus debet. Potue„rat esse eloquentissimus, nec tamen philosophus: potuerat „idem summus esse philosophus, nec tamen eloquens.“ At Epictetus, ut sæpe aliàs, sic & hic respondet, aliam quæstionem aliudque exemplum proponendo; in quo exemplo res, de qua agitur, magis etiam est perspicua. „Hippocrates fuit „medicus, idemque facundissimus: nec vero idcirco sanus „quisquam præcipuam medici virtutem in facundia ponit, aut „medicum ex facundia æstimat.“ Mox vero etiam de ipso Platone respondet, sed & ibi alio exemplo utens, nempe *pulcritudine* Platonis, cum qua confert id quod de facundia alter obgesserat.

Pag. 129. l. 15. *post* χρῆσις τῶν Φαντασιῶν. *adde*: quemadmodum l. 30, 4. ait, προαίρεσις οἵα δεῖ, καὶ χρῆσις Φαντασιῶν.
p. 134. l. 6. *pro* VPTON. *scribe* WOLF.
p. 138. l. 10 fin. Ἡμεῖς οὐκ *scr.* Ἡμεῖς οὖν
p. 139. l. 25. superioribus Cohortatione *scr.* superiori cohortatione
p. 151. *ante* l. 13 fin. *hæc inserenda Adnotatio:* Ibid. εἰ ὀφθά ἐστιν Αἰγυπτίων. Nil mutant libri: sed omnino τὰ Αἰγυπτίων legendum videtur.
— — l. 4 fin. Noster codex *scr.* „Noster codex
p. 155. l. 14. λελησθόλας *scr.* λελησθύλας
p. 156. l. 11. ex οὐδ' ἂν detortum *scr.* ex ἂν δ' detortum
p. 166. l. 15 fin. *Ante ista, Vers.* 17. οὐχ ἵνα &c. *insere hæc:* Ibid. καὶ κοινωνοὺς. Conf. I. 1, 9. & ibi nor.
— — l. 12 fin. *pro* Articum *scr.* Articulum
p. 172. l. 17. *post* variant libri. *adde:* Confer notata ad editionem nostram criticam Enchiridii cap. 51, 3. p. 247 sq.
p. 173. l. 6. *pro* oblatum *scr.* oblatam
p. 178. l. 3. *pro* καὶ περὶ τῶν θείων *scr.* καὶ περὶ. τῶν θείων
p. 182. l. 6 fin. CHARIORESQVE *scr.* CHARIORES.
p. 185. l. 16 & 17. ζῆτω *scr.* ζητῶ
p. 191. l. 20. in fine. *scr.* in fine.)
p. 192. l. 3 fin. connexionem *scr.* connexione
p. 193. l. 22 sqq. *sic scribe:* in quod consentit pa. Sed aspernandum utique non fuit ἐστὶ κἀκεῖνος, quod sane commodius: atque id ipsum habet noster pb. quare & suo e codice id hausisse Vpronus videri debet. De re ipsa &c.
p. 200. l. 11 fin. jam sic corrigere *scr. dele* sic
p. 201. l. 13. *pro* δεῖ οὖν *scr.* δεῖν οὖν
p. 204. l. 8 fin. scribitur νικῆσαι. scribitur κινῆσαι.
p. 207. ult. ἡ ὁρμὴ *scr.* ἡ ὁρμὴ.
p. 208. l. 12. τὰ παθεῖν *scr.* τὸ παθεῖν
p. 211. l. 12. fatale esset *scr.* fatale esse
p. 213. l. 6. *post* debebat. *adde:* De re confer I. 11, 9 sqq.
— — l. 14 fin. Si pro *scr.* „Si pro
p. 219. l. 17. *pro* κατέδραμόν *scr.* κατέδραμον
p. 223. l. 7. Quod notandum *scr.* „Quod notandum
— — l. 20. Ουτος *scr.* Οὗτος
p. 226. l. 3 fin. ἢ κατὰ τὸν *scr.* οὐ κατὰ τὸν τῶν
p. 228 med. ἔχεις ὁρμὴν. *scr.* ἔχεις ὁρμήν.
p. 229. l. 6. *post* furibus. *adde:* Confer Indicem in Πάσσαλος.
p. 236 med. ad I. 26, 2. *scr.* ad II. 26, 2.
p. 238. l. 15. Si honoris *scr.* Sic honoris
p. 240. l. 12 fin. & l. 8 fin. Φασε *scr.* Φησι

Pag. 250. l. 16 fin. præcepta esse *scr.* præcepta, esse
— — l. 11 fin. & perperam *scr.* ex perperam
p. 251 med. *Quid substantiale scr.* „*Quid substantiale*
— — l. 4 fin. ουν *scr.* οὖν
p. 255. l. 4. *naturæ scr. naturâ*
p. 256. l. 12 fin. ουν *scr.* οὖν
— — l. 3 fin. *post* habent. *adde:* Vid. Ind. in Διαιρεῖν.
p. 260. l. 13. *pro* ποῦ *scr.* που
p. 263. l. 15. scire, *scr.* scire ait,
p. 270. l. 6. ταῦτο *scr.* ταὐτα
— — l. 7. Ἀλλ' ὁ μὲν *scr.* „Ἀλλ' ὁ μὲν
p. 272. l. 10. συμβέβληκεν *scr.* „συμβέβληκεν
p. 273. l. 27. *post* Epictetus. *adde:* Sed quoniam ἔσχηκας in præterito ponitur, ἐπέμπομεν quoque in præt. fuerit legendum. conf. vs. 10.
p. 274. l. 4 fin. verbis *scr.* his verbis
— — — — l. 1, 4. *pro* l. 21, 4.
p. 275. l. 8. *post* l. 15, 3. *adde:* Quod si quis tamen tenendum utique fuisse vulgatum contendat, cum eo non pertinacius pugnabo.
— — l. 14 fin. *pro illis*, Vide M. Anton. &c. *scribe*; Conf. non ad vs. 13.
p. 277. l. 2. μανοστήμους *scr.* μονοστήμους
p. 281. antepen. ἐντετάλκε *scr.* ἐντέταλκε
p. 282. l. 14. in hanc *scr.* in hac
— — l. 7 fin. sic alteram *scr.* sic & alteram
p. 284. l. 8. Haud absimile *scr.* „Haud absimile
p. 285. l. 9. sententia *scr.* sententiam
p. 286. l. 10. ἐξήλθες *scr.* ἐξῆλθε
— — l. 24. *aliquis. scr. aliquis.*" VPTON.
— — l. 9 fin. *exeritur. scr. exuitur.*
p. 292. l. 27. Intelligere *scr.* „Intelligere
p. 294. l. 21. suas cupiditates *scr.* tuas cupiditates
— — l. 25. αὑτῶν, *scr.* αὐτοῦ,
p. 297. l. 4 fin. καταγελάς. *scr.* καταγελᾷς.
p. 298. l. 9. *post* admonitus. *adde:* Nostri quidem χρᾷ tenent.
p. 299. l. 18 fin. auctiorumque *scr.* acutiorumque
p. 300. penult. ὁ δὲ ἐξέναστος *scr.* ὁ δὲ ἀνεξέναστος
p. 301. l. 6. deest in pab. *scr.* deest in edd. ante Vpt. & in codd. pab.
— — l. 7. *post* præfixa. *adde:* Habet h. l. codex noster pc. cum Vpt.
p 304. l. 19. munire studeamus. *scr.* munire nos studeamus.
p. 305. l. 18. *post* θάνατον." — *adde:* In τὸ φοβεῖσθαι consentit pc. qui dein ἀποφεύγω pro ἀποφύγω scribit, minus recte.
p. 312. antepen. *sic scribe:* ἐκεῖνο τὸ ἔπος, aut, πῶς μὴ ἤρεῖτο (vel αἱρεῖται) τὸ δοκοῦν αὐτῇ συμφέρειν.
p. 316. penult. „Recte *scr.* Recte
p. 318. l. 12 fin. voce Προσδεδοξ. *scr.* voce Δεδοξαποιημένον
p. 319. l. 11. *vulgo fiunt. scr. vulgo fiunt?*
p. 322. l. 9 fin. rectum." *scr.* rectum."
p. 323. l. 11 fin. Conf. IV. *scr.* „Conf. IV.
p. 329. l. 4. οὐκ ὠφελήσαι; *scr.* οὐκ ὠφέλησαι;
p. 331. l. 2. Rego, *scr.* Rogo,

Pag. 332. l. 9 fin. neſcio quo *ſcr.* neſcio quâ
p. 333. l. 7 fin. At illa *ſcr.* Ad illa
— — l. 3 fin. noſtri libri *ſcr.* tenent noſtri libri
p. 334. l. 12 fin. οὐ δὲ μελετ. *ſcr.* οὐδὲ μελετ.
— — l. 4 fin. propoſitionem *ſcr.* præpoſitionem
p. 337. l. 21. editum eſſe *ſcr.* editum eſſet
p. 340. l. 2. poſt *adſcendis?* adde: Aut de reditu adoleſcentis ex Epicteti ſchola in urbem Romam agitur. conf. vſ. 38. & vide Not. ad I. 10, 2.
p. 342. l. 9. ἐπικέντρου *ſcr.* ἐπὶ κέντρου
p. 350. l. 6. Diogenes Laërt. *ſcr.* „Diogenes Laërt.
— — ult. *poſt* pendere, *adde:* Similiter Simplicius in Ench. p. 330. c. καὶ αὐτὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχεται, *ad idem argumentum, ad eandem ſententiam pertinet, eandem vim habet.* Conf. ibi notata.
p. 352. l. 13. ἀπροαιρετοῖς. *ſcr.* ἀπροαιρετοῖς.
p. 355, l. 6 ſq. καταμάθες *ſcr.* καταμαθες
— — l. 11. ἐκεχάρισστο. *ſcr.* ἐκεχώρισστο.
— — l. 14. WOLFVS. *ſcr.* WOLFIVS.
p. 358. l. 6. οτι *ſcr.* ὅτι
p. 365. l. 13. *poſt* WOLFIVS. *adde:* Idem valet ac πρὸς τὰς ὑμε-μεις τῶν ἀπροαιρέτων.
p. 366. antepen. *pro* ἄπαυλα *ſcr.* ἄπαυλι
p. 368. l. 24. ἐκεῖ ἡ εὐλαβ. *ſcr.* ἐκεῖ τὸ εὐλαβ.
p. 377. *poſt* lin. 8. *haec inſerenda: Verſ.* 7. οὐκ ἔχεις ποῦ τεθῇς. *Non habes quo colloceris;* i. e. nullo loco habendus es, omnium contemtu dignus es, immo e numero civium ejiciendus. conf. vſ. 3.
— — l. 19. *poſt* p. 82 med. *adde:* Nobis in Fragm. Epict. eſt num. LIII.
p. 381. l. 5 fin. *pro* habere; *ſcr.* habere,
p. 384. l. 6. βάλλωμεν edd. *ſcr.* βάλωμεν edd.
— — l. 24. *poſt* codices noſtri. *adde:* Vide vero, ne oportuerit μοὶ ἂν ἔβαλλες, *mihi mittere debebas.*
— — l. 27. *pro* commate poſt βάλε. *ſcr.* commate poſt βάλλε.
p. 385. l. 1. quem nunc dicit *ſcr.* quem dicit
p. 386. l. 10 fin. *ſcribe:* At ibi τῷ, ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀποφαγῇ, opponitur &c.
p. 388. Ante lin. 14 fin. *inſerenda haec: Verſ.* 29. εἰπεῖν ἃ δεῖ, διαθέσθαι ταῦτα ὡς ἐπιβάλλει, Quo ſenſus qualiscumque ex his verbis extricaretur, Wolfius in verſione (quam tenui h. l. cum Vptono) ante διαθέσθαι particulam καὶ ſupplevit, quam libri omnes ignorant. At vide, ne longe alia ratione ſananduſ ſit locus, haud dubie male adfectus. Equidem ſuſpicor, hoc dixiſſe Epictetum: *Tuum-ne ergo munus eſt, venientem* (in hunc mundum) *dicere, quid in eo fieri oporteat? an* (potius) *haec* (quæ fiunt) *adminiſtri, eisque uti quemadmodum convenit?* In græcis, niſi plura aut interciderunt aut corrupta ſunt, ſaltem ſic legendum conjicio: Σὸν οὖν ἔργον, ἐλθόντα εἰπεῖν ἃ δεῖ; (ſcil. ἃ δεῖ συμπίπτειν;) ἢ διαθέσθαι ταῦτα (nempe ἃ συμπίπτει) ὡς ἐπιβάλλει;
p. 398 med. *pro* Grammaticum *ſcr.* Grammaticam
p. 407. l. 3. etiam fere *ſcr. dele* etiam
p. 408. l. 9. *pro* adopravi. *ſcr.* adaptavi.

Pag. 408. penult. *post* debuerat. *adde:* Contra, si *ibi* sonat αὐτοῦ, desiderari videtur verbum εἶναι, aut aliud aliquod.
p. 409. l. 4. *pro* ης *scr.* ἧς
p. 412. l. 7. Nondum fateor, *scr.* Nondum, fateor,
p. 414. l. 9. III. 23, 4. *scr.* III. 23, 4." VPTON.
p. 415. l. 13 fin. idem anonymus *scr.* dein anonymus
p. 416. l. 17. ταῦτα ἐκμελέτα. *scr.* ταῦτ' ἐκμελέτα
— — l. 13 fin. *vight opinions. scr. right opinions.*
p. 417. l. 6. *post* ἀμφότερα. *adde:* Sed mox deinde omnes in ἀδιάφορα δὲ recte consentiunt.
p. 420. l. 6 fin. *religione scr. religioſe*
p. 421. l. 2. *Chriſtianus* vel *Judæus scr. Chriſtianum* vel *Judæum*
— — l. 5 fin. Sumus igitur *homines: scr. Sumus igitur homines:*
p. 422. l. 10. Sececa *scr.* Seneca
— — med. ſi ἄλλη teneas *scr.* ſi αὐτὴ teneas
— — l. 13 fin. *ſic ſcribe:* (quod ibi eadem notione
p. 423 ult. *pro* IDEM. *ſcr.* VPTON.
p. 425 med. *ſic ſcribe:* Veteres editiones cum msstis, perperam *&c.*
— — l. 11 fin. ἀδελφὸς εἶ *ſcr.* ἀδελφος εἶ.
p. 427. l. 17. nunc ille is *dele* ille
— — *extremæ pag. hæc adjicienda: Ibid.* οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀπολλύειν. οὔτε μὴ ἔχειν ſcribendum cum res ipſa docere videtur, tum id quod continuo huic opponitur, καὶ μὴ ἔχειν καὶ ἀπολλύειν.
p. 429. l. 18. *pro* in pa. *ſcr.* in pab.
— — ult. conjecturam *ſcr.* ſcripturam
p. 430. l. 13 fin. Wolfiique *ſcr.* Wolfii
p. 433. l. 11 fin. ἀποβάλλονλος *ſcr.* ἐπιβάλλονλος
— — l. 4 fin. quod miros *ſcr.* quos miros
p. 436. ult. pab. *ſcr.* pac.
p. 437. l. 3. τὰ δοκοῦντα *ſcr.* τὰ δοκοῦντα ἄπασι
p. 438. l. 16. Epiſt. *ſcr.* Epict.
p. 440. l. 60. neſcio *ſcr.* neſciam.
p. 442. l. 7. ἐκπεπληρωκῶς *ſcr.* ἐκπεπληρωκὼς
— — l. 11 fin. *definita ſcr. res definita*
p. 444. l. 9. εἰς τὶ *ſcr.* εἰς τι *vel* εἰς τὶ
p. 445. l. 3. τύχη, *ſcr.* τύχῃ,
— — l. 17 fin. *post* cod. pc. *adde:* Poterat vero & καὶ τοῦτο dicere, nempe τὸ σῶμα.
— — l. 5 fin. hominis verba eſſent, *dele* verba
p. 448. penult. pro *peritum* ſcr. *imperitum*
p. 450. l. 3. poſt *re aliqua;* adde: conf. IV. 1, 82 ſq.
p. 452. l. 6. & ibi quidem *ſcr.* at ibi quidem
p. 454 med. aut ων *ſcr.* aut ὢν
p. 459. l. 15 fin. φωνὰς ea *ſcr.* φωνὰς nunc ea
— — ult. fuerant *ſcr.* fuerat
p. 460. l. 13 ſq. ſic ſcribe: *hoc ipſum nomen, Bonum, aut hoc, Malum;*
— — l. 21. *post* absque καὶ copula. *adde:* ne ſic quidem male.
— — l. 10 fin. οὕτο *ſcr.* οὕτω
p. 461. l. 5 fin. *post* progrediebantur. *adde:* τὸ τῶν ἄλλων idem valet ac τὸ περὶ τῶν ἄλλων, nempe λεγόμενον, *id quod de aliis rebus dixere.*

Ge 2.37 8

ULB Halle 3
007 245 726

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814105-p0479-6

EPICTETI DISSERTATIONVM

AB ARRIANO DIGESTARVM

LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,

ET

EX DEPERDITIS SERMONIBVS

FRAGMENTA.

Post IO. VPTONI aliorumque curas,
denuo ad Codicum Msstorum fidem recensuit, Latina
Versione, Adnotationibus, Indicibus
illustravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratensis,
Instituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS SECVNDVS.

PARS PRIMA.

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

LIB. I. ET LIB. II. CAP. I—XIV.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814105-p0481-3